Portiforium seu Breuia[illegible]

[illegible] ad usum ecclesie Sarisburiensis [illegible] / suppletum marginalibus quotationibus [illegible] / ac nunc primum ad verissimum ordinalis exemplar in suum ordinem a pertinentibus [illegible] redactum.

Pars Hyemalis.



ROT[illegible]

Impensis Roberti [illegible]


[illegible]

1556.


SIC · VOS · NON · VOBIS · MELLIFICATIS · APES



HAROLD MARSHALL.



Postillorum seu [illegible]

[illegible]

ad [illegible] exemplar

in formam optimam a [illegible]

nuper redactum.

Pars Hyemalis.



[illegible]

[illegible]

1536.



Prima dies mensis: et septima truncat ut ensis.

KL Januarius habet dies.xxxi.
Luna vero.xxx.

iii	A	Calende		Circũcisio dñi. minus du. ix. lec. D	1
	b	iiii	No.	Octa. s. stephani protomar. iii. lec.	2
xi	c	iii	No.	Octa. sancti ioannis euã. iii. lec.	3
	d	Pridie		Octa. sanctorũ innocen. mr. iii. lec.	4
xix	e	None		Oct. scti thome mr. Edvardi regis	5
viij	f	viii	Id.	Epipha. dñi. mai9 du. & pri. ix. lec.	6
	g	vii	Id.	Claues septuagesime.	7
xvi	A	vi	Id.	Luciani pbri cũ so. eius. mẽo. tñi.	8
v	b	v	Id.	Si dies dñicus infra octa. nõ eue.	9
	c	iiii	Id.	tũc hac die leget euã. Vidit ioã.	10
xiij	d	iii	Id.	Sol in aquario.	11
ij	e	Pridie			12
	f	Idus.		Octa. epi. ix. lec. medie lc. de s. hila.	13
x	g	xix	cal.	Febru. Felicis pbri. iij. l. inui. sim.	14
	A	xviij	cal.	Mauri abbatis. iii. lec. inui. simp.	15
xviij	b	xvii	cal.	Marcelli pape et mr. iii. lc. inui. sim.	16
vij	c	xvi	cal.	Sulpitij epi et confes. lc. inui. sim.	17
	d	xv	cal.	Prisce virgi. lc. inui. sim. Pria lex.	18
xv	e	xiiii	cal.	Vulstani epi et confes. ix. lec.	19
iiij	f	xiii	cal.	Fabiani et sebastiani mar. ix. lec.	20
	g	xij	cal.	Agnetis virginis et mar. ix. lec.	21
xij	A	xi	cal.	Vincentij martyris. ix. lec.	22
i	b	x	cal.	Post primã lunã post epi. cõputa	23
	c	ix	cal.	decẽ dies: et sab. seq. claudet al'a.	24
ix	d	viii	cal.	Conuer. s. pauli. inui. trip. et mẽo.	25
	e	vii	cal.	(de sancto preiecto. ix. lec. D	26
xvij	f	vi	cal.	Juliani epi. Inui. dup. iii. lec.	27
vi	g	v	cal.	Agnetis. ij. Inuitato. dup. iii. lec.	28

Claues quadragesime.

	A	iiij	cal.	29
xviii	b	iij	cal. Batildis regine virginis nō mar.	30
vij	c	Pridie	ℂ iii.lec.invi.simp.	31

ℂ Nox habet horas xvi. Dies vero. viii.

Quinque bis inde dias bis septem bis deca
tetras.
Si cadit in lucem domini numerabis eandem.

ℂ Omnia festa trium lectionum que infra lxx. contigerint habent invitatorium simplex: et matutine cum noctur. dicuntur usque ad quartam feriam in capite ieiunii. In xl. vero neque servitium fiat de tali festo neque memo. nisi ad vesperas et matuti. de sancta maria ante memoriam de sancto spiritu.

Februarius.

Quarta subit mortem: prosternit tertia fortem.

KL Februarius habet dies. xxviij.
Luna vero. xxix.

	d		Calende.	Brigide virginis. iii. le. invi. simp.	1
xi	e	iiii	No.	Purific. b. ma. ma. du. sed nsp. ix. l.	2
xix	f	iii	No.	Blasij epi et marty. Invita. dup.	3
viii	g		Pridie.		4
	A		None.	Agathe virgi. et marty. ix. lec.	5
xvi	b	viii	Id.	Veda. et amandi epo. iii. l. invi. simp.	6
v	c	vii	Id.	Tolibet cunq prima lu. fue. post fel. s. a:	7
	d	vi	Id.	gathe prima vo. legnis erudhica xl.	8
xiii	e	v	Id.		9
ii	f	iiii	Id.	Schol. vir. iii. l. invi. sim. Sol i pis.	10
	g	iii	Id.		11
x	A		Pridie		12
	b		Idus.		13
xviij	c	xvi	cal.	martij. Valentini. m. iii. l. invi. du.	14
vii	d	xv	cal.		15
	e	xiiii	cal.	Juliane vir. et mr. iii. l. Invi. dup.	16
xv	f	xiii	cal.		17
iiii	g	xii	cal.	Annos gtiri p ptes quatuor equas	18
	A	xi	cal.	Cu poteris dni; bisext adiscere cec	19
xii	b	x	cal.		20
i	c	ix	cal.	Vltima. lxx.	21
	d	viii	cal.	Cathedra s. pe. Invi. trip. ix. lc.	22
ix	e	vii	cal.		23
	f	vi	cal.	Mathie apo. Invi. dup. ix. lec.	24
xvii	g	v	cal.	Si bisext fuerit; quarta die a	25
vi	A	iiii	cal.	cathedra sci petri iclusiue stat fe	26
	b	iii	cal.	stum sancti mathie et f [illegible] mera	27
xiiii	c		Pridie	bis numeratur.	28

¶ Nox habet horas.xiiii. Dies vero.x.

¶ Post cineres/pneuma/post crucem/post
q̃ luciam.
Mercurii/veneris/& sabbati ieiunia fient.

¶ Si festum purificationis beate marie
infra. lxx. contigerit : semper dicitur se=
quentia ad missam. Similiter fiet in an=
nunciatione eiusdem.

¶ Quodcunq̃ fest. ix. lectionum a capite
ieiunii usq̃ ad passionem domini euenerit:
licet dupl. festum fuerit: fiat semper so=
lennis memo. de ieiunio ad utrasq̃ vespe=
ras: et ad matutinas sed non missam. Nam
post missam de festo dicitur missa de ieiu=
nio: utraq̃ ad principale altare.

Primus mandentem disrumpit; quarta bibentem.

KL Martius habet dies.xxxj.
Luna vero.xxx.

iii	d	Calende	Dauid epi & confesso. ix. lec.			1
	e	vj	Nõ.	Cedde epi & confesso. ix. lec.		2
xi	f	v	No.	Qñcũqz fes.ix.lc.ifra pas.eue.nihil		3
	g	iiii	No.	fiat de fes.nisi dñi.fue.[illegible]		4
xix	A	iii	No.	fiet de fe.vsqz ad ce.dñi/cũ neuma		5
viii	b	Pridie		Gloria patri & Iesu christe.		6
	c	None		Perpetue & feli.vir.& mar. iii.lec.		7
xvi	d	viii	Id.	Post mar.nonas vbi sit no.lu.requiras		8
v	e	vii	Id.	Morqz dies dñi tertia pascha tenet.		9
	f	vj	Id.			10
xiii	g	v	Id.	Claues pas.Sol i ari.Cõ no.hopiter.		11
ii	A	iiii	Id.	Gregorij pa.& cõfes. Inte.du.ix.lc.		12
	b	iii	Id.			13
x	c	Pridie		Ultima quadragesima.		14
	d	Idus.				15
xviij	e	xvii	cal.	Aprilis.		16
vii	f	xvi	cal.	Introitus Noe in arcam.		17
	g	xv	cal.	Edwardi regis & mar. ix.lec.		18
xv	A	xiiii	cal.			19
iiii	b	xiii	cal.	Cuthberti epi & cõfessoris. ix.lec.		20
				(Equinoctium anti.		
	c	xii	cal.	Benedicti abbatis. ix. lec.	xvj	21
xii	d	xj	cal.	Primum pascha.	v	22
j	e	x	cal.	Hic adam creatur.		23
	f	ix	cal.		xiij	24
ix	g	viii	cal.	Annũciatio v. mi.du.ix.lec.	ij	25
	A	vii	cal.	Vigilia.		26
xvii	b	vj	cal.	Resurre.d. Prisci.du.iii.lec.	x	27
vj	c	v	cal.			28

	viiii	cal.	xviii	29
xiiii	c iii	kal.	vii	30
iii	f	Pridie.		31

¶ Nox habet horas. xii. Dies etiam. xii.

¶ Si vis inuenire pascha. Attende ad rubricam aureorum numerorum in dextra parte collocatam. Et nota quod vbicunque in ea aureus numerus anni currentis inuenitur: sine dubio in dominica proxima sequente dies pasche celebratur.

Denus et undenus: est mortis vulnere plenus.

KL Aprilis habet dies .xxx.
Luna vero .xxix.

	g	Calende.		xv	1
xi	A	iiii No.		iiii	2
	b	iii No.	Richardi epi et confes. ix. lec.		3
xix	c	Pridie	Ambro. epi et con. infe. du. ix. l.	xii	4
viii	d	None	Nota quod si aliquod fes. vel ie-		5
xvi	e	viii Id.	iunium in heb. pasc. eve. nihil		6
v	f	vii Id.	fiat de fest. vel de ieiu. nec post ix		7
	g	vi Id.	nec ante nisi dup. festum fuerit:		8
xiii	A	v Id.	tunc enim festum differatur us-	xvii	9
ii	b	iiii Id.	que post octa. pasche: de ieiunio	vi	10
	c	iii Id.	vero nihil fiat eo anno.		11
x	d	Pridie	Sol in tauro.	xiiii	12
	e	Idus.		iii	13
xviii	f	xviii cal.	Maii. Tyburtii et valeriani et maximi mart. iii. lec. inui. du.		14
vii	g	xvii cal.	Claves rogationum.	xi	15
	A	xvi cal.			16
xv	b	xv cal.		xix	17
iiii	c	xiiii cal.		viii	18
	d	xiii cal.	Alphegi archiepi et martyr. iii. lec.		19
xii	e	xii cal.	Inuitato. duplex.		20
i	f	xi cal.			21
	g	x cal.			22
ix	A	ix cal.	Georgii martyris. festum duplex.		23
	b	viii cal.	cum regimine cho. iii. lec.		24
xvii	c	vii cal.	Marci euange. infe. du. iii. lec. Ieiu-		25
vi	d	vi cal.	Letania maior. Ultimum pasc.		26
	e	v cal.			27
xiiii	f	iiii cal.	Vitalis mar. cum regi. cho. iii. lec.		28

iii g iii cal. ¶Egressio noe de arca. 29

A Pridie. [illegible] 30

[illegible] 1531 [illegible]

¶Nox habet horas.x.Dies vero.xiiii.

Aug.hic. Dedit dñs. gregor. ambros.
Ecce sacerdos.

¶Nota q̃ si dominica proxima ante ascensionem domini non vacauerit a dup. festo: vel ab octaua cum regimine chori: tunc dicuntur omnes antiphone super laudes.

¶Quando ultimo fit seruitium de dominica ante ascensionem etiam ad processionem ante missam dicitur antiphona. Sedit angelus: cum suo versu.

Tertius occidit: et septimus ora relidit.

KL Maius habet dies.xxxi.
Luna vero.xxx.

xi	b Calende		Philippi et Jacobi apostolorum	1
	c vi	No.	(Inferius duplex.ix.lec.	2
xix	d v	No.	Inuentio sctē crucis. min⁹ duplex	3
viii	e iiii	No.	(iii.lec.mēo.de mar.alexādro:	4
	f iii	No.	(euētio/theodolo/et iuuenale.	5
xvi	g Pridie		Joānis añ portā lati. inuita. trip.	6
v	A None		Joā.de beuerlaco.iii.l.cū regi.cho.	7
	b viii	Id.		8
xiii	c vii	Id.	Trāslatio scti nicome.cū regi.cho. (nō sax scdz quosdā:sed syno.i dio.	9
ii	d vi	Id.	Gordiani et epi.iii lec.inui.dup.	10
	e v	Id.	(Prima pentecoste.	11
x	f iiii	Id.	Nerei et achil.atq pā.iii.l.inu.du.	12
	g iii	Id.	Sol in geminis.	13
xviii	A Pridie		¶ Notandū est q̄ si festū trāsla. (scti ceddc ephi et cōfes.semp debet	14
vii	b Idus		(celeb.die.prima añ ascen.die.iii.l.	15
	c xvii	cal.	Junij.cū reg.cho.nō sax.sed syno.	16
xv	d xvi	cal.		17
iiii	e xv	cal.		18
	f xiiii	cal.	Dunstani archiepi et cōfess.ix.lec.	19
xii	g xiii	cal.	memoria de sancta potentiana	20
i	A xii	cal.	Obitus regis hērici anno dñi/mill	21
	b xi	cal.	cccc lxxi.litera dñicalis f. tunc	22
ix	c x	cal.	(iiii.feria rogationum.	23
	d ix	cal.		24
xvii	e viii	cal.	Aldelmi ephi medie lec.de s.virgi. (Incipit estas: et habet dies.xc.	25
vi	f vii	cal.	Augu.āglorū apli.Re.dup.ix.lec.	26

	g	vi cal.		27
xiiii	A	v cal.	Germani epi. ix. lec. inui. du.	28
iii	b	iiii cal.		29
	c	iii cal.		30
xi	d	Pridie	Petronille vir. nõ mar. iii. l. cũ noc. xõ extra octa. s. tri. & corporis xpi. eti.	31

Nox habet horas. viii. Dies vero. xvi.

Nota quod dominica prima vacante post octauas corporis christi vel tercia prima incipiatur liber regum: quamuis historia inchoetur cum memoria in dominica infra octauas: & legantur lectiones per ordinem.

Uenus palescit: quindenus federa nescit.

KL Junius habet dies.xxx.
Luna vero.xxix.

	e	Calende		Nicomedis mar. iii.lec.inui.simp.	1
xix	f	iiii	No.	Marcellini et petri m. inui.du.iii.lec.	2
viii	g	iii	No.		3
xvi	A	Pridie			4
v	b	None		Bonifacij so.eius mr. inui.du.iii.lec.	5
	c	viii	Id.		6
xiii	d	vii	Id.		7
ii	e	vi	Id.	Medardi et gildar.pr. iii.le.inui.sim.	8
	f	v	Id.	Translatio scti edmundi memoria et medie lec.de marty.primo et feliciano.inuita.triplex.ix.lec.	9
x	g	iiii	Id.		10
	A	iii	Id.	Barnabe apo.inui.triplex.ix.lec.	11
xviii	b	Pridie		Basilidis/cyrini et na. inui.du.iii.le.	12
vii	c	Idus		Ultia pete. Sol i cacro. Solsticiu	13
	d	xviii	cal.	Julij. Basilij epi. iii.le.inui.simp.	14
xv	e	xvii	cal.	Uiti/modesti/atque cresc. iii.le.inui.du.	15
iiii	f	xvi	cal.	Translati scti richardi. ix.lec.	16
	g	xv	cal.	Medie lec.de sctis.cyricorum inuita.	17
xii	A	xiiii	cal.	Marci et marcel mr. inui.du.iii.lec.	18
i	b	xiii	cal.	Geruasij et protha. inui.du.iij.lec.	19
	c	xii	cal.	Translatio scti edwardi regis et mar.ix.lec.nisi facte fuerint in xl.	20
ix	d	xi	cal.		21
	e	x	cal.	Albani prothomartyris.ix.lec.	22
xvii	f	ix	cal.	Etheldrede v. iii.le.cu noc. Uigi.	23
vi	g	viii	cal.	Natiuitas s.ioan.bap.minus dup.	24
	A	vii	cal.		25
xiiii	b	vi	cal.	Johannis et pauli mr. inui.du.iii.le.	26

iii	c v	cal.		27
	d iiii	cal.	Leonis pape & confessoris. (iii.lec.cum noct.Vigilia.	28
xi	e iii	cal.	Apostolorum petri & pauli.mi.du.ix.lec.	29
	f Pridie		Commemo.s.pauli.summi.trip.ix.lec.	30

¶ Nox habet horas.vi.Dies vero.xviii.

¶ Post personas tres: librum regum dare debes Deus omnisum.

¶ Petrus cum paulo: iacobus cum bartholomeo:
Thomas/andreas/ pariter cum simone iudas.
Ut ieiunemus nos admonet/atque matheus.

Tredecimus mactat: iuli denus labefactat.

KL Julius habet dies .xxxi.
Luna vero .xxx.

xix	g	Calende	Octa. scti iohannis bap. inui. du. iii. lec.	1
viii	A vi	No.	Visitatio beate marie. maius dup.	2
	b v	No.		3
xvi	c iiii	No.	Trāsla. & ordina. s. martini. ix. lec.	4
v	d iii	No.		5
	e pridie	No.	Octa. aplorum pe. & pau. iui. txt. ix. l.	6
xiii	f	None	Trāsla. s. tho. mar. minus duplex	7
ii	g viii	Id.	Dnica. i. post fe. trāsl. s. tho. celebret	8
	A vii	Id.	festū reliquiarū. minus dup.	9
x	b vi	Id.	Septē fratrū. inuita. dup. iii lec.	10
	c v	Id.	Trāsl. s. bndicti. ix. l. nisi facte fuerit	11
xviii	d iiii	Id.	(in. xl. & tūc fiūt. iii. lec. & inui. dup.	12
vii	e iii	Id.		13
	f pridie	Id.	Sol in leone. Dies caniculares.	14
xv	g	Idus.	Trāsl. s. swithuni & socioꝝ. ix. lec.	15
iiii	A xvii	cal.	Aug. Trāsl. s. osmūdi. ix. l. sine. trh.	16
	b xvi	cal.	Kenelmi regis & mr. iiii. du. iii. lec.	17
xii	c xv	cal.	Arnulphi epi & mr. iii. lec. iui. sim.	18
i	d xiiii	cal.		19
	e xiii	cal.	Margarete vg. & mr. ix. l. c. iui. sim.	20
ix	f xii	cal.	Praxedis vg. nō mr. iii. l. iui. sim.	21
	g xi	cal.	Marie mag. inuita. triplex. ix. lec.	22
xvii	A x	cal.	Apollinaris epi & mr. iii. l. iui. sim.	23
vi	b ix	cal.	Christine vg. iii. l. c. cū noc. Vigi.	24
	c viii	cal.	Jacobi apli. inferius dup. iii. lec.	25
xiiii	d vii	cal.	Anne m̄ris marie. inui. trip. iii. lec.	26
iii	e vi	cal.	Septē dormientiū. inui. du. iii. l.	27
	f v	cal.	Sansonis epi. inuita. du. iii. lec.	28
xi	g iiii	cal.	Felicis simpli. & faust. iui. du. iii. l.	29

xix A iii cal. Abdon et sennes. invi. dup. iii. lec. 30
b xxiiii cal. Germani epi et confessoris. iii. lec. 31

C Nox habet horas. viii. Dies vero. xvi.

Et post Sansonem sapientem da Salomonem.
In principio.

C Si octa. visitationis in dominica conti-
gerit: nihil fiat de octa. nisi solennis memo-
ria ad utrasque vesperas: et matutinas. Et
missa de octa. visitationis dicitur pro mis-
sa de sancta maria in capella: cum versi-
bus Spiritus et alme. et Benedictus ma-
rie filius.

Prima necat fortem: perditque secunda cohortē.

KL Augustus habet dies. xxxj.
Luna vero. xxx.

viij	c	Calēde.	Ad vincula s. petri. inui. du. iij. lc.	1
xvj	d iiij	No.	Stephani pa. & mr. inui. du. iij. lc.	2
v	e iij	No.	Inuētio s. stephani prthom. ix. lec.	3
	f	Pridie.		4
xiij	g	None.	Fel. nimis ma. S. Oswaldi. inuj. du.	5
ij	A viij	Id.	Trāsfi. do. min⁹ du. mēo. de mr.	6
	b vij	Id.	Nois iesu. mai⁹ d. ix. lc. Dona. cū.	7
x	c vj	Id.	Cyriaci cū so. mar. inui. du. iij. lc.	8
	d v	Id.	Romani mr. iij. lc. cū noc. Vigilia.	9
xviij	e iiij	Id.	Laurentij mar. inui. trip. ix. lec.	10
vij	f iij	Id.	Tyburtij mar. inui. dup. iij. lec.	11
	g	Pridie.		12
xv	A	Idus.	Hippoliti soc. ei⁹ mr. ij. du. iij. l.	13
iiij	b xix	cal.	Septēbris. Eusebij pbri. Vigil.	14
	c xviij	cal.	Assūp. b. marie. mai⁹ du. & prici.	15
xij	d xvij	cal.	Sol in virgine.	16
j	e xvj	cal.	Octa. sci laurētij. mēo. tantū.	17
	f xv	cal.	Agapiti martyr. mēo. tantum.	18
ix	g xiiij	cal.	Magni martyris. memo. tantū.	19
	A xiij	cal.		20
xvij	b xij	cal.		21
vj	c xj	cal.	Oct. assūp. ix. l. mēo. de sctis ti-	22
	d x	cal.	motheo & apolli. cū noc. Vigil.	23
xiiij	e ix	cal.	Bartholomei apl'i. Iferi⁹ du. ix. l.	24
iij	f viij	cal.		25
	g vij	cal.		26
xj	A vj	cal.	Rufi marty. inui. dup. iij. lect.	27
xix	b v	cal.	Augu. epi & doc. iferi⁹ du. ix. lec.	28

C

	c iiij	cal.	Decolla. s. ioh. bap. inu. trt. ix. lec.	29
viij	d iij	cal.	Felicis & adau. mr. inu. duꝑ. iij. le.	30
	e	Pridie.	Cuthburge ꝟg. nō mr. inu. du. 3. l.	31

¶ Nox habet horas. x. Dies vero. xiiij.

¶ Post augustinum doctorem: sob lege sustum. Si bona.

September.

Terrius septēbris: ꝫ denus fert mala mēbris.

KL September habet dies.xxx.
Luna vero.xxix.

xvi	f	Calende.	Egidij abbatis.ix.lect.	1
v	g	iiii No.		2
	A	iii No.		3
xiii	b	Pridie.	Trā.s.cuthb.ix.l.nisi fetē fac.i xl.	4
ii	c	None.	Bertini abbatis.iij.lec.cū noctur.	5
	d	viii Id.	Dies caniculares finiuntur.	6
x	e	vii Id.		7
	f	vi Id.	Natiuitas sctē mar.fg. maiꝰ du.	8
xviii	g	v Id.	Gorgonii m.mēo.tm.Ōcnoc.auth.	9
vii	A	iiii Id.		10
	b	iii Id.	Prothi ꝫ hyacithi mar.mēo.tm.	11
xv	c	Pridie.		12
iiii	d	Idus.		13
	e	xviii cal.	Oc.Exal.cru. mi.d.ix.lc.Sol i li.	14
xii	f	xvii cal.	Oct.natl.iui.trip.mēo.de s.nico.	15
i	g	xvi cal.	Edithe virginis nō mar.ix.lect.	16
	A	xv cal.	Lāberti epi ꝫ mar.iii.l.iui.sim.	17
ix	b	xiiii cal.	Obserua mēsis noni ieiunia sep.	18
	c	xiii cal.	P.st exaltatum fer.iiii.diem.	19
xvii	d	xii cal.	Vigilia.	20
vi	e	xi cal.	Mathei aplī ꝫ euāg. iferiꝰ dup.	21
	f	x cal.	Mauricij sociorūq eiꝰ mar.ix.l.	22
xiiii	g	ix cal.	Tecle virg.nō mar.iii.lec.cū noc.	23
iii	A	viii cal.		24
	b	vii cal.	Firmini epi ꝫ mar.iii.l.iui.simp.	25
xi	c	vi cal.	Cypriani ꝫ iusti.maie.dup.iii.lc.	26
xix	d	v cal.	Cosme ꝫ damiani mar.iui.du.iij.l.	27
	e	iiii cal.		28

viii f. iii Michaelis archãge. inse. dup. 29
g Pridie. Hieronymi pbri. ifert⁹ du. ix lc. 30

¶ Nox habet horas. xii. Dies. etiã. xii.

Tobiam dictum post prothum atq; hyacinthum. Peto domine.
Subiungas Judith post vigiliamq; Matthei. Adonay.
Post sanctum Cosmam: dabis historiam Machabeo. Adaperiat.

Tertius & denus: est sicut mors alienus.

KL Octobes habet dies .xxxi.
Luna vero .xxx.

xvi	A	Calende.	Remigii germa. bedas. & ba. ix. lec.	1
v	b vi	No.	Leodegarii epi & mar. .iii. l. Sci	2
xiii	c v	No.	(thome herfordie nō Sar. sed And.	3
ii	d iiii	No.		4
	e iii	No.		5
x	f	Prid. no.	Fidis vg. & mar. iii. lec. mi. sim.	6
	g	None.	Marci & marcel. inuita. du. iii. lec.	7
xviii	A viii	Id.		8
vii	b vii	Id.	Dionysii sociorumque ei' mar. ix. lec.	9
	c vi	Id.	Gereonis so. que ei' mr. iii. l. in. si.	10
xv	d v	Id.	Nichasii so. que ei' mr. inui. du. iii. l.	11
iiii	e iiii	Id.		12
	f iii	Id.	Trāsl. s. edwardi re. & cf. ixe. du.	13
xii	g	prid. Id.	Calixti pp. inui. du. iii. l. Sol i scorp.	14
i	A	Idus.	Wulfranni epi. ix. lectio.	15
	b xvii	cal.	Noueb. Michaelis i mōte tu. ix. l.	16
ix	c xvi	cal.	Trāsla. sancte etheldrede. ix. lec.	17
	d xv	cal.	Luce euāgeliste. inferi' duplex.	18
xvii	e xiiii	cal.	Fredeswide virginis. ix. lect.	19
vi	f xiii	cal.		20
	g xii	cal.	Undecim milliū virg. inui. du. iii. l.	21
xiiii	A xi	cal.		22
iii	b x	cal.	Romani archiepi & cf. iii. l. cū si.	23
	c ix	cal.		24
xi	d viii	cal.	Crispini & crispiniani. medie lec.	25
xix	e vii	cal.	de s. ioan. de beuerlaco. ix. lec.	26
	f vi	cal.	Vigilia.	27
viii	g v	cal.	Simonis & iude. inferius dup.	28

A iiij.cal. 29
xvi b iii cal. 30
v c Pridie. Quintini mar.iii.l.cu noc. Vigilia. 31

¶ Nox habet horas.xiiii. Dies vero.x.

¶ Post iudam simonem subiungas Eze=
chielem. Vidi dominum.

Sexplus est quint⁹: ꝛ tertius est nece cinctus.

KL November habet dies.xxx.
Luna vero.xxix.

	d	Calende.	Om̄ sanctoꝝ. maius dup.ix.lec.	1
xiii	e iiii	No.	Commemoratio animarū.ix.lec.	2
ii	f iii	No.	Wenefrede virginis ꝛ mar.ix.lc.	3
	g	Prid. No.		4
x	A	None.	D.	5
	b viii	Id.	Leonardi abbatis.ix.l.	6
xviii	c vii	Id.		7
vii	d vi	Id.	Quatuor corona. ... inui.du.iii.l.	8
	e v	Id.	Theodori mar. inui.sim̄p.ix.lec.	9
xv	f iiii	Id.		10
iiii	g iii	Id.	Martini ep̄i ꝛ cōfes.inui.trip.ix.l.	11
	A	Pridie. Id.		12
xii	b	Idus.	Bricctij ep̄i ꝛ cōf. inuita.du.iij.lc.	13
i	c xviii	cal.	Decem... Sol in sagittario.	14
	d xvii	cal.	Machuti ep̄i ꝛ confesso.ix.lect.	15
ix	e xvi	cal.	Edmūdi archiep̄i.inui.trip.ix.lc.	16
	f xv	cal.	Hugonis ep̄i ꝛ confesso.ix.lec.	17
xvii	g xiiii	cal.	Octa.s.martini ep̄i.inui.du.iii.l.	18
vi	A xiii	cal.		19
	b xii	cal.	Edmundi regis. ix.lect.	20
xiiii	c xi	cal.		21
iii	d x	cal.	Cecilie virginis ꝛ mart. ix.lect.	22
	e ix	cal.	Clemētis pape. ix.lec.inui.simp.	23
			Incipit hyēs: ꝛ habet dies.xcj.	
xi	f viii	cal.	Chrysogoni martyris.iii.lect.	24
xix	g vii	cal.	Catherine virginis ꝛ mar.ix.lc.	25
	A vi	cal.	Lini pape ꝛ mar.iij.l.inui.simp.	26
viii	b v	cal.		27
	c iiij	cal.		28

xvi d iii cal. Saturnini & Sisinnii. iii. l. Vigil. 29
v e Prid. cal. Andree apl'i inferius du. ix. lec. 30

¶ Nox habet horas. xvi. Dies vero. viii.

Post festum Lini erit semper aduentus domini. Aspiciens.

December.

Septimus exanguis: virosus denus ut anguis.

KL December habet dies.xxxi.
Luna vero.xxx.

	f	Calende.			1
xiii	g	iiii	No.		2
ii	A	iii	No.		3
x	b	Pridie.		Depos. s. osmundi epi & confes. ix.l.	4
	c	None.			5
xviii	d	viii	Id.	Nicolai epi inuita. trip. ix. lect.	6
vii	e	vii	Id.	Octa. s. andree apli. inuit. du. iii. l.	7
	f	vi	Id.	Conceptio b. marie. minꝰ du. ix. lec.	8
xv	g	v	Id.		9
iiii	A	iiii	Id.		10
	b	iii	Id.		11
xii	c	Pridie.		Sol in capricor. Solstitium.	12
i	d	Idus.		Lucie virginis & mar. ix. lect.	13
	e	xix	cal.	Januarii.	14
ix	f	xviii	cal.		15
	g	xvii	cal.	O sapientia. Nulle deinceps fiant	16
xvii	A	xvi	cal.	(preces ad vesperas.	17
vi	b	xv	cal.		18
	c	xiiii	cal.		19
xiiii	d	xiii	cal.	Vigilia.	20
iii	e	xii	cal.	Thome apli. inferiꝰ dup. ix. lect.	21
	f	xi	cal.		22
xi	g	x	cal.		23
xix	A	ix	cal.	Vigilia.	24
	b	viii	cal.	Natiuitas dni nri iesu xpi prin. du.	25
viii	c	vii	cal.	Stephani prothomar. minus dup.	26
	d	vi	cal.	Joannis apli & euag. minus du.	27
xvi	e	v	cal.	Sanctorum innocentium mar. minꝰ du.	28

b	f	iiii kal.	Thome archiepi et mar. min[9] du.	29
	g	iii cal.		30
xiii	A	Pridie.	Syluestri pape et cõfes. ix. lect.	31

Nox habet horas. xviii. Dies vero. vi.

Annus habet duodecim menses. Hebdomadas. lii. et diem unum. Et habet dies. ccclxv. et horas. vi.

¶ Tabula annorum communium & bissextilium: literarumque dominicalium quotannis currẽtium: reuolutio cuius est post annos. 28 post quos ad caput eiusdem cũ annis tunc currentibus reuertitur.

A f e d c A g f e c b A g e d c
g b d f
b g f e d b A g f d c b
A c e

¶ In tabula igitur vel serie literarum dominicalium supra posita annum vel communem vel bissextilem: literam item dominicalem singulis annis hoc pacto faciliter inuenies.

¶ Primam nempe literam in suprascripta serie que est A accipe: & da illi annum salutis. 1520. Sequẽti litere que est f. da. 1521. & iterum sequentibus literis sequentes annos, sicque deinceps progrediendo & ad initiũ (si opus sit) redeũdo: quousque ad numerũ anni tui propositi peruenies. Nã litera super quã cadit talis numerus anni ꝓpositi: erit lrã dñicalis. Que si vnica occurrit: ãnũ

communem esse intelliges. Si duplex/bis sextilem. Et tunc prior/id est superior vsque ad festum mathie apostoli vtilis erit. Inferior autem ad reliquam anni partem accõmodabitur.

¶ Tabula clauium festorum mobilium: simulque aurei numeri subiiciei: reuolutio cuius est post annos .xix. post quos cum annis tunc currentibus: semper ad eiusdẽ regreditur initium.

¶ Claues festorum mobilium.

26 15 34 23 12 31 20 39 28 17 36 25 14 33 22 11 3 0 19 38.

¶ Aureus numerus.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

¶ Simili computo vt dictum est de littera dominicali: etiam deprehendere potes clauem festorum mobilium. Nam clauium numero primo qui videlicet est .xxvi. da annũ 1520. sequenti numero qui est .xv. da .1521.

sicque deinceps semper singulos numeros clauium singulis annis accommoda: donec perducerís ad numerū anni propositi. Nā vbi annus tuus proposit⁹ sedem inueniet: illic numerum clauis deprehendes. Sub quo continuo aureus numer⁹ pro noua lu= na reperienda valens apparebit.

¶ Festorum mobilium canon.

¶ Festa igitur mobilia habita claue anni currentis: hoc modo inueniuntur. Animad uerte quot vnitates sunt in claue anni cur= rentis: deinde tot dies numera / deorsum de scendendo a loco cuiuslibet clauis in calen dario notate. Ubi autem numerus ille ter= minatur: ibi dominica proxima tale festum peragetur. In anno tamen bissextili: si se= ptuagesimam aut quadragesimam queris: claui adde vnitatem: & si quadragesima iux ta talem computationē in. xxiii. die februa= rii vel post inuenta fuerit: ipsa per vnum diem retroacta erat peragenda.

¶ Nouiluniorum canon.

¶ Nouilunium siue noua luna: singulis mēsibus anni sic reperitur. Habito aureo numero anni tui: vbicunq; ille in ordine aureorum numerorum in calendario tibi occurrerit: a loco illo illius diei iuxta positi: sequentium vel dorum syllabas sursum cōputa: vt puta In celis est hic. vnicuiq; diei accommodando syllabam vnam: diesq; ille supra quē syllaba hic ceciderit: dies est nouilunii propositi per singulos mēses anni.

¶ Carmina docentia per nouilunia inuenire pascha.

Post regum festa. quere nouilunia trina.
Post dn̄ica tertia: sacrum pascha celebra.

¶ Alia ad idem.

Post veris equinoctium: quere plenilunium.
Et dominica proxima sacrum celebra pascha.
Non verius inuenies: si mille legas codices.

¶ Sed ne decipiaris per vos tres vltimos

versus. Nota quod equinoctium veris accipiendum est in .xx. die martii sicut olim. In quo die sol intrabat arietem: et dies erant equales noctibus. Nunc autem status anni mutatus est propter aliquot minuta quibus longior equo protrahitur annus. Ita ut nunc habeamus equinoctium veris in undecima die martii. Ad quod quidem equinoctium hodiernum non debes attendere si vis invenire pascha per predictos versus: sed ad equinoctium antiquum quod (ut dictum est) accipi debet in vigesima die martii. Et de illo faciunt mentionem predicti tres versus.

¶ Psalterium

Dauidicũ ad vsum ecclesie Sarisburieñ.

¶ In dominicis diebus a Domine ne in ira. vsq ad xl. Ad matutinas. Hymnus.

Primo dierũ omnium/quo mundus extat conditus vel quo resurgens conditor/nos morte victa liberet.

Pulsis procul torporibus / surgam⁹ omnes ocius: & nocte queramus pium / sicut prophetam nouimus.

Nostras preces vt audiat / suamq dextram porrigat: vt expiatos sordibus / reddat polorum sedibus.

Ut quiq sacratissimo huius diei tẽpore: horis quietis psallim⁹: donis beatis muneret.

Iã nunc paterna claritas / te postulamus affatim: absit libido sordidans/omnisq actus noxius.

Ne feda sit vel lubrica / cõpago nostri corporis: per quã auerni ignib⁹/ipsi crememus acrius.

Ob hoc redẽptor quesumus / vt probra nostras diluas: vite perẽnis cõmoda/nobis benigne conferas.

Quo carnis actu exules / effecti ipsi celibes: vt prestolamur cernui/melos canam⁹ glorie.

Gloria tibi dñe / qui natus es de virgine.

Et dr in omni hymno eiusdẽ metri vsq ad purifi. preter q in. hy⁹. Deus creator. Post purifica. vero dicitur. ℣. Presta pater. Deus omniũ. vsq ad aduentũ rã in dñic. q in fer. diebus quando de do. vel fer. agitur dicitur ad matu. sequẽs. hy⁹.

Nocte surgentes vigilemus omnes semper in psalmis meditemur/atq viribus

totis domino canam⁹ dulciter hymnos.
Ut pio regi pariter canentes/cū suis sanctis mereamur aulam ingredi celi: simul et beatam/ducere vitam.
Prestet hoc nobis deitas beata/pr̄is ac nati paritercꝫ sc̄ti sp̄us cuius reboat in omni gloria mundo. Amen.

Psalmus primus.

Beatus vir q̄ non abijt in consilio impiorum/⁊ in via peccatorum non stetit: ⁊ in cathedra pestilentie non sedit.
Sed in lege domini voluntas eius/⁊ in lege eius meditabitur/ die ac nocte.
Et erit tanq̄ lignum quod plantatū est secus decursus aquarū quod fructū suū dabit in tempore suo.
Et folium eius non defluet ⁊ omnia quecunqꝫ faciet prospera-buntur.
Non sic impij non sic: sed tanq̄ puluis quem proiicit ventus a facie terre.
Ideo non resurgunt impij in iudicio: necꝫ peccatores in consilio iustorum.
Quoniam nouit dn̄s viā iustorū: ⁊ iter impiorum peribit. Ps ij.

Quare fremuerūt gētes: ⁊ populi meditati sunt inania.
Astiterūt reges terre ⁊ principes conuenerūt in vnū: aduers⁹ dominū: ⁊ aduersus christum eius.
Dirumpamus vincula eorū: ⁊ proiiciamus a nobis iugum ipsorū.
Qui habitat in celis irridebit eos: ⁊ dominus subsannabit eos.
Tunc loquet ad eos in ira sua: ⁊ in furore suo conturbabit eos.
Ego aūt cōstitut⁹ sū rex ab eo sup syon mōtem sanctū eius: predicans preceptum eius.

Dominus dixit ad me filius meus es tu: ego hodie genui te.
Postula a me et dabo tibi gentes hereditatem tuam: et possessionem tuam terminos terre.
Reges eos in virga ferrea: et tanquam vas figuli confringes eos.
Et nunc reges intelligite: erudimini qui iudicatis terram.
Servite domino in timore: et exultate ei cum tremore.
Apprehendite disciplinam nequando irascatur dominus et pereatis de via iusta.
Cum exarserit in brevi ira eius: beati omnes qui confidunt in eo. Ps. iii.

Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me: multi insurgunt adversum me.
Multi dicunt anime mee: non est salus ipsi in deo eius.
Tu autem domine susceptor meus es: gloria mea et exaltans caput meum
Voce mea ad dominum clamavi: et exaudivit me de monte sancto suo.
Ego dormivi et soporatus sum: et exurrexi: quia dominus suscepit me.
Non timebo milia populi circundantis me exurge domine salvum me fac deus meus.
Quoniam tu percussisti omnes adversantes michi sine causa: dentes peccatorum contrivisti.
Domini est salus: et super populum tuum benedictio tua.
Non dicitur ad nocturnum iste. Psalmus. iiii.

Cum invocarem exaudivit me deus iustitie mee: in tribulatione dilatasti michi.
Miserere mei: et exaudi orationem meam.
Filii hominum usquequo gravi corde: ut quid diligitis vanitatem et queritis mendacium?
Et scitote quoniam mirificavit dominus sanctum suum: dominus exaudiet me cum cla-

mauero ad eum.
Irascimini et nolite peccare q̄ dicitis i cordib⁹ vestris & i cubilib⁹ vestris cōpūgimini
Sacrificate sacrificiū iustitie & sperate i dn̄o multi dicūt/quis ostē dit nobis bona?
Signatū est sup nos lumen vultus tui dn̄e dedisti letitiam in corde meo.
A fructu frumēti vi ni & olei sui: multiplicati sunt.
In pace in idipsum: dormiā & requiescam.
Qm̄ tu dn̄e singulariter in spe: constituisti me. Ad a) ad noctur. iste. ps. Psalmus. v.
Verba mea auribꝰ percipe dn̄e intelige clamorem meum
Intende voci orationis mee: rex meus et deus meus.
Quoniā ad te orabo domine; mane exaudies vocem meam.
Mane astabo tibi & videbo: qm̄ non deus volens iniquitatē tu es.
Neq̄ habitabit iuxta te malignus: neq̄ permanebunt iniusti ante oculos tuos.
Odisti omnes qui operatur iniquitatē: perdes omnes qui loquū tur mendacium.
Virū sanguinū & dolosū abominabitur dominus: ego aūt in multitudine mie tue.
Introibo in domum tuā: adorabo ad tēplū sctm̄ tuū in timore tuo
Domine deduc me in iustitia tua ppter inimicos meos: dirige in conspectu tuo viam meam.
Quoniā nō est in ore eorum veritas: cor eorum vanum est.
Sepulchrū patēs est guttur eorum linguis suis dolose agebāt iudica illos deus.
Decidāt a cogitationibus suis secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos: quoniā irritaue-

-erunt te domine.
Et letentur in te oēs qui sperant in te: in eternū exultabunt & habitabis in eis.
Et gloriabūtur in te oēs qui diligūt nomē tuū: quoniam tu benedices iusto.
Domine vt scuto bone voluntatis tue coronasti nos. Ps. vi.
Domine/ne in furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me.
Miserere mei dñe qm̄ infirmus sū: sana me domine quoniā cōturbata sunt ossa mea.
Et anima mea turbata est valde: sed tu domine vsq;quo?
Conuertere dñe & eripe aiam meā saluū me fac/ꝓpter miam tuā.
Quoniam non est in morte qui memor sit tui: in inferno autē quis confitebitur tibi?
Laboraui in gemitu meo lauabo per singulas noctes lectū meū: lachrymis meis stratum meum rigabo.
Turbatus est a furore oculus meus: inueteraui inter oēs inimicos meos.
Discedite a me oēs qui operamini iniquitatē: quoniā exaudiuit dñs vocē fletus mei.
Exaudiuit dñs deprecationē meā: dñs orationē meam suscepit.
Erubescant & conturbētur vehemēter omnes inimici mei: conuertātur & erubescant valde velociter.
Gloria patri & filio: & spiritui sancto.
Sicut erat in principio/& nūc & semper: et in secula seculorū amē.
In omnibus dñicis diebus per aduen. vsq; ad natiuit. dñi. In primo nocturno. añ. Non auferetur sceptrum de iuda & dux de femore eius donec veniat qui mittendus est. In omnibus vo. ab oct. epi. vsq; ad passionē dñi quadra-

Do de do. aute. In .i. no ctur. an. Seruite dho in timore. In oib9 do a do. trini. vsqz ad ad uen. dni qn de do. aute. In .i. noc. an. Pro fidei meritis vocitatur iu= re beatus/legē qui do mini meditatur nocte dieqz. Psalmus. vii.

Domine de9 me9 in te speraui sal uū me fac ex omnibus persequentibus me & libera me.

Nequando rapiat vt leo animā meā: dū nō est qui redimat / neqz qui saluum faciat.

Domine deus me9 si feci istud: si est iniqui= tas in manibus meis.

Si reddidi retribuē= tibus michi mala: de= cidā merito ab inimi= cis meis inanis.

Persequatur inimic9 animā meā/& compre hendat & conculcet in terra vitā meā: & glo= riam meam in puluere= rem deducat.

Exurge dñe i ira tua: et exaltare in finibus inimicorum meorum.

Et exurge dñe deus meus i precepto quod mandasti/& synagoga pplorū circūdabit te.

Et propter hāc in al= tū regredere domin9 iudicat populos.

Iudica me dñe secū= dum iustitiā meā & se cundū innocentiā meā super me.

Consumetur nequi= tia peccatorum: & diri ges iustū: scrutās cor da & renes deus.

Iustū adiutoriū meū a domino: qui saluos facit rectos corde.

Deus iudex iust9 for tis & patiēs: nunquid irascitur per singulos dies?

Nisi cōuersi fueritis gladium suū vibrauit arcum suū tetendit et parauit illum.

Et in eo parauit vasa mortis sagittas suas ardentibus effecit.

Ecce parturit iniusti tiā concepit dolorē: et

peperit iniquitatem.
Lacum aperuit & effo dit eum: et incidit in foueam quam fecit.
Conuertetur dolor e ius in caput eius: & in verticem ipsius iniqui tas eius descendet.
Confitebor dño secun dū iustitiā ei⁹: & psallā nomini dñi altissimi.

Psalmus. viii.

Domine dominus noster: q̄ admira bile est nomen tuū in vniuersa terra.
Quoniam eleuata est magnificentia tua su per celos.
Ex ore infantium & la ctentiū perfecisti lau dem propter inimicos tuos: vt destruas ini micum & vltorem.
Quoniam videbo ce los tuos opera digito rum tuorū: lunā & stel las que tu fundasti.
Quid est homo q̄ me mor es eius: aut filius hominis quoniam visi tas eum?
Minuisti eum paulo minus ab angelis glo ria & honore coronasti eum: & constituisti eum super opera manuum tuarum.
Omnia subiecisti sub pedibus eius oues: et boues vniuersas / insu per & pecora campi.
Uolucres celi & pisces maris: qui perambu lant semitas maris.
Domine dominus no ster: q̄ admirabile est nomen tuū in vniuersa terra.

Psalmus. ix.

Confitebor tibi do mine in toto cor de meo: narrabo omnia mirabilia tua.
Letabor & exultabo i te: psallam nomini tuo altissime.
In conuertendo ini micum meū retrorsū: infirmabuntur & peri bunt a facie tua.
Quoniam fecisti iu dicium meum / et cau sam meam: sedes su per thronum / qui iudi cas iustitiam.
Increpasti gentes / et

a iiii

perijt impius: nomen
eorū delesti in eternū/
& in seculum seculi.
Inimici defecerunt
framee in finē: & ciui-
tates eorū destruxisti.
Periit memoria eor
cum sonitu: & dominu⁹
in eternū permanet.
Parauit in iudicio thro
nū suū: & ipse iudica-
bit orbē terre in equi
tate / iudicabit popu-
los in iusticia.
Et factus est dñs re-
fugiū pauperi: adiutor
in opportunitatibus i
tribulatione.
Et sperent in te qui
nouerunt nomen tuū:
quoniā non dereliqui
sti querentes te dñe.
Psallite dño qui ha-
bitat in syō annūciate
inter gētes studia ei⁹.
Quoniā requirēs sā
guinē eorū recordat⁹
est: non est oblitus cla
morem pauperum.
Miserere mei dñe: vi
de humilitatē meā de
inimicis meis.
Qui exaltas me de
portis mortis: vt annū
ciem oēs laudationes
tuas in portis filie syō
Exultabo in salutari
tuo: infixe sūt gētes in
interitu/ quē fecerunt.
In laqueo isto quem
absconderunt: cōpre-
hensus est pes eorū.
Cognoscetur dñs iu
dicia faciēs: in operi-
bus manuū suarū cō-
prehēsus est peccator
Conuertātur pctōres
in infernū: oēs gentes
que obliuiscūtur deū.
Quoniā non in finem
obliuio erit pauperis:
patientia pauperū nō
peribit in finem.
Exurge dñe/ nō cōfor
tetur homo: iudicētur
gētes in cōspectu tuo.
Constitue domine le
gislatorem super eos:
vt sciant gentes/ quo-
niam homines sunt.
Ut quid domine re-
cessisti longe: despicis
in opportunitatibus in
tribulatione?
Dū superbit impius/
incenditur pauper: cō-

prehenduntur in consiliis quibus cogitāt.
Quoniam laudatur peccator in desideriis anime sue: & iniquus benedicitur.
Exacerbauit dominū peccator secūdū multitudinem ire sue non queret.
Non est de⁹ i cōspectu ei⁹: inquinate sunt vie illius in omni tēpore.
Auferuntur iudicia tua a facie eius: omnium inimicorū suorū dominabitur.
Dixit enim in corde suo: non mouebor a generatione in generationem sine malo.
Cuius maledictione os plenū est/ & amaritudine & dolo: sub lingua ei⁹ labor & dolor.
Sedet in insidiis cum diuitib⁹ in occultis: vt interficiat innocentē.
Oculi eius in pauperē respiciunt: insidiatur in abscondito quasi leo in spelunca sua.
Insidiatur vt rapiat pauperē: rapere pauperem dū attrahit eum.
In laqueo suo humiliabit eū: inclinabit se & cadet cū dominatus fuerit pauperū.
Dixit enī in corde suo oblitus est deus: auertit faciē suā ne videat in finem.
Exurge dñe deus et exaltetur man⁹ tua ne obliuiscaris pauperū.
Propter quid irritauit impius deum? dixit enim in corde suo: nō requiret.
Uides quoniā tu laborē & dolorē consideras: vt tradas eos in manus tuas.
Tibi derelictus est pauper: orphano tu eris adiutor.
Contere brachiū peccatoris & maligni: q̄retur peccatum illius & non inuenietur.
Dñs regnabit in eternum & in seculū seculi: peribitis gentes de terra illius.
Desiderium pauperū

exaudiuit dominus: pre parationem cordis eorum audiuit auris tua.
Iudicare pupillo et humili: vt non apponat vltra magnificare se homo super terram. Ps. x.
In domino confido: quomodo dicitis anime mee/transmigra in montem sicut passer?
Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum/ parauerunt sagittas suas in pharetra: vt sagittent in obscuro rectos corde.
Quoniam que perfecisti destruxerunt: iustus autem quid fecit?
Dominus in templo sancto suo: dominus in celo sedes eius.
Oculi eius in pauperem respiciunt: palpebre eius interrogant filios hominum.
Dominus interrogat iustum et impium: qui autem diligit iniquitatem odit animam suam.
Pluet super peccatores laqueos: ignis sulphur et spiritus procellarum pars calicis eorum.
Quoniam iustus dominus et iustitias dilexit: equitatem vidit vultus eius.
Gloria patri et filio: et spiritui sancto.
Sicut erat in princ. et c.
Per aduentum. an. Erit ipse expectatio gentium: lauabitque vino stolam suam: et sanguine vue pallium suum. Ab oct. epiph. vsque ad passio. do. an.
Domine deus meus in te speraui
Per estatem. an. Iuste deus iudex fortis patiensque benignus/in te sperantes muni miserando fideles. Psalmus. xi.
Saluum me fac domine quoniam defecit sanctus quoniam diminute sunt veritates a filiis hominum.
Vana locuti sunt vnusquisque ad proximum suum labia dolosa in corde et corde locuti sunt.
Disperdat dominus vniuersa labia dolosa et linguam magniloquam.
Qui dixerunt/linguam nostram magnificabi-

mus: labia nostra a nobis sunt / quis noster dominus est?
Propter miseriã inopum & gemitum pauperum: nunc exurgam dicit dominus.
Ponam in salutari: fiducialiter agam in eo
Eloquia domini eloquia casta: argentum igne examinatum: probatum terre purgatũ septuplum.
Tu domine seruabis nos & custodies nos: a generatione hac in eternum.
In circuitu impij ambulant scd̃m altitudinem tuã multiplicasti filios hominũ. Ps. xij.
Usquequo domine obliuisceris me in finẽ? usquequo auertis faciem tuã a me?
Quamdiu ponã consilia in aĩa mea: dolorẽ in corde meo per diẽ.
Usquequo exaltabitur inimicus meus super me? respice et exaudi me domine de⁹ meus.
Illumina oculos meos ne unq̃ obdormiã i morte nequãdo dicat inimicus meus preualui aduersus eum.
Qui tribulãt me exultabunt si motus fuero ego autem in misericordia tua speraui.
Exultabit cor meũ in salutari tuo: cantabo dño qui bona tribuit mihi/ & psallã nomini dñi altissimi. Ps. xiij.
Dixit insipiens in corde suo: nõ est deus.
Corrupti sunt & abominabiles facti sunt in studijs suis: non est qui faciat bonum/ non est usq₃ ad unum.
Dñs de celo prospexit super filios hominum: ut uideat si est intelligens aut requirens deum.
Oẽs declinauerũt simul inutiles facti sũt nõ est qui faciat bonũ non est usq₃ ad unum.
Sepulchrũ patẽs est guttur eorum linguis

guis dolose agebant: venenũ aspidũ sub labijs eorum.
Quorum os maledictione et amaritudine plenũ est; veloces pedes eorũ ad effundendum sanguinem.
Contritio et infelicitas in vijs eorũ: et viã pacis non cognouerũt non est timor dei ante oculos eorum.
Nonne cognoscẽt omnes qui operantur iniquitatẽ: qui deuorant plebem meã sicut escã panis?
Dñm nõ innocauerũt illic trepidauerunt timore vbi nõ erat tior.
Quoniã dñs in generatione iusta est: consiliũ inopis confudistis / quoniã dominus spes eius est.
Quis dabit ex syõ salutare israel: cũ auerterit dominus captiuitatẽ plebis sue / exultabit iacob: et letabitur israel?

Psalmus. xiiij.

Domine quis habitabit i tabernaculo tuo? aut qs requiescet i mõte sancto tuo?
Qui igredit̃ sine macula: et operat̃ iustitiã.
Qui loquitur veritatẽ in corde suo: q nõ egit dolũ in ligua sua.
Nec fecit ꝓximo suo malũ: et opprobriũ nõ accepit aduersus proximos suos.
Ad nichilũ deductus est in cõspectu eius malignus: timentes autẽ dominum glorificat.
Qui iurat ꝓximo suo et nõ decipit: qui pecuniã suam non dedit ad vsurã: et munera super innocentẽ nõ accepit.
Qui facit hec: nõ mouebitur in eternum.
Gloria patri et filio: et spiritui sancto.
Sicut erat in principio / et nunc et semper: et in secl'a seclorũ amen.
Per aduentũ. añ. Pulchriores sunt oculi eius vino: et dẽtes eius lacte candidiores. ꝟ. Ex syõ

species decori ei⁹. ℟. Deus noster manifeste veniet. Per octavas epiphanie usque ad passionē domini. an. Respice et exaudi me domine deus meus. ℣. Memor fui nocte nominis tui domine. ℟. Et custodivi legē tuā. Per estatem. an. Surge et in eternum serva munimine sacro: custodique tuos astripotens famulos. ℣. Memor fui nocte nominis tui domine. Psalm⁹. xv.

Conserva me domine quoniā speravi in te: dixi domino deus meus es tu/quoniam bonorum meorū non eges.

Sanctis qui sunt in terra ei⁹: mirificavit oēs voluntates meas i eis.

Multiplicate sunt infirmitates eorū: postea acceleraverunt.

Non congregabo conventicula eorū de sanguinibus: nec memor ero nominū eorū per labia mea.

Dominus pars hereditatis mee et calicis mei: tu es q̄ restitues hereditatē meā mihi.

Funes ceciderūt michi in preclaris: etenim hereditas mea preclara est mihi.

Benedicā dominū qui tribuit michi intellectū: insuper et usque ad noctem increpuerunt me renes mei.

Providebā dñm in cōspectu meo sēper quoniā a dextris est mihi ne commovear.

Propter hoc letatum est cor meū et exultavit lingua mea: insuper et caro mea requiescet i spe.

Quoniā non derelinques animā meā in inferno nec dabis sanctū tuū videre corruptionem.

Notas michi fecisti vias vite: adimplebis me leticia cū vultu tuo delectationes in dextera tua usque in finem.

Gloria patri et filio: et spiritui sācto.

Sicut erat in principio/ & nunc & semper.

¶ Dñicis diebus p adventū vsq ad natiuit. dñi. In ij. noc. aña. Bethleem nō es minima in principibꝰ iuda: ex te em exiet dux q̄ regat populū meū israel/ ipse em saluū faciet populū suū a pctis eoꝝ.

¶ Dñicisꝰ dñicis ab octaua epipha. vsq ad passione dñi. In ij. nocturn. aña. Bonoꝝ meorū nō indiges: in te speraui cōserua me dñe.

¶ Dñicis diebꝰ ab octa. trini. vsq ad aduētū dñi. In ij. noct. aña. Nature genitor cōserua morte redemptos: facq tuo dignos seruitio famulos. ps. xvj.

Exaudi domine iustitiā meā: intēde deprecationem meā.

Auribus percipe orationem meam: non in labiis dolosis.

De vultu tuo iudiciū meū prodeat: oculi tui videant equitates.

Probasti cor meū & visitasti nocte: igne me examinasti/ & nō est inuēta in me iniquitas.

Ut non loquatur os meum opera hominū: propter verba labioꝝ tuorum ego custodiui vias duras.

Perfice gressus meos in semitis tuis: vt nō moueant vestigia mea

Ego clamaui quoniā exaudisti me deus: inclina aurem tuā mihi & exaudi verba mea.

Mirifica misericordias tuas: qui saluos facis sperantes in te.

A resistentibus dextere tue custodi me: vt pupillam oculi.

Sub vmbra alarum tuarū protege me: a facie impioꝝ qui me afflixerunt.

Inimici mei animā meam circundederūt/ adipem suum cōcluserunt: os eorum locutū est superbiam.

Proiicientes me nūc circūdederūt me: ocu=

los suos statuerũt declinare in terram.

Susceperũt me sicut leo paratus ad predã: et sicut catulus leonis habitans in abditis.

Exurge domine preueni eum et supplanta eum: eripe animam meam ab impio / frameam tuam ab inimicis manus tue.

Domine a paucis de terra diuide eos in vita eorum: de absconditis tuis adimplet⁹ est venter eorum.

Saturati sunt filiis: dimiserunt reliquias suas paruulis suis.

Ego autẽ i iusticia apparebo i cõspectu tuo satiabor cũ apparuerit gloria tua.

Gloria patri et filio: et spiritui sancto.

Sicut erat in principio / et nũc et semper: et in scl'a seculorũ amen.

Per aduentũ. añ. Ecce virgo concipiet / et pariet filiũ: et vocabitur nomen ei⁹ emmanuel.

Post octauã epiph. vsq; ad passionẽ dñi. añ. Inclina dñe aurẽ tuã mihi: et exaudi verba mea. Per estatẽ. añ. Pectora nostra tibi tu cõditor orbis adure: igne pio purgans atq; cremãdo probãs. Ps. xvij.

Diligam te domine fortitudo mea dominus firmamentũ meũ: et refugiũ meũ / et liberator meus.

Deus meus adiutor meus: et sperabo in eum.

Protector me⁹ et cornu salutis mee: et susceptor meus.

Laudãs inuocabo dominum: et ab inimicis meis saluus ero.

Circundederunt me dolores mortis: et torrentes iniquitatis cõturbauerunt me.

Dolores inferni circundederũt me: preoccupauerunt me laquei mortis.

In tribulatione mea inuocaui dominum: et

ad deũ meũ clamaui.
Et exaudiuit de tem-
plo sancto suo vocem
meã: et clamor meus
in cõspectu ei⁹ introi-
uit in aures eius.
Commota est ⁊ contre
muit terra: ⁊ fundamẽ
ta montiũ conturbata
sunt/ ⁊ cõmota sũt quo
niam iratus est eis.
Ascendit fum⁹ in ira
eius / et ignis a facie
eius exarsit: carbones
succensi sunt ab eo.
Inclinauit celos ⁊ de
scendit: et caligo sub
pedibus eius.
Et ascẽdit super che
rubin ⁊ volauit: vola-
uit sup pẽnas vẽtorũ.
Et posuit tenebras la
tibulum suũ/ in circui
tu eius: tabernaculum
eius: tenebrosa aqua
in nubibus aeris.
Pre fulgore i cõspectu
ei⁹ nubes trãsierũt grã
do ⁊ carbones ignis.
Et intonuit de celo
dominus/ ⁊ altissimus
dedit vocẽ suã: gran-
do/ ⁊ carbones ignis.

Et misit sagittas su-
as ⁊ dissipauit eos: ful
gura multiplicauit et
conturbauit eos.
Et apparuerunt fon-
tes aquarũ: ⁊ reuelata
sunt fundamẽta orbis
terrarum.
Ab increpatione tua
domine: ab inspiratio
ne spiritus ire tue.
Misit de summo ⁊ acce
pit me: ⁊ assumpsit me
de aquis multis.
Eripuit me de inimi-
cis meis fortissimis/
et ab his qui oderunt
me: quoniã confortati
sunt super me.
Preuenerunt me in
die afflictionis mee: ⁊
factus est dñs protec-
tor meus.
Et eduxit me in lati-
tudinem: saluũ me fe-
cit quoniã voluit me.
Et retribuet mihi do-
minus secũdũ iustitiã
meã: ⁊ secundũ purita
tem manuũ mearũ re-
tribuet michi.
Quia custodiuit vias
domini: nec impie gessi

a deo meo.

Quoniam omnia iudicia eius in conspectu meo: et iustitias eius non repuli a me.

Et ero immaculatus cũ eo: ꝛ obseruabo me ab iniquitate mea.

Et retribuet mihi dominus secundum iustitiam meam: ꝛ secundũ puritatẽ manuum mearum in conspectu oculorum eius.

Cum sancto sanctus eris: et cum viro innocente innocens eris.

Et cum electo elect⁹ eris: et cum peruerso peruerteris.

Quoniã tu populum humilem saluũ facies et oculos superborum humiliabis.

Quoniã tu illuminas lucernam meam domine: deus meus/ illumina tenebras meas.

Quoniam in te eripiar a tẽtatione: et in deo meo transgrediar murum.

Deus meus impolluta via eius: eloquia domini igne examinata: protector est omnium sperantium in se.

Quoniam quis deus preter dominum? aut quis deus preter deũ nostrum?

Deus qͥ precinxit me virtute ꝛ posuit immaculatam viam meam.

Qui perfecit pedes meos tanquam ceruorum: et super excelsa statuens me.

Qui docet manus meas ad prelium: ꝛ posuisti vt arcum ereũ brachia mea.

Et dedisti mihi protectionẽ salutꝫ tue: ꝛ dextera suscepit me.

Et disciplina tua correxit me in finem: et disciplina tua ipsa me docebit.

Dilatasti gress⁹ meos subtus me: ꝛ nõ sunt infirmata vestigia mea.

Persequar inimicos meos / et comprehendam illos: ꝛ nõ conuertar donec deficiant.

Confringã illos nec

poterunt stare: cadent subtus pedes meos.

Et precinxisti me vir-tute ad bellum: et sup-plantasti insurgentes in me subtus me.

Et inimicos meos de-disti mihi dorsum: et o-dientes me disperdidisti.

Clamauerunt nec erat qui saluos faceret: ad dominum nec exaudiuit eos

Et comminuam eos ut pulverem ante faciem venti: ut lutum platea-rum delebo eos.

Eripies me de contra-dictionibus populi: cō-stitues me in caput gē-tium.

Populus quem nō co-gnouit/ seruiuit mihi: in auditu auris obedi-uit mihi.

Filii alieni mētiti sūt mihi: filii alieni inue-terati sunt et claudica-uerunt a semitis suis.

Viuit dominus/ et bene-dictus deus meus: et exal-tetur deus salutis mee.

Deus qui das vindi-ctas mihi/ et subdis po-pulos sub me: liberat-or meus de inimicis meis iracundis.

Et ab insurgentibus in me exaltabis me: a viro iniquo eripies me.

Propterea confitebor tibi in nationibus do-mine: et nomini tuo psal-mum dicam.

Magnificans salutes regis eius/ et faciēs mi-sericordiā christo suo david: et semini eius usque in seculum.

Gloria patri et filio: et spiritui sancto.

Sicut erat i principio/ et nunc et semper: et in secula seculorū amen.

Per aduē. ān. Orietur in diebus eius iustitia et abundantia pacis: et a-dorabunt eū omnes re-ges/ omnes gentes ser-uient ei. ps. Egredietur virga de radice iesse. ps. Et flos de radice eius ascēdet. Post octa. epipha. usque ad passio-nē domini. ān. Dñs fir-mamentū meum et re-fugium meū. ps. Media

nocte surgebam ad cõ-
fitendum tibi. ℟. Sup
iudicia iustificationis
tue. Per estatem. Añ.
Tu populum humilem
saluasti a morte redẽ-
ptor: atq superba tuo
colla premis iaculo.
℣ Media nocte surge-
bam. Psalmus. xviij.

Celi enarrant glo
riam dei: et ope-
ra manuũ eius annun-
ciat firmamentum.
Dies diei eructat ver
bum: et nox nocti indi-
cat scientiam.
Non sunt loquelle ne
q sermones: quorum
non audiantur voces
eorum.
In omnem terrã exi-
uit sonus eorum: et in
fines orbis terre ver-
ba eorum.
In sole posuit taber-
naculum suum: et ipse
tanq sponsus proce-
dens de thalamo suo.
Exultauit vt gygas
ad currendam viam: a
summo celo egressio eiꝰ.
Et occursus eius vs-
q ad summum eius:
nec est qui se abscon-
dat a calore eius.
Lex domini immacu-
lata cõuertẽs animas:
testimonium domini fi-
dele / sapientiam pre-
stans paruulis.
Iusticie dñi recte / le
tificantes corda prece-
ptum domini lucidum
illuminans oculos.
Timor dñi sanctꝰ per
manet in seculũ seculi
iudicia dñi vera: iusti-
ficata in semetipsa.
Desiderabilia super
aurum et lapidem pre-
ciosum multum: et dul
ciora sup mel et fauum
Etenim seruus tuus
custodit ea: in custo-
diendis illis retribu-
tio multa.
Delicta quis intelli-
git? ab occultis meis
munda me: et ab alie-
nis parce seruo tuo.
Si mei nõ fuerint do
minati tunc immacula
tus ero: et emundabor
a delicto maximo.
Et erunt vt compla-

cent eloquia oris mei et meditatio cordis mei/ in conspectu tuo semp Domine adiutor me⁹ et redemptor meus.
Gloria patri et filio: et spiritui sancto.
Sicut erat i principio et nunc et sēper: et in secula seculorum. amen.
¶ Dominicis diebus per aduē. vsq ad natiuitatē dñi. In .iij. noct. ān. Nox precessit dies autem appropinquauit abijciamus ergo opera tenebrarū et induamur arma lucis. ¶ Dominicis dieb⁹ ab octa. epi. vsq ad pasch. do. qñ de do. agit. In .iij. noct. ān. Preceptū dñi lucidum illuminans oculos.
¶ Dñicis dieb⁹ p estatē qñ de do. agitur vsq ad aduētū. In .iij. noct. ān. Sponsus vt e thalamo processit christ⁹ in orbem: descendens celo iure salutifero.
Psalmus .xix.
Exaudiat te dominus i die tribulationis: protegat te nomen dei iacob.
Mittat tibi auxilium de sancto: et de sion tueatur te.
Memor sit omnis sacrificij tui: et holocaustum tuum pingue fiat
Tribuat tibi secundū cor tuum: et omne consilium tuum confirmet.
Letabimur i salutari tuo: et i nomine dei nostri magnificabimur.
Impleat domin⁹ omnes petitiones tuas: nunc cognoui quoniam saluum fecit dominus christum suum.
Exaudiat illū de celo sancto suo: i potentatibus salus dextere ei⁹.
Hi in curribus et hi in equis: nos aūt ī in nomine domini dei nostri inuocabimus.
Ipsi obligati sūt et ceciderūt: nos aūt surreximus/ et erecti sumus
Dñe saluum fac regē et exaudi nos i die qua inuocauerimus te.
Gloria patri et filio: et

spiritui sancto.
Sicut erat. &c. Per adven. an. Hora est iam nos de somno surgere: et aperti sunt oculi nostri surgere ad christum: quia lux vera est fulgens in celis. Ab octaua epiphanie usque ad passionem dni. an. Impleat dominus oes petitiones tuas. Per estate. an. Aprilis nobis saluator mittet salutis et tribuas vitam tempore perpetuo.

Psalmus. xx.

Domine in virtute tua letabitur rex et super salutare tuum exultabit vehementer.
Desiderium cordis ei[9] tribuisti ei: et voluntate labiorum eius non fraudasti eum.
Quoniam preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide precioso.
Vitam petijt a te et tribuisti ei: longitudinem dierum in seculum et in seculum seculi.
Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam et magnum decorem impones super eum.
Quoniam dabis eum in benedictionem in seculum seculi: letificabis eum in gaudio cum vultu tuo.
Quoniam rex sperat in domino: et in misericordia altissimi non commouebitur.
Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis: dextera tua inueniat omnes qui te oderunt.
Pones eos ut clibanum ignis in tempore vultus tui: dns in ira sua conturbabit eos/et deuorabit eos ignis.
Fructum eorum de terra perdes: et semen eorum a filijs hominum.
Quoniam declinauerunt in te mala: cogitauerunt consilia que non potuerunt stabilire.
Quoniam pones eos dorsum in reliquijs tuis preparabis vultum eorum.
Exaltare dne in virtute tua: cantabimus et

psallem⁹ virtutes tuas
Gloria patri et filio:
et spiritui sancto.
Sicut erat i principio
et nunc et sēper: et in se-
cula seculorum amen.
Per adven an. Gaude
te in domino semper/
modestia vestra nota
sit omnibus homini-
bus: dominus prope est
nihil solliciti sitis/sed
in omni oratione peti-
tiones vestre innotes-
cant apud deum. ℣. E-
gredietur dominans de
loco sancto suo. ℟. Ve-
niet vt saluet populum
suū. non dicatur vite-
rius. Ab octa. epi. vsq
ad passionem dñi. an.
Domine in virtute tua
letabitur rex. ℣. Exal-
tare domine in virtute
tua. ℟. Cantabimus
et psallemus virtutes
tuas. Per estatem. an.
Rex sine fine manens
miseris tu parce rui-
nis: premia concedens
et tua cuncta regēs. ℣.
Exaltare. vt s. ¶ Canti
cū ambrosij et augusti.


Te deū laudamus: te dominū cōfitemur.
Te eternū patrem: omnis terra veneratur.
Tibi omnes angeli/ tibi celi et vniuerse potestates.
Tibi cherubin et seraphin: incessabili voce proclamant.
Sanctus. Sanctus. Sanctus: Dominus deus sabaoth.
Pleni sūt celi/et terra maiestatis glorie tue.
Te gloriosus apostolorum chorus.
Te prophetarum: laudabilis numerus.
Te martyrum candidatus: laudat exercit⁹.
Te per orbē terrarū: sctā cōfitetur ecclesia.
Patrem: immense maiestatis.
Venerandum tuū verum: et vnicum filium.

Sanctum quoq; paraclitum spiritum.
Tu rex glorie christe
Tu patris sempiternus es filius.
Tu ad liberandum suscepturus hominem: non horruisti virginis vterum.
Tu devicto mortis aculeo: aperuisti credentibus regna celorum.
Tu ad dexterã dei sedes: in gloria patris.
Iudex crederis esse venturus.
Te ergo quesum⁹ famulis tuis subueni: quos precioso sanguine redemisti.
Eterna fac cũ sanctis tuis: in gl'ia numerari.
Saluum fac populum tuum domine: et benedic hereditati tue.
Et rege eos: & extolle illos vsq; in eternum.
Per singulos dies: benedicimus te.
Et laudamus nomen tuum in seculum: et in seculum seculi.
Dignare dñe die isto sine pctõ nos custodire
Miserere nostri domine: miserere nostri.
Fiat mia tua dñe super nos: quemadmodũ sperauimus in te.
In te domine speraui non confundar ieternũ
℣. Excelsus super omnes gentes dominus.
℟. Et super celos gloria ei⁹. Deus in adiutoriũ. Cñ laudib⁹. a.
Regnauit domin⁹ precinctus fortitudine cũ decore virtutum cuius sedes est in eternũ. ps.
Domin⁹ regnauit. ãn.
Sciamus omnes quia dñs ipse est deus: cui iubilemus/ & exaltem⁹ & laudemus nomen eius in eternum. ps. Jubilate deo omnis terra
ãn. Benedicam te dñe in vita mea vt videam virtutem tuam & gloriam tuam. ps. Deus deus meus. ãn. Omnis creatura celi & terre benedicat dominũ: hymnum dicat/ & superexaltet eum in secula. ps.

Benedicite. An. Spiritus omnis laudet dn̄m quia ipse dixit et facta sunt omnia/ mandavit et creata sunt universa Ps. Laudate dominum de celis. Hec predicta an̄a semper in laud. dicatur in dn̄icis diebus quando inchoatur aliqua nova historia cum pleno servitio: et quando ultimo fit servitiū de dn̄ica ante. lxx. vel ante adventum. Mediis vero dominicis dicitur hec sola. an̄. Regnavit.

Psalmus. xcii.



Dominus regnavit decorē indutus est indutus est dn̄s fortitudinē et precinxit se.

Etenim firmavit orbem terre: qui non cōmovebitur.

Parata sedes tua deus extunc a seculo tu es.

Elevaverunt flumina domine: elevaverunt flumina vocem suam.

Elevaverunt flumina fluctus suos: a vocibus aquarum multarum.

Mirabiles elationes maris: mirabilis in altis dominus.

Testimonia tua credibilia facta sunt nimis domum tuā decet sanctitudo domine/ in longitudinem dierum.

Gloria patri et filio: et spiritui sancto.

Sicut erat. Ps. xcix.

Iubilate deo omnis terra: servite domino in leticia.

Introite in cōspectu eius: in exultatione.

Scitote quoniā dominus ipse est deus: ipse fecit nos et non ipsi nos.

Populus eius et oves pascue eius/ introite portas eius in cōfessione: atria eius in hymnis confitemini illi.

Laudate nomen eius quoniam suavis est dominus in eternum misericordia eius: et usque

in generatione et generatione veritas eius.
Gloria patri. Ps. lxii.
Deus deus meus: ad te de luce vigilo
Sitivit in te anima mea: quam multipliciter tibi caro mea.
In terra deserta / invia / et inaquosa / sic in sancto apparui tibi: ut viderem virtutem tuam et gloriam tuam.
Quoniam melior est misericordia tua super vitas: labia mea laudabunt te.
Sic benedicam te in vita mea: et in nomine tuo levabo manus meas.
Sicut adipe et pinguedine repleatur anima mea: et labiis exultationis laudabit os meum
Si memor fui tui super stratum meum in matutinis meditabor in te: quia fuisti adiutor meus.
Et in velamento alarum tuarum exultabo adhesit anima mea post te: me suscepit dextera tua.
Ipsi vero in vanum quesierunt animam meam introibunt in inferiora terre: tradentur in manus gladii / partes vulpium erunt.
Rex vero letabitur in deo / laudabuntur omnes qui iurant in eo: quia obstructum est os loquentium iniqua.
Psalmus. lxvi.
Deus misereatur nostri et benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos / et misereatur nostri.
Ut cognoscamus in terra viam tuam in omnibus gentibus salutare tuum.
Confiteantur tibi populi deus: confiteantur tibi populi omnes.
Letentur et exultent gentes: quoniam iudicas populos in equitate: et gentes / in terra dirigis.
Confiteantur tibi populi deus / confiteantur tibi populi omnes: terra dedit fructum suum.

Benedicat nos deus deus noster: benedicat nos deus / et metuant eum omnes fines terre.
Gloria patri et filio: et spiritui sancto.
Sicut erat i principio et nunc et semper: et in secula seculorum amen.
¶ Cāticū triū puerorum.

Dan. 3.c8. Benedicite omnia opera dñi domino: laudate et superexalta te eum in secula.
Benedicite angeli domini domino: benedicite celi domino.
Benedicite aque oēs que super celos sūt dño: benedicite omnes virtutes domini domino.
Benedicite sol et luna domino: benedicite stelle celi domino.
Benedicite imber et ros dño: benedicite oēs spiritus dei domino.
Benedicite ignis et estus dño: benedicite frigus et estas domino.
Bñdicite rores et pruina dñi: benedicite gelu et frigus domino.
Benedicite glacies et niues dño: benedicite noctes et dies domino.
Benedicite lux et tenebre dño: benedicite fulgura et nubes domino.
Benedicat terra dominum laudet: et superexaltet eum in secula.
Bened mōtes et colles dño: bñdicite vniuersa germinātia i terra dño
Benedicite fontes domino: benedicite maria et flumina domino.
Benedicite cete et oīa que mouētur in aquis dño: benedicite omnes volucres celi domino.
Benedicite omnes bestie et pecora domino: benedicite filij hominum domino.
Benedicat israel dominum: laudet et superexaltet eum in secula.
Benedicite sacerdotes domini dño: benedicite serui domini domino
Benedicite spiritus et anime iustorū domino: benedicite sancti et humiles corde domino.

Benedicite anania/azaria / misael domino: laudate & superexaltate eum in secula.
Benedicamus patrem & filium cum sancto spiritu laudemus & superexaltemus eum in secula.
Benedictus es domine in firmamento celi: & laudabilis/ & gloriosus et superexaltatus eum in secula.

Psalmus.cxlviii.

Laudate dominum de celis : laudate eum in excelsis.
Laudate eum oēs angeli eius:laudate eum omnes virtutes eius.
Laudate eum sol & luna : laudate eū omnes stelle & lumen.
Laudate eum celi celorū:et aque que super celos sunt/laudent nomen domini.
Quia ipse dixit & facta sunt : ipse mandauit & creata sunt.
Statuit ea ineternum & in seculū seculi: preceptum posuit et non preteribit.
Laudate dominum de terra:dracones et omnes abyssi.
Ignis/grādo/nix/glacies spirit' procellarū que faciunt verbū ei'.
Montes & omnes colles:ligna fructifera et omnes cedri.
Bestie & vniuersa pecora:serpentes et oēs volucres pennate.
Reges terre & omnes populi:principes & omnes iudices terre.
Iuuenes et virgines senes cum iunioribus laudent nomen domini: quia exaltatum est nomen eius solius.
Confessio eius super celum & terrā:& exaltauit cornu populi sui.
Hymnus omnib' sanctis ei':filijs israel populo appropinquanti sibi.

Psalmus.cxlix.

Cantate dño canticum nouum:laus eius in ecclesia sctōrū.
Letetur israel in eo q̄ fecit eum; et filie syon

exultent in rege suo.
Laudent nomen eius in choro: in tympano et psalterio psallant ei.
Quia beneplacitum est domino in populo suo: et exaltauit mansuetos in salutem.
Exultabunt sancti in gloria: letabuntur in cubilibus suis.
Exultationes dei in gutture eorum: et gladii ancipites in manibus eorum.
Ad faciendam vindictam in nationibus: increpationes in populis.
Ad alligandos reges eorum in compedibus et nobiles eorum i manicis ferreis.
Ut faciant in eis iudicium conscriptum: gloria hec est omnib⁹ sanctis eius. Psalm⁹. cl.
Laudate dominum in sanctis ei⁹: laudate eum in firmamento virtutis eius.
Laudate eum in virtutibus eius: laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius.
Laudate eum in sono tube: laudate eum in psalterio et cythara.
Laudate eum in tympano et choro: laudate eum i chordis et organo.
Laudate eum in cymbalis benesonantibus laudate eum in cymbalis iubilationis omnis spiritus laudet dominum.
Gloria patri. Capitulum.

Benedictio et claritas et sapientia et gratiarum actio: honor et virt⁹ et fortitudo deo nostro in secula seculorum amen. Deo gratias. Apoca. 7.

Hoc capitulum dicitur in diebus dominicis ad laud. a Domine ne in ira. usque ad lxx. et a Deus omnium usque ad aduentum quandocunque agitur de dominica.
In omnib⁹ dominicis a Domine ne in ira. quando de do. agitur usque ad. xl. dicitur ad laud. hic sequens hymnus. Hy⁹.
Eterne rerum conditor/noctem diem-

qui regis: et tempo-
rum das tẽpora/ vt al-
leues fastidium.

Preco diei iam sonet/
noctis profunde perui-
gil: nocturna lux vian-
tibus / a nocte noctem
segregans.

Hoc excitatus lucifer/
soluit polum caligine:
hoc omnis errorũ cho-
rus/ viam nocendi de-
serit.

Hoc nauta vires colli-
git / pontiq mitescunt
freta: hoc ipsa petra
ecclesie / canente cul-
pam diluit.

Surgamus ergo strẽ-
nue/ gallus iacentes ex-
citat: et somnolẽtos in-
crepat / gallus negan-
tes arguit.

Gallo canente spes re-
dit/ egris salus refun-
ditur: mucro latronis
conditur / lapsis fides
reuertitur.

Iesu labentes respi-
ce/ et nos videndo cor-
rige: si respicis lapsus
cadunt / fletuq culpa
soluitur.

Tu lux refulge sensi-
bus/ mentisq somnum
discute: te nostra vox
primam sonet/ et vota
soluamus tibi.

Gloria tibi domine/ q
natus es de virgine.
vsq ad purificationem
post purif. vero dicit.

Deo patri sit gloria/
eiusq soli filio: cũ spi-
ritu paraclito/ et nunc
et in perpetuum. Amen

℣. Dñs regnauit. ℟.
Decorẽ induit all'a. Iste
℣. cum preced. cõ- dicat
in laud. omnibus do.
vsq ad. lxx. et a Deo̅ om-
nium. vsq ad aduentũ
dñi: qñ de do. agitur. A
lxx. vsq ad. xl. ℣. Dñe
refugium factus es no-
bis ℟. A generatione
et progenie. Per estatem
in do. et fes. dieb9 vsq
ad aduen. sz ad laudes
hic sequẽs hymn9 quã-
do de dominica vel de
feria agitur. Hymnus.

Ecce iam noctis te-
nuatur vmbra/ lu-
cis aurora rutilãs co-
ruscat / nisibus totis

cogitemus omnes cunctipotentem.

Ut deus noster miseratus omnē pellat languorē tribuat salutem donet & nobis pietate patris/regna polorum

Prestet hoc nobis deitas beata/patris ac nati paritercß sancti spiritus / cuius reboat in omni / gloria mundi. Amen. V. Dominus regnauit. R. Decorem induit alleluia.

¶ Canticum zacharie prophete.

Lu.i Benedictus dominus deus israel: quia visitauit & fecit redemptionē plebis sue.

Et erexit cornu salutis nobis: in domo dauid pueri sui.

Sicut locutus est per os sanctorū qui a seculo sunt ꝓphetarū eius

Salutem ex inimicis nostris: & de manu omnium qui oderunt nos

Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris & memorari testamenti sui sancti.

Iusiurandum quod iurauit ad abraham patrem nostrum: daturū se nobis.

Ut sine timore de manu inimicorū nostrorū liberati seruiamus illi

In sanctitate & iusticia coram ipso: omnibus diebus nostris.

Et tu puer / propheta altissimi vocaberis: preibis enim ante faciē dñi/parare vias eius.

Ad dandam scientiam salutis plebi eius: in remissionem peccatorum eorum.

Per viscera mie dei nostri: in quibus visitauit nos oriens ex alto.

Illuminare his qui in tenebris / et in umbra mortis sedent: ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

Gloria patri & filio: & spiritui sancto.

Sicut erat in principio & nunc & semper: & in secula seculorū amen.

Psalmus.cxxij.

Ad te levavi ocu-
los meos: qui ha
bitas in celis.
Ecce sicut oculi servo
rum: in manibus domi
norum suorum.
Sicut oculi ancille in
manibus domine sue:
ita oculi nostri ad do-
minum deum nostrum
donec misereatur nri.
Miserere nostri domi
ne miserere nostri: qr
multum repleti sumus
despectione.
Quia multum reple-
ta est anima nostra: op
probriũ abundantibus
et despectio superbis.
Gloria patri. Kyrie
eleison. Christe eleisõ.
Kyrie eleisõ. Pater nr.
Et ne nos inducas.
Sed libera nos a ma.
Exurge domine adiu-
va nos. Et libera nos
propter nomen tuum.
Domine deus virtu-
tum converte nos. Et
ostende faciem tuam &
salui erimus.
Dñe exaudi. Et cla.
Dominus vobiscum.
Et cũ spiritu tuo. Or.
Ecclesie tue quesumus dñe
preces placat' ad
mitte: ut destructis ad
versitatibus et errori-
bus universis / secura
tibi serviat libertate &
pacem tuã nostris con
cede temporibus. Per
dominum nostrum Je-
sum christum filium.
¶ Ad primam. Hymn'.
Iam lucis orto sy-
dere / deum prece-
mur supplices: ut in
diurnis actibus / nos
servet a nocentibus.
Linguam refrenans
temperet / ne litis hor-
ror insonet visum fo-
vendo contegat / ne va-
nitates hauriat.
Sint pura cordis in-
tima / absistat et veco-
dia: carnis terat super
biam / potus cibiq; par
citas.
Ut cum dies abscesse
rit / noctemq; sors redu
xerit mundi per absti-
nentiam / ipsi canamus
gloriam.
Deo patri sit gloria /

eiusq3 soli filio: cū spiritu paraclito / et nunc & in perpetuum. Amen

Psalmus .xxj.



Eus deus meus respice i me quare me dereliquisti: lōge a salute mea verba delictorum meorum.

Deus meus clamabo per diē & nō exaudies: et nocte et non ad insipientiam mihi.

Tu autem in sancto habitas: laus israel.

In te speraverunt patres nostri: speraverūt & liberasti eos.

Ad te clamaverunt & salui facti sunt: in te speraverunt & non sūt confusi.

Ego autem sum vermis & nō homo: opprobrium hominum & abiectio plebis.

Omnes videntes me deriserunt me: locuti sunt labijs & mouerūt caput.

Speravit in dño eripiat eum: saluū faciat eum quoniā vult eum.

Quoniā tu es qui extraxisti me de ventre / spes mea ab vberibus matris mee: in te proiectus sum ex vtero.

De vētre matris mee deus meus es tu: ne discesseris a me.

Quoniam tribulatio proxima est: quoniam non est qui adiuuet.

Circundederunt me vituli multi: tauri pingues obsederunt me.

Aperuerunt super me os suū: sicut leo rapiēs & rugiens.

Sicut aqua effusus sū & dispersa sunt omnia ossa mea.

Factum est cor meū tanq̄ cera liquescēs: in medio ventris mei.

Aruit tanq̄ testa virtus mea: & lingua mea adhesit faucibus meis et in puluerem mortis deduxisti me.

Quoniam circundederunt me canes multi: consilium malignan=

lium obsedit me.
Foderunt manus meas & pedes meos: dinumeraverunt oia ossa mea.
Ipsi vero consideraverunt & inspexerunt me: diviserunt sibi vestimenta mea: & super vestem meam miserunt sortem.
Tu autem domine ne elongaveris auxilium tuum a me: ad defensionem meam conspice.
Erue a framea deus animam meam: et de manu canis unicam meam.
Salva me ex ore leonis: et a cornibus unicornium humilitatem meam.
Narrabo nomen tuum fratribus meis: i medio ecclesie laudabo te.
Qui timetis dominum laudate eum: universum semen iacob glorificate eum.
Timeat eum omne semen israel: quoniam non sprevit neque despexit deprecationem pauperis.
Nec avertit faciem suam a me: & cum clamarem ad eum exaudivit me.
Apud te laus mea in ecclesia magna: vota mea reddam in conspectu timentium eum.
Edent pauperes & saturabuntur/ & laudabunt dominum qui requirunt eum: vivent corda eorum in seculum seculi.
Reminiscentur & convertentur ad dominum: universi fines terre.
Et adorabunt in conspectu eius: universe familie gentium.
Quoniam domini est regnum: & ipse dominabitur gentium.
Manducaverunt & adoraverunt oes pingues terre: in conspectu eius cadent omnes qui descendunt in terram.
Et anima mea illi vivet: & semen meum serviet ipsi.
Annunciabitur dño generatio ventura: et annunciabunt celi iustitiam eius/ populo qui nascetur quem fecit dos

minus. Psalmus. xxii.

Dominus regit me et nihil mihi deerit: in loco pascue ibi me collocauit.

Super aquã refectionis educauit me: animam meam conuertit.

Deduxit me super semitas iustitie: propter nomen suum.

Nam et si ambulauero ĩ medio umbre mortis non timebo mala quoniam tu mecum es.

Uirga tua et baculus tuus: ipsa me consolata sunt.

Parasti in conspectu meo mẽsam: aduersus eos qui tribulant me.

Impinguasti in oleo caput meum: et calix meus inebrians quam preclarus est.

Et misericordia tua subsequetur me: omnibus diebus uite mee.

Et ut inhabitẽ in domo domini: in longitudinem dierum.

Gloria patri et filio: et spiritui sancto.

Sicut erat in principio et nunc et sẽper: et in secula seculorũ amen.

Psalmus. xxiii.

Domini est terra et plenitudo eius orbis terrarũ et uniuersi qui habitant in eo.

Quia ipse super maria fundauit eum: et super flumina preparauit eum.

Quis ascendet in mõtem domini? aut quis stabit in loco sancto eius?

Innocẽs manibus et mundo corde/qui non accepit in uano animã suam: nec iurauit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem a domino: et misericordiã a deo salutari suo.

Hec est generatio querentium deum: querentium faciem dei iacob.

Attollite portas principes uestras et eleuamini porte eternales: et introibit rex glorie.

Quis est iste rex glo-

rie? Dominus fortis et potens / Dominus potens in prelio.
Attollite portas principes vestras & elevamini porte eternales: & introibit rex glorie.
Quis est iste rex glorie? Dominus virtutum ipse est rex glorie.
Psalmus. xxiiii.
Ad te domine levavi animam meam deus meus in te confido non erubescam.
Neque irrideant me inimici mei: etenim universi qui sustinent te non confundentur.
Confundantur omnes iniqua agentes: supervacue.
Vias tuas domine demonstra mihi: & semitas tuas edoce me.
Dirige me in veritate tua & doce me: quia tu es deus salvator meus et te sustinui tota die.
Reminiscere miserationum tuarum domine: et misericordiarum tuarum que a seculo sunt.
Delicta iuventutis mee & ignorantias meas ne memineris.
Secundum misericordiam tuam memento mei tu propter bonitatem tuam domine.
Dulcis et rectus dominus: propter hoc legem dabit delinquentibus in via.
Diriget mansuetos in iudicio: docebit mites vias suas.
Universe vie domini misericordia & veritas requirentibus testamentum eius: & testimonia eius.
Propter nomen tuum domine propitiaberis peccato meo: multum est enim.
Quis est homo qui timet dominum: legem statuit ei in via quam elegit?
Anima eius in bonis demorabitur: & semen eius hereditabit terram.
Firmamentum est dominus timentibus eum: et testamentum ipsius ut manifestetur illis.

Oculi mei semper ad dominum: quoniã ipse euellet de laqueo pedes meos.

Respice in me/et miserere mei: q2 unicus & pauper sum ego.

Tribulationes cordis mei multiplicate sunt: de necessitatibus meis erue me.

Uide humilitatẽ meã et laborem meum: et dimitte uniuersa delicta mea.

Respice inimicos meos quoniam multiplicati sunt: & odio iniquo oderunt me.

Custodi animã meam et erue me: non erubescam quoniam speraui in te.

Innocentes et recti adheserunt mihi: quia sustinui te.

Libera deus israel: ex omnibus tribulationibus suis.

Gloria patri & filio: et spiritui sancto.

Sicut erat in principio/& nũc & sẽ. Ps. xxv.

Iudica me domine quoniam ego i innocẽtia mea ingressus sum: et in domino sperans non infirmabor.

Proba me domine et tẽta me: ure renes meos & cor meum.

Quoniam misericordia tua ãte oculos meos est: et complacui in ueritate tua.

Non sedi cum consilio uanitatis: & cũ iniqua gerentibus nã introibo.

Odiui ecclesiam malignantium: & cũ impijs non sedebo.

Lauabo inter innocẽtes manus meas: & circundabo altare tuum domine.

Ut audiam uocẽ laudis tue: & enarrem uniuersa mirabilia tua.

Domine dilexi decorem dom⁹ tue: & locum habitationis gl'ie tue.

Ne perdas cum impijs deus animam meam: & cum uiris sanguinum uitam meam.

In quorum manibus iniquitates sunt: dextera eorum repleta est muneribus.
Ego autem in innocentia mea ingressus sum: redime me, et miserere mei.
Pes meus stetit in directo: in ecclesijs benedicam te domine.

Psalmus. liij.

Deus in nomine tuo saluum me fac: et in virtute tua iudica me.
Deus exaudi orationem meam: auribus percipe verba oris mei.
Quoniam alieni insurrexerunt aduersum me: et fortes quesierunt animam meam: et non proposuerunt deum ante conspectum suum.
Ecce enim deus adiuuat me: et dominus susceptor est anime mee.
Auerte mala inimicis meis: et in veritate tua disperde illos.
Voluntarie sacrificabo tibi, et confitebor nomini tuo domine: quoniam bonum est.
Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me: et super inimicos meos despexit oculus meus.
Gloria patri. Ps. cxvij.

Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius.
Dicat nunc israel quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius.
Dicat nunc domus aaron: quoniam in seculum misericordia eius.
Dicant nunc qui timent dominum: quoniam in seculum misericordia eius.
De tribulatione inuocaui dominum: et exaudiuit me in latitudine dominus.
Dominus mihi adiutor: non timebo quid faciat mihi homo.
Dominus mihi adiutor: et ego despiciam inimicos meos.
Bonum est confidere

in domino: q̃ confide-re in homine.

Bonum est sperare in domino: q̃ sperare in principibus.

Omnes gẽtes circuierunt me: et in nomine domini quia ultus sum in eos.

Circundantes circundederunt me: et in nomine domini quia ultus sum in eos.

Circundederunt me sicut apes/ & exarserũt sicut ignis in spinis: et in nomine domini quia ultus sum in eos.

Impulsus euersus sũ ut caderem: & dominus suscepit me.

Fortitudo mea & laus mea dominus: et fact⁹ est mihi in salutem.

Uox exultationis et salutis: in tabernaculis iustorum.

Dextera domini fecit uirtutem/ dextera domini exaltauit me: dextera domini fecit uirtutem.

Non moriar sed uiuã: & narrabo opera dñi.

Castigans castigauit me dominus: et morti non tradidit me.

Aperite mihi portas iustitie/ & ingressus in eas cõfitebor domino: hec porta domini/ iusti intrabunt in eam.

Confitebor tibi quoniã exaudisti me: et factus es mihi in salutẽ.

Lapidem quem reprobauerunt edificantes: hic factus est in caput anguli.

A domino factum est istud: & est mirabile in oculis nostris.

Hec est dies quam fecit dominus: exultem⁹ & letemur in ea.

O domine saluum me fac/ o domine bene prosperare: benedict⁹ qui uenit in nomine domini.

Benediximus uobis de domo domini: deus dominus & illuxit nobis.

Constitui te diem solennem in condensis: usq; ad cornu altaris.

Deus me⁹ es tu, & cõfitebor tibi: deus meus es tu et exaltabo te.
Confitebor tibi quoniã exaudisti me: & factus es mihi in salutẽ.
Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius.
A lxx. usq ad pascha die dñi pro isto ps. Cõfitemini. dicit ps. Dominus regnauit decorem. Psalmus. cxviij.
Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini.
Beati qui scrutantur testimonia ei⁹: in toto corde exquirunt eum.
Non enim qui operantur iniquitatẽ: in vijs eius ambulauerunt.
Tu mandasti mandata tua custodiri nimis.
Utinã dirigantur vie mee: ad custodiendas iustificationes tuas.
Tunc non confundar cum perspexero in omnibus mandatis tuis.
Confitebor tibi in directione cordis: in eo quod didici iudicia iustitie tue.
Iustificationes tuas custodiã: non me derelinquas usq quaq.
In quo corrigit adolescentior viam suam? in custodiendo sermones tuos.
In toto corde meo exquisiui te: ne repellas me a mandatis tuis.
In corde meo abscondi eloquia tua: ut non peccem tibi.
Benedictus es domine: doce me iustificationes tuas.
In labijs meis pronunciaui: omnia iudicia oris tui.
In via testimoniorũ tuorum delectatus sũ: sicut in omnibus diuitijs.
In mandatis tuis exercebor: et considerabo vias tuas.
In iustificationibus tuis meditabor: non obliuiscar sermones tuos. Psalmus.

Retribue seruo tuo viuifica me: et custodiã sermones tuos.
Reuela oculos meos et considerabo mirabilia de lege tua.
Incola ego sum i terra non abscõdas a me mandata tua.
Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas: in omni tempore.
Increpasti superbos maledicti qui declinãt a mandatis tuis.
Aufer a me opprobrium et contemptũ: qr testimonia tua exquisiui
Etenim sederũt principes et aduersum me loquebantur: seruus aũt tuus exercebatur in iustificationibus tuis.
Nam et testimonia tua meditatio mea est: et cõsilium meum iustificationes tue.
Adhesit pauimẽto anima mea: viuifica me secundum verbum tuum
Uias meas enunciaui et exaudisti me doce me iustificationes tuas.
Uiam iustificationum tuarum instrue me: et exercebor in mirabilibus tuis.
Dormitauit aĩa mea pre tedio: confirma me in verbis tuis.
Uiã iniquitatis amoue a me: et de lege tua miserere mei.
Uiam veritatis elegi: iudicia tua nõ sum oblitus.
Adhesi testimoniis tuis domine: noli me confundere.
Uiam mandatorũ tuorum cucurri: cum dilatasti cor meum.
Gloria patri et filio: et spiritui sancto.
Sicut erat ĩ principio et nunc et semper: et in secula seculorũ amen.
¶ In diebus dñicis et Dñe ne in ira. vsq ad lxx. et a Deus omnium. vsq ad aduen. do. quãdo de do. agit̃. añ. Dñs regit me et nihil mihi deerit / in loco pascue

tibi me collocauit. In ferijs a. Domine ne in ira usque ad lxx. et a. Deus omnium usque ad aduen. quando de do. agitur.

Deus exaudi orationem meam, auribus percipe verba oris mei.

In fest. per aduentum. an. Veni et libera nos deus noster.

Symbolum Athanasii

Quicunque vult saluus esse: ante omnia opus est ut teneat catholicam fidem.

Quam nisi quisque integram, inuiolatamque seruauerit: absque dubio in eternum peribit.

Fides autem catholica hec est, ut unum deum in trinitate: et trinitatem in unitate veneremur.

Neque confundentes personas: neque substantiam separantes.

Alia est enim persona patris, alia filij: alia spiritussancti.

Sed patris et filij et spiritussancti una est diuinitas: equalis gloria, coeterna maiestas.

Qualis pater, talis filius: talis spiritussanctus.

Increatus pater, increatus filius: increatus spiritussanctus.

Immensus pater, immensus filius: immensus spiritussanctus.

Eternus pater, eternus filius: eternus spiritussanctus.

Et tamen non tres eterni: sed unus eternus.

Sicut non tres increati nec tres immensi: sed unus increatus et unus immensus.

Similiter omnipotens pater, omnipotens filius: omnipotens spiritussanctus.

Et tamen non tres omnipotentes: sed unus omnipotens.

Ita deus pater, deus filius: deus spiritussanctus.

Et tamen non tres dij: sed unus est deus.

Ita dominus pater, do-

minus filius: domin⁹ spiritussanctus.

Et tamen non tres do mini: sed vnus est dominus.

Quia sicut sigillatim vnamquamque personam deum aut dominum con fiteri christiana veritate compellimur.

Ita tres deos aut do minos dicere catholica religione prohibemur

Pater a nullo est factus/nec creatus / nec genitus.

Filius a patre solo est: non factus nec creat⁹/ sed genitus.

Spiritussanctus a pa tre et filio: non factus/ nec creatus/nec genitus/sed procedens.

Unus ergo pater/non tres patres: vnus fili⁹ non tres filii: vnus spi ritussanctus/non tres spiritussancti.

Et in hac trinitate ni hil prius aut posteri⁹: nihil maius aut min⁹.

Sed tote tres persone coeterne sibi sunt / et coequales.

Ita vt per omnia (sicut iam supradictum est) et vnitas in trinitate: et trinitas in vnitate veneranda sit.

Quiuult ergo saluus esse: ita de trinitate sentiat.

Sed necessarium est ad eternam salutem: vt in carnationem quoque domini nostri iesu christi fideliter credat.

Est ergo fides recta vt credamus et confiteamur: quia dominus noster Jesus Christus dei filius deus et homo est.

Deus est ex substantia patris ante secula genitus: et homo est ex substantia matris in seculo natus.

Perfectus deus: perfectus homo: ex anima rationali et humana car ne subsistens.

Equalis patri secundum diuinitatem: minor patre secundum humanitatem.

Qui licet deus sit et
homo: non duo tamen/
sed unus est christus.
Unus autem non con
versione divinitatis in
carnem: sed assum-
ptione humanitatis in
deum.
Unus omnino nõ con
fusione substantie: sed
unitate persone.
Nam sicut anima ra-
tionalis & caro un⁹ est
homo: ita deus & homo
unus est christus.
Qui passus est pro sa
lute nostra / descendit
ad inferos: tertia die
resurrexit a mortuis.
Ascendit ad celos/ se-
det ad dexterã dei pa-
tris omnipotentis: in-
de venturus est iudica
re vivos et mortuos.
Ad cuius adventum
omnes homines resur-
gere habent / cum cor-
poribus suis: & reddi-
turi sunt de factis pro
priis rationem.
Et qui bona egerunt
ibunt in vitã eternam:
qui vero mala in ignẽ
eternum.
Hec est fides catholi-
ca/ quam nisi quisq; fi-
deliter firmiterq; cre-
diderit: salvus esse nõ
poterit.
Gloria patri et filio:
& spiritui sancto.
Sicut erat i principio &
nunc & sẽper: & in se-
cula seculorum amen.
In oibus do. quãdocũq;
q̃ dr ps. Deus de⁹ me⁹
respice. cum reliquis
psal. ad primã dicetur
super Quicũq;. hec ã.
Te deum patrem i ge-
nitum / te filiũ unige-
nitum te spiritum san
ctum paraclitum san-
ctam & individuam tri
nitatẽ toto corde & ore
confitemur/ laudamus
atq; benedicimus: tibi
gl'ia in secula. In cete-
ris aũt dñicis simplici
bus toti⁹ anni: & omni-
bus festis simplicibus
tã .iii. q̃. ix. lec. cũ regi
mine cho. & in oct. & in
fra q̃s chor⁹ regitur: &
in comemo. btẽ marie
& festi loci; nisi in fest.

& commemo. que conti=gunt infra octa. sancte trinitatis dr sup Quicunq;. hec an. Te iure laudant/te adorant/te glorificant oes creature tue o beata trinitas In tempore pasch. alla. In omnib⁹ fest. du. per annu extra hebd. sancte trinitatis dr. sup Quicunq;. hec an. Gratias tibi deus/gratias tibi vera vna trinitas/vna & summa deitas: sancta & vna vnitas. In tempore pasch. alla. In oib⁹ fes. quando de fes. agitur per totu annu: & in fes. iij. lc. sine reg. cho. & in octa. & infra: & in quibus cho. non regit. Et in vigi. & in. iiij. temporibus extra hebdo. pente. & hebdo. sancte trinitatis dr sup Quicunq;. hec an. Gloria tibi trinitas/equalis vna deitas/& ante omnia secula & nunc & in perpetuu. In tempore pascha. alla. Per hebdo. sancte trinita. de quocunq; sit serui. dr super Quicunq;. hec an. O beata & benedicta & gloriosa trinitas: pater & filius & spiritussanct⁹. Cpm.

Regi seculorum immortali inuisibili soli deo honor & gloria in secula seculorum. amen. Deo gras. Hoc pres. cp. dr omnibus w. & in fest. et in octa. et infra quando cho regitur. Et in comme. beate marie et de fest. loci per totu annu extra heb. pasch. In omnib⁹ alijs fes. per annum: & in omnibus fes. ab octa. pasche vsq; ad pente. & in oct. & infra octa. sine regimine chori & in vigil. nati. do. & epiph. cu extra domi. euenerit dicetur hoc. Capitulum. Ti. i. ca.

Domine miserere nostri: te enim expectauimus: esto brachiu nostru in mane/& salus nostra in tempore tribulationis. In oibus alijs fes. p aduen. & a Dne ne in fu. vsq; esai. 24.

ad cenam dñi/ et a De omnium. vsq ad aduentum quando de feria agitur dicitur. Cap̃ n.
Zach. 8. c. Pacem et veritatem diligite: ait dominus oipotens. Et quando dorsum dicit hoc pred. capim ad. j. tunc stant preces cũ prostratione ad omnes hor. ℟. Jesu xpe fili dei viui/ miserere nobis. ℣. Qui sedes ad dexterã patris Miserere. Gloria patri. Jesu ℟e ℣. scz. Qui sedes per totum annũ post pred. ℟ nisi in die natiuita. dñi et ab hinc vsq in crastin. purifi. et a pasc. vsq ad ascẽ. dñi: et nisi quando dicatur de sancta maria: et nisi in fest. et octa. corporis Christi quãdo de octa. fit seruitiũ: et nisi in fest. trãsfiguratio. et in fest. et per oct. nominis Jesu: quando de ipsis octa. fit seruitiu n sequitur. ℣. Exurge domine adiuua nos. ℟. Et libera nos propter nomẽ tuum. Et his dictis sequuntur preces hoc modo.
Kyrie eleison. iij. Christe eleison. iij. Kyrie eleison. iij. Pater noster.
Et ne nos inducas in temtationẽ. Sed libera.
Uiuet anima mea et laudabit te. Et iudicia tua adiuuabunt me.
Erraui sicut ouis que periit. Quere seruum tuum domine quia mãdata tua non sum oblitus. Credo in deum.
Carnis resurrectionẽ. Et vitã eternã. Amen.
Repleatur os meum laude. Ut cantem gloriam tuã tota die magnitudinem tuam.
Domine auerte faciẽ tuam a peccatis meis Et omnes iniquitates meas dele.
Cor mundum crea in me deus. Et spiritum rectum innoua in visceribus meis.
Ne proiicias me a facie tua. Et spm̃ sanctũ

tuum/ne auferas a me.
Redde mihi leticiam salutaris tui. Et spu̅ principali co̅firma me.
Eripe me domine ab homine malo. A viro iniquo eripe me.
Eripe me de inimicis meis deus me⁹. Et ab insurgentibus in me libera me.
Eripe me de operantibus iniquitatem. Et de viris sanguinu̅ salua me.
Sic psalmum dicam nomini tuo in seculum seculi. Vt reddam vota mea de die in diem.
Exaudi nos deus salutaris noster. Spes omnium finium terre ꝫ in mari longe.
Deus in adiutorium meum intende. Domine ad adiuuandum me festina.
Sanctus de⁹ sanctus fortis sanct⁹ ꝫ inmortalis. Agn⁹ dei qui tollis peccata mundi/miserere nobis.
Benedic anima mea domino. Et omnia que intra me sunt nomini sancto eius.
Benedic anima mea domino. Et noli obliuisci omnes retributiones eius.
Qui propitiatur omnib⁹ iniquitatib⁹ tuis. Qui sanat omnes infirmitates tuas.
Qui redimit de interitu vitam tuam. Qui coronat te in misericordia ꝫ miserationibus.
Qui replet in bonis desiderium tuum. Renouabitur vt aquile iuuentus tua. Deinde dicitur. Confiteor. ꝛ Misereatur. ꝛ Absolutionem. vt ad completorium. Sequuntur preces hoc modo.
Deus tu co̅uersus viuificabis nos. Et plebs tua letabitur in te.
Ostende nobis domine misericordiam tua̅. Et salutare tuum da nobis.
Dignare domine die isto. Sine peccato nos

custodire.

Miserere nostri domine. Miserere nostri.

Fiat misericordia tua domine super nos.

Quemadmodum sperauimus in te.

Domine deus virtutum conuerte nos. Et ostende faciem tuam et salui erimus.

Dñe exaudi. Et cla.

Dñs vobiscũ. Et cũ spiritu tuo. Oremus.

He preces predicte dicantur supradicto modo ad primã per totum annũ tam in fest. quã in profest. tã duplicib⁹ quã simplicibus: nisi a cena do. vsq ad octa. pasch. et nisi in die animarũ: ita tamen q in omnib⁹ fest. et per aduentũ: et a Dñe ne in irã. vsq ad cenã dñi: et a Pentecosten vsq ad aduen. dñi: quando de fes. agitur statim post Fiat mia. sequatur. ℣ Exaudi domine vocẽ meam qua clamaui ad te. et cetera omnia sicut ad cõplet. notatum est vsq ad orationem dicendam exclusiue. Hec sequens oratio dicitur in omnibus fest. duplicib⁹ per annum extra hebdom. pasche. Oratio.

In hac hora huius diei tua nos domine reple mia: vt per totum diẽ exultantes / in tuis laudibus delectemur. Per. Dñs vobiscum. Benedicamus domino. Deo gratias. In oĩbus do. et in fes. sanctorũ nouẽ lec. et in fes. extra hebdoma. pasche dicatur oratio. Oratio

Domine sancte pater omnipotẽs eterne deus / qui nos ad principium huius diei peruenire fecisti / tua nos hodie salua virtute: et concede vt in hac die ad nullũ declinem⁹ peccatũ: nec vllũ incurramus periculum: sed semper ad tuam iustitiam faciendam omnis nostra actio tuo moderamine dirigatur.

Per. Dñs vobiscũ. Benedicam⁹ domino. Deo gratias. Deinde dicat sacerdos. Preciosa est in conspectu domini. Mors sanctorum eius. Deinde dicat sacerdos sine Dominus vobiscũ sine. Oremus.

Sancta maria mater domini dei nostri iesu christi/atq3 omnes sancti iusti et electi dei intercedãt & orent pro nobis peccãtibus ad dominũ deũ nostrũ: vt nos mereamur ab eo adiuuari/& saluari: qui in trinitate perfecta viuit et regnat deus. Per omnia secula seculorũ. Amen. Sacerdos dicat. Deus in adiutoriũ meum intende. Dñe ad adiuuandum me festina. Eodem modo a r̃i dicitur. Deus in adiu. Dñe ad adiu. Hic sequitur Sic Gloria patri. Sicut erat. Kyrie eleisõ. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster.

Et ne nos inducas. Sed libera nos a malo. Et veniat super nos misericordia tua domine. Salutare tuum secundum eloquiũ tuum. Et respice in seruos tuos & in opera tua. Et dirige filios eorum. Et sit splendor domini dei nostri super nos. Et opera manuum nostrarum dirige super nos: & opus manuum nostrarum dirige.

Hec sequens oratio dicit i festis dupl. & quotidie, alternatimq3 chorus regitur extra hebd. pasche sine Dñs vobiscũ. Et tantum cum Oremus.

Omnipotens sempiterne deus dirige actus nostros in beneplacito tuo: vt in nomine dilecti filij tui mereamur bonis operib⁹ abũdare. Qui tecum viuit & re. Dñs vobiscum. Benedicamus Dño. In oib⁹ alijs fes. & profes. dicitur hec oro sine Dñs vo. sed tãtũ cũ Orem⁹

Dirigere & sancti ficare & regere dignare dñe deus (q̃s) corda & corpora nostra in lege tua: & in operibus mandatorũ tuorũ ut hic & in eternum te auxiliãte sani & salui esse mereamur. Per.

Et finiatur supradicto modo: uerũ cũ Dñs vobi scũ. & cũ Benedicam⁹ dño.

¶ Et sciẽdũ est q̃ quãcũq3 dr. Ad te leuaui. Post matut. tũc ad pri mã postabulã lectãdo sine nota iste ps. ps. cxx.

Leuaui oculos meos i mõtes: unde ueniet auxilium mihi.

Auxilium meũ a dño qui fecit celũ & terrã.

Nõ det in commotionem pedẽ tuũ: neq3 dormitet qui custodit te.

Ecce non dormitabit neq3 dormiet: qui custodit israel.

Dominus custodit te dominus protectio tua super manum dexterã tuam.

Per diẽ sol non uret te/neq3 luna p noctem.

Dominus custodit te ab oĩ malo: custodiat animam tuã dominus.

Dominus custodiat introitum tuũ & exitũ tuũ: ex hoc nunc & usq3 in seculum.

Gloria patri & filio: & spiritui sancto.

Sicut erat in prin. &c.

Kyrie eleisõ. Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster.

Et ne nos inducas in tẽtationẽ. Sed libera.

Ostende nobis domine misericordiã tuam.

Et salutare tuum da nobis.

Saluos fac seruos tuos & ãcillas tuas. De⁹ meus sperantes in te.

Mitte eis domine auxilium de sãcto. Et de sion tuere eos.

Esto nobis dñe turris fortitudinis. A facie inimici.

Nichil proficiat inimicus in eis. Et filius iniquitatis non apponat nocere eis.

Domine exaudi orationem meam. Et clamor meꝰ ad te veniat. Dñs vobiscũ. Et cũ spiritu tuo. Oremus.

Adesto dñe supplicationibus nřis: et viam famulorũ tuorum in salutis tue ꝓsperitate dispone / vt inter omnes vie & vite huius varietates/ tuo semper protegantur auxilio. Oratio

Omnipotens sẽpiterne deus salus eterna credẽtiũ/exaudi nos ꝓ famulis tuis pro quibꝰ mie tue imploramꝰ auxiliũ: vt reddita sibi sanitate gratias tibi i ecclesia tua referãt actiones. Per christũ. Amẽ. Excellentior persona dicat. Benedicite. Dñs. In nomine patris/ & filij/ & spiritus sancti. Amẽ.

¶ Ad tertiã Hymnus.

Nunc sancte nobis spiritus/ vnũ patri cum filio: dignare promptus ingeri / nostro refusus pectori.

Os/lingua/mens/sensus/vigor/ confessionẽ personẽt: flammescat igne charitas/accẽdat ardor proximos.

Presta pater pijssime patriq cõpar vnice: cũ spiritu paraclito / regnans per omne seculum. Amen. Psalmus.



Egem pone michi domine viam iustificationũ tuarum: & exquiram eam semper.

Da michi intellectũ: & scrutabor legẽ tuã: et custodiam illam in toto corde meo.

Deduc me in semita mandatorum tuorum: quia ipsam volui.

Inclina cor meum in testimonia tua: & non in auaritiam.

Auerte oculos meos ne videãt in vanitatẽ

in via tua vivifica me.
Statue servo tuo elo
quium tuum: in timo-
re tuo.
Amputa opprobrium
meũ quod suspicatus
sum: quia iudicia tua
iocunda.
Ecce concupivi man-
data tua: in equitate
tua vivifica me.
Et veniat sup me mi
sericordia tua domine
salutare tuum secũdũ
eloquium tuum.
Et respõdebo expro-
brantibus mihi verbũ
quia speravi in sermo
nibus tuis.
Et ne auferas de ore
meo verbũ veritatis
usquequaq;: quia in iudi
ciis tuis supersperavi
Et custodiam legem
tuã semper: in seculũ
& in seculum seculi.
Et ambulabam in la
titudine: quia mãdata
tua exquisivi.
Et loq̃bar in testimo
niis tuis in conspectu
regũ: & nõ cõfũdebar.
Et meditabar in mã-
datis tuis: que dilexi.
Et levavi man⁹ meas
ad mãdata tua que di
lexi: & exercebor in iu
stificationib⁹ tuis. ꝑs.
Memor esto verbi
tui servo tuo: in
quo michi spẽ dedisti.
Hec me consolata est
in humilitate mea: qꝛ
eloquium tuum vivifi
cavit me.
Superbi inique age-
bant usquequaq;: a lege
aũt tua nõ declinavi.
Memor fui iudiciorũ
tuorũ a seculo domine
& consolatus sum.
Defectio tenuit me:
pro pctõribus derelin-
quentibus legẽ tuam.
Cantabiles michi e-
rãt iustificationes tue
in loco peregrinatio-
nis mee.
Memor fui nocte no-
minis tui domine: & cu
stodivi legem tuam.
Hec facta est michi:
qꝛ iustificationes tuas
exquisivi.
Portio mea dñe: dixi
custodire legem tuã.

D eprecatus sum fa-
ciem tuã in toto corde
meo: miserere mei se-
cũdum eloquium tuũ.
C ogitaui vias meas
& cõuerti pedes meos
in testimonia tua.
P aratus sum & nõ sũ
turbatus: vt custodiã
mandata tua.
F unes peccatorũ cir
cumplexi sunt me: & le
gẽ tuã non sũ oblitus.
M edia nocte surgebã
ad confitendum tibi:
super iudicia iustifica
tionis tue.
P articeps ego sũ om
niũ timentiũ te: et cu-
stodientiũ mãdata tua.
M isericordia tua dñe
plena est terra: iustifi-
catiões tuas doce me.
G loria patri & filio: &
spiritui sancto.
S icut erat i pricipio
& nunc & semper: & in
secula seculorũ amen.

Psalmus.

B Onitatem fecisti
cũ seruo tuo dñe
secundũ verbũ tuum.
B onitatẽ & disciplinã
& scientiã doce me: q
mãdatis tuis credidi.
P riusq̃ humiliarer
ego deliqui: propterea
eloquiũ tuũ custodiui.
B onus es tu: & in bo-
nitate tua doce me iu-
stificationes tuas.
M ultiplicata est sup
me iniquitates super-
borum: ego autẽ in to
to corde meo scruta-
bor mandata tua.
C oagulatum est sicut
lac cor eorũ: ego vero
legẽ tuã meditatus sũ.
B onũ michi quia hu
miliasti me: vt discam
iustificationes tuas.
B onũ michi lex oris
tui: super milia auri &
argenti.
M anus tue fecerunt
me/ & plasmauerũt me
da mihi intellectũ vt
discam mandata tua.
Q ui timent te vide-
bunt me / & letabuntur
quia in verba tua su-
persperaui.
C ognoui dñe q equi-
tas iudicia tua: & i ve-
ritate tua hũiliasti me

Fiat mia tua: vt consoletur me: secundũ eloquiũ tuũ seruo tuo. Ueniant michi miserationes tue et viuam: quia lex tua meditatio mea est.

Confundantur superbi quia iniuste iniquitatem fecerunt in me: ego autem exercebor in mandatis tuis.

Conuertantur michi timẽtes te: et qui nouerunt testimonia tua.

Fiat cor meũ immaculatum in iustificationibus tuis: vt non confundar.

Gloria patri. In diebus. ã. Laus et perẽnis gloria deo pñi et filio sancto simul paraclito in secula seculorũ. Cap.

2. corint. vlti. Gratia dñi nostri Jesu xp̃i / et charitas dei: et communicatio sancti spiritus sit semper cũ omnib9 nobis. ℟. Inclina cor meum de9: In testimonia tua. ℣. Auerte oculos meos ne videãt vanitatem: in via tua viuifica me. In tuĩ. Gloria pa. Inclina. ℣. Ego dixi dñe miserere mei ℟. Sana aiam meãq: peccaui tibi. in fer. ã. Ueniant mihi miserationes tue et viuã. Cap.

Sana me domine et sanabor: saluũ me fac et salu9 ero quoniã laus mea tu es. Hie. 17.
℟. Sana animã meã: Quia peccaui tibi. ℣. Ego dixi dñe miserere mei. Qr pecca. Gloria patri. Sana. ℣. Adiutor me9 esto dñe. ℟. Ne derelinquas me neq despicias me deus salutaris me9. In fer. per aduẽtũ. ãn. Tuam domine excita potentiam / et veni ad saluãdum nos. Capitulum.

Qui venturus est veniet et non tardabit: iam non erit timor in finibus nostris quoniam ipse est saluator noster. ℟. Ueni ad liberandũ nos: Domine deus virtutum. ℣. Heb 10.

Et ostende faciẽ tuã ꝛ salui erim⁹. Dñe de⁹. Gloria pri. Veni. R⁹. Timebũt gẽtes nomẽ tuũ dñe. V. Et oẽs reges terre gloriã tuã.

¶ Ad sextã. Hymnus.

Rector potens verax de⁹/qui tẽperas rerũ vices: splendore mane instruis/et ignibus meridiem.

Extingue flãmas litium/aufer calorẽ noxium: confer salutem corporum/verãq; pacem cordium.

Presta pr̃ piissime. P.



Efecit i salutare tuũ anima mea ꝛ in verbũ tuũ supersperaui.

Defecerũt oculi mei in eloquium tuum: dicentes quando consolaberis me.

Quia factus sũ sicut vter in pruina: iustificationes tuas nõ sum oblitus.

Quot sunt dies serui tui: quando facies de persequẽtibus me iudicium.

Narrauerũt mihi iniqui fabulationes: sed non vt lex tua.

Omnia mandata tua veritas: iniqui persecuti sunt me / adiuua me.

Paulominus consummauerũt me in terra: ego autem non dereliqui mandata tua.

Secũdum misericordiam tuã viuifica me: et custodiam testimonia oris tui.

In eternum domine: verbum tuũ permanet in celo.

In generatione ꝛ generationẽ veritas tua fundasti terram ꝛ permanet.

Ordinatione tua perseuerat dies: quoniã omnia seruiunt tibi.

Nisi q; lex tua meditatio mea est: tunc forte perissem in humilitate mea.

In eternũ non obli-

discam iustificationes tuas: quia in ipsis viuificasti me.
Tuus sum ego saluũ me fac: qm̃ iustificatiões tuas exquisiui.
Me expectauerũt peccatores vt perderent me: testimonia tua intellexi.
Omnis cõsũmationis vidi finẽ: latũ mandatum tuũ nimis. Ps.
Quomodo dilexi legẽ tuam domine? tota die meditatio mea est.
Sup inimicos meos prudentem me fecisti mandato tuo: quia in eternum mihi est.
Super oẽs docentes me intellexi: quia testimonia tua meditatio mea est.
Super senes intellexi: quia mandata tua quesiui.
Ab omni via mala ꝓhibui pedes meos: vt custodiã verba tua.
A iudiciis tuis non declinaui: quia tu legẽ posuisti michi.
Quã dulcia faucibꝰ meis eloquia tua: sup mel ori meo?
A mandatis tuis intellexi: ꝓpterea odiui omnẽ viã iniquitatis.
Lucerna pedibꝰ meis verbũ tuũ: ⁊ lumen semitis meis.
Iuraui ⁊ statui: custodire iudicia iustitie tue.
Humiliatus sũ vsqꝫquaqꝫ dñe: viuifica me secundũ verbũ tuum.
Voluntaria oris mei beneplacita fac dñe ⁊ iudicia tua doce me.
Anima mea in manibus meis semper: ⁊ legẽ tuã non sũ oblitus.
Posuerũt peccatores laqueũ mihi: ⁊ de mãdatis tuis non erraui.
Hereditate acq̃sui testimonia tua in eternũ quia exultatio cordis mei sunt.
Inclinaui cor meum ad faciẽdas iustificationes tuas in eternũ: propter retributionẽ.
Psalmus.

Iniquos odio habui: et legem tuã dilexi.
Adiutor ⁊ susceptor me⁹ es tu: ⁊ in verbũ tuum supersperaui.
Declinate a me maligni: ⁊ scrutabor mãdata dei mei.
Suscipe me secundũ eloquium tuũ/ ⁊ viuã: ⁊ nõ confundas me ab expectatione mea.
Adiuua me ⁊ saluus ero: ⁊ meditabor in iustificationib⁹ tuis sẽp.
Spreuisti omnes discedẽtes a iudicijs tuis: quia iniusta cogitatio eorum.
Preuaricantes reputaui oẽs peccatores terre: ideo dilexi testimonia tua.
Confige timore tuo carnes meas: a iudicijs enim tuis timui.
Feci iudiciũ ⁊ iustitiam: non tradas me calumniantibus me.
Suscipe seruũ tuum in bonum: non calumnientur me superbi.
Oculi mei defecerũt in salutare tuum: ⁊ in eloquium iustitie tue.
Fac cũ seruo tuo secundum misericordiã tuam: ⁊ iustificationes tuas doce me.
Seruus tuus sũ ego: da mihi intellectũ vt sciam testimonia tua.
Tempus faciendi domine: dissipauerunt legem tuam.
Ideo dilexi mandata tua super aurum ⁊ topazion.
Propterea ad omnia mãdata tua dirigebar omnem viam iniquam odio habui.
Gloria patri et filio.
In dñica. Añ. Gl'ia laudis resonet in ore oĩm pr̃i genitoq; proli spiritui sctõ pariter resultet laude perenni. Cã.
Tres sunt qui testimoniũ dant in celo: pater/ ⁊ verbũ/ et spiritus sanctus: ⁊ hi tres vnum sunt. ℣m. I. ioã I. A.
In eternum dñe. Permanet verbũ tuũ. ℟⁹.

In celo et in seculũ se-
culi veritas tua. Per
manet. Gloria patri.
In celo. ℣. Dñs regit
me et nihil mihi deerit
℟. In loco pascue ibi
me collocauit. In fer.
℣. Nõ cõfũdas me dñe
ab expectatiõe mea. Cap.
Thes 5.
Omnia pbate / qđ
bonum est tenete
ab omni specie mala
abstinete vos. ℟. Be-
nedicã dominum / In
omni tẽpore. ℣. Sẽper
laus eius in ore meo.
In omni. Gloria pri.
Benedicam. ℣. Domi-
nus regit. In aduẽ. ℣.
In tuo aduentu erue
nos Domine. Capl'm.
Esaie 14.
Prope est vt ve-
niat temp' eius:
et dies eius non elon-
gabũtur/ miserebitur
Domin' iacob et israel
saluabitur. ℟. Ostẽde
nobis domine/ Miseri
cordiam tuã. ℣. Et sa-
Et dedit erugini fru ctus eorum: et labores eorum locuste.

Et occidit in grandi ne vineas eorũ: et mo ros eorum in pruina.

Et tradidit grandinĩ iumenta eorum: et pos sessionem eorũ igni.

Misit in eos irã indi gnationis sue: idigna tionem et irã et tribu lationẽ / immissiones per angelos malos.

Viã fecit semite ire sue et nõ pepcit a mor te animarum eorum: et iumẽta eorum in mor te conclusit.

Et percussit omne primogenitum in terra egypti: primitias omnis laboris eorum in tabernaculis cham.

Et abstulit sicut oves populum suum: et perduxit eos tanquam gregem in deserto.

Et eduxit eos in spe et non timuerunt: et inimicos eorum operuit mare.

Et induxit eos in montem sanctificationis sue: montem quem acquisivit dextera eius.

Et eiecit a facie eorum gentes: et sorte divisit eis terram in funiculo distributionis.

Et habitare fecit in tabernaculis eorum: tribus israel.

Et tentaverunt et exacerbaverunt deum excelsum: et testimonia eius non custodierunt.

Et averterunt se et non servaverunt pactum: quemadmodum patres eorum conversi sunt in arcum pravum.

In iram concitaverunt eum in collibus suis: et in sculptilibus suis ad emulationem eum provocaverunt.

Audivit deus et sprevit: et ad nichilum redegit valde israel.

Et repulit tabernaculum silo: tabernaculum suum ubi habitavit in hominibus.

Et tradidit in captivitatem virtutem eorum et pulchritudinem eorum in manus inimici.

Et conclusit in gladio populum suum: et hereditatem suam sprevit.

Iuvenes eorum comedit ignis: et virgines eorum non sunt lamentate.

Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt: et vidue eorum non plorabantur.

Et excitatus est tanquam dormiens dominus: tanquam potens crapulatus a vino.

Et percussit inimicos suos in posteriora: opprobrium sempiternum dedit illis.

Et repulit tabernaculum ioseph: et tribum effraim non elegit.

Sed elegit tribũ iuda: montem sion quem dilexit.

Et edificauit sicut vnicornis sanctificiũ suũ: in terra quam fundauit in secula.

Et elegit dauid seruũ suũ et sustulit eũ de gregibus ouium: de post fetantes accepit eum.

Pascere iacob seruũ suum: et israel hereditatem suam.

Et pauit eos in innocentia cordis sui: et in intellectibus manuũ suarum deduxit eos.

Gloria patri et filio: et spiritui sancto.

Sicut erat in principio/ et nũc et semper: et in secula seculorũ amẽ.

An. Tu es de⁹ q̃ facis mirabilia. ps. lxxviij.

Deus venerũt gentes in hereditatẽ tuã: polluerũt templũ sanctum tuum/ posuerunt hierusalem in pomorum custodiam.

Posuerũt morticina seruorum tuorũ escam volatilibus celi: carnes sanctorum tuorum bestijs terre.

Effuderunt sanguinẽ eorum tanq̃ aquam in circuitu hierusalem: et nõ erat qui sepeliret.

Facti sumus opprobriũ vicinis nr̃is: subsannatio et illusio his q̃ in circuitu nr̃o sunt.

Usq̃quo dñe irasceris in finẽ: accendet velut ignis zelus tuus.

Effunde iram tuã in gentes que te non nouerũt: et in regna que nomen tuum non inuocauerunt.

Quia comederunt iacob: et locũ eius desolauerunt.

Ne memineris iniq̃tatũ nostrarũ antiquarũ: cito anticipẽt nos mie tue/ q2 pauperes facti sumus nimis.

Adiuua nos de⁹ salutaris noster/ et propter gloriã nominis tui do

mine libera nos: et propicius esto peccatis nostris propter nomen tuum.
Ne forte dicant in gentibus/ubi est deus eorum: et innotescat in nationibus coram oculis nostris.
Ultio sanguinis servorum tuorum qui effusus est: introeat in conspectu tuo gemitus compeditorum.
Secundum magnitudinem brachii tui: posside filios mortificatorum.
Et redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: improperium ipsorum quod exprobraverunt tibi domine.
Nos autem populus tuus et oves pascue tue confitebimur tibi in seculum.
In generatione et generationem: annunciabimus laudem tuam.
Psalmus.lxxix.
Qui regis Israel intende: qui deducis velut ovem ioseph.
Qui sedes super cherubin manifestare coram effraim beniamin et manasse.
Excita potentiam tuam et veni: ut salvos facias nos.
Deus converte nos: et ostende faciem tuam et salvi erimus.
Domine deus virtutum quousque irasceris: super orationem servi tui?
Cibabis nos pane lachrymarum: et potum dabis in nobis lachrymis in mensura.
Posuisti nos in contradictionem vicinis nostris: et inimici nostri subsannaverunt nos.
Deus virtutum converte nos: et ostende faciem tuam et salvi erimus.
Vineam de egypto transtulisti: eiecisti gentes et plantasti eam.
Dux itineris fuisti in conspectu eius: et plantasti radices eius et implevit terram.
Operuit montes umbra eius: et arbusta eius cedros dei.

Extendit palmites su-
os usq ad mare: & us-
q ad flumen propagi-
nes eius.
Ut quid destruxisti ma-
ceriam eius: & vinde-
miant eam omnes qui
pretergrediuntur viã.
Exterminavit eã a-
per de silva: & singula-
ris ferus depastus est eã.
Deus virtutũ cõver-
tere: respice de celo/ et
vide & visita vineã istã
Et perfice eam quam
plãtavit dextera tua:
et super filiũ hominis
quem cõfirmasti tibi.
Incensa igni & suffo-
ssa: ab increpatione vul-
tus tui peribunt.
Fiat manus tua super
virum dextere tue: et
super filios hominis/
quem cõfirmasti tibi.
Et nõ discedimus a te
vivificabis nos: & no-
men tuũ invocabimus.
Domine deus virtu-
tum converte nos: et
ostẽde faciem tuam et
salvi erimus.
Gloria patri et filio.

An. Propitius esto pec-
catis nostris domine.
Vs. Gaudebunt labia
mea dum cantavero ti
bi. Rx. Et anima mea
quam redemisti. Inte
laud. Glus. Fiat msa.
¶ In laudibus. an. Ti
bi soli peccavi domi-
ne miserere mei. Ps.
Miserere mei deus.
Psalmus. lxxxix.
Domine refugiũ
factus es nobis: a
generatione in genera
tionem.
Priusq̃ mõtes fierẽt
aut formaret terra &
orbis: a seculo & usq
in seculũ tu es deus.
Ne avertas hominẽ
in humilitatem: & di-
xisti convertimini filij
hominum.
Quoniam mille anni
ante oculos tuos: tan
q̃ dies hesterna que
preterijt.
Et custodia in nocte:
que pro nichilo haben
tur eorum anni erunt.
Mane sicut herba trã
seat: mane floreat/ et

transeat: vespere decidat induret et arescat.
Quia defecimus in ira tua: et in furore tuo turbati sumus.
Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo seculum nostrum in illuminatione vult⁹ tui.
Quoniam omnes dies nostri defecerunt: et in ira tua defecimus.
Anni nostri sicut aranea meditabuntur dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni.
Si autem in potentatibus octoginta anni: et amplius eorum labor et dolor.
Quoniam supervenit mansuetudo: et corripiemur.
Quis novit potestatem ire tue et pre timore tuo iram tuam dinumerare.
Dexteram tuam sic notam fac: et eruditos corde in sapientia.
Convertere domine usquequo: et deprecabilis esto super servos tuos.
Repleti sumus mane misericordia tua: et exultavimus et delectati sumus omnib⁹ diebus nostris.
Letati sum⁹ pro diebus quibus nos humiliasti annis quibus vidimus mala.
Respice in servos tuos et in opera tua: et dirige filios eorum.
Et sit splendor domini dei nostri super nos et opera manuum nostrarum dirige super nos: et opus manuum nostrarum dirige.
Gloria patri. An. Domine refugium factus es nobis. ℣. In matutinis dñe meditabor in te. Ps. Deus de⁹ me⁹.
¶ Canticum Moysi.
Cantemus domino gloriose enim magnificatus est: equum et ascensorem proiecit in mare. Exodi.15
Fortitudo mea et laus mea dominus: et fact⁹ est michi in salutem.
Iste deus me⁹ et glo

glorificabo deū: deꝰ pr̄is
mei ꝫ exaltabo eum.
Dominꝰ quasi vir pu
gnator omnipotēs no
men eius: currus pha
raonis ꝫ exercitū eius
proiecit in mare.
Electi principes eius
submersi sunt in mari
rubro: abyssi operue-
rūt eos/ descēderūt in
profundū quasi lapis.
Dextera tua dn̄e ma
gnificata est in fortitu
dine/ dextera tua domi
ne percussit inimicum
ꝫ in multitudine glo̾e
tue deposuisti aduersa
rios meos.
Misisti iram tuā que
deuorauit eos sicut sti
pulam: ꝫ in spiritu fu
roris tui congregate
sunt aque.
Stetit unda fluēs: cō
gregate sunt abyssi in
medio mari.
Dixit inimicus/ per-
sequar ꝫ cōprehendā ꝫ
diuidam spolia: imple
bitur anima mea.
Euaginabo gladium
meū: et interficiet eos
manus mea.
Flauit spiritus tuꝰ ꝫ
operuit eos mare: sub
mersi sunt quasi plum
bū in aquis vehemen
tibus.
Quis similis tui in
fortibus domine/ quis
similis tui: magnificꝰ
in sāctitate/ terribilis
atqꝫ laudabilis et fa-
ciens mirabilia.
Extendisti manū tuā
ꝫ deuorauit eos terra
Dux fuisti in miseri-
cordia tua: pplo quem
redemisti.
Et portasti eū in for
titudine tua: ad habi-
taculū sanctum tuum.
Ascenderūt populi ꝫ
irati sunt/ dolores ob-
tinuerūt habitatores
philistijm.
Tunc cōturbati sunt
principes edom: robu
stos moab obtinuit tre
mor/ obriguerunt oēs
habitatores chanaan.
Irruat super eos for
mido ꝫ pauor in magni
tudine brachij tui.
Fiāt immobiles qua

et lapis: donec pertranseat populus tuus domine: donec pertranseat populus tuus iste quem possedisti.
Introduces eos et plantabis in monte hereditatis tue: firmissimo habitaculo tuo quod operatus es domine.
Sanctuarium tuum domine quod firmauerunt manus tue: dominus regnabit in eternum et ultra.
Ingressus est enim eques pharao cum curribus et equitibus eius in mare: et reduxit super eos dominus aquas maris.
Filii autem israel ambulauerunt per siccum: in medio eius.
Gloria patri et filio.
An. In eternum dominus regnabit et ultra. An. In sanctis eius laudate deum. ps. Laudate dominum de celis. Cap. Uigilate. Ymnus. Uox clara. Uel in Ieiunio. et ad. xl. quando de quinta feria agitur: sub ad laudes sequens. Hymnus.

Lux ecce surgit aurea/pallens facessat cecitas: que nosmet in preceps diu errore traxit deuio.
Hec lux serenum conferat puros que nos prestet sibi: nichil loquamur subdolum / uoluamus obscurum nichil.
Sic tota discurat dies ne lingua mendax nec manus: oculi nec peccent lubrici/nec noxa corpus inquinet.
Speculator astat desuper/qui nos diebus omnibus: actusque nostros prospicit/a luce prima in vesperum.
Deo patri sit gloria. Sic. In matutinis. Uers. Exsistate. Ymnus. Ecce iam noctis. In matutinis. An. In sanctitate seruiamus domino et liberabit nos ab inimicis nostris. ps. Benedictus.
Feria sexta. Ad matutinas. Inuitat. Dominum qui fecit nos. Uenite adoremus. ps. Uenite exultemus. a Uel nei ra.

usq ad quadragesimā quando de feria agit: dicitur ad matutinas sequens. Hymnus.

Tu trinitatis uni tas/orbē potenter qui regis: attende laudū cantica/que excubantes psallimus.

Nā lectulo consurgimus/noctis quieto tēpore: ut flagitemus vulnerum/a te medelam omnium.

Quo fraude quicquid demonū/ in noctibus deliquimus: abstergat illud celitus/tue potestas glorie.

Ne corp⁹ adsit sordidum/nec torpor insiet cordium: nec criminis contagio/tepescat ardor spiritus.

Ob hoc redēptor que sumus / nos reple tuo lumine: per quad dierum circulis / nullis ruamur actibus.

Presta pater piissime patriq. &c. Per estatem. Hy⁹. Nocte surgētes vigilemus. ps. lxxx.



Exultate deo adiutori nřo: iubilate deo iacob.

Sumite psalmū & date tympanū: psalteriū iocundum cū cithara.

Buccinate in neomenia tuba: in insigni die solennitatis vestre.

Qr preceptū i israel est: & iudiciū deo iacob

Testimoniū i ioseph posuit illud cū exiret de terra egypti linguā quā nō noverat audiuit

Diuertit ab onerib⁹ dorsū eius: man⁹ eius in cophino seruierunt

In tribulatione inuocasti me & liberaui te; exaudiui te in abscōdito tempestatis/probaui te apud aquam contradictionis.

Audi populus me⁹ & cōtestabor te: israel si audieris me nō erit i

te deus recens/neque adorabis deum alienum.
Ego enim sum dominus deus tu⁹ qui eduxi te de terra egypti: dilata os tuū et imple bo illud.
Et nō audiuit popul⁹ meus vocē meā: et israel nō intēdit michi.
Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum: ibunt in adinuentionibus suis.
Si ppl's me⁹ audisset me: israel si in vijs meis ambulasset.
Pro nichilo forsitan inimicos eorum humiliassem: et super tribulantes eos misissē manum meam.
Inimici domini mentiti sunt ei: et erit tempus eorum in secula.
Et cibauit illos ex adipe frumenti: et de petra melle saturauit eos. Psalmus. lxxxi.
Deus stetit ī synagoga deorum: in medio autem deos dijudicat.
Usquequo iudicatis iniquitatem: et facies peccatorum sumitis.
Iudicate egeno et pupillo humilem et pauperem iustificate.
Eripite pauperē et egenum: de manu peccatoris liberate.
Nescierūt neque intellexerūt/i tenebris ambulant mouebunt omnia fundamenta terre.
Ego dixi dij estis: et filij excelsi omnes.
Uos autē sicut homines moriemini: et sicut vnus de principibus cadetis.
Surge de⁹ iudica terram: quoniam tu hereditabis/in omnibus gentibus.
Gloria patri et filio: et spūi sancto. Añ. Exultate deo adiutori nostro.
Psalmus. lxxxii.
Deus quis similis erit tibi: ne taceas neque cōpescaris deus.
Quā ecce inimici tui sonuerunt: et qui oderunt

te extulerunt caput.

Super pplm tuū malignauerūt consiliū: et cogitauerūt aduersus sanctos tuos.

Dixerūt/ venite et disperdamꝰ eos de gente: et nō memoretur nomen israel vltra.

Quoniā cogitauerunt vnanimiter simul aduersus te: testamentū disposuerūt tabernacula idumeorum/ et ismaelite.

Moab et agareni gebel et amō et amalech alienigene cum habitantibus tyrum.

Etenim assur venit cū illis: facti sunt in adiutorium filijs loth.

Fac illis sicut madiā et sisare: sicut iabin in torrente cison.

Disperierūt i endor: facti sūt vt stercꝰ terre

Pone principes eorū sicut oreb et zeb: et zebee et salmana.

Omnes principes eorum qui dixerūt: hereditate possideamꝰ sanctuarium dei.

Deus meus pone illos vt rotā: et sicut stipulā ante faciē venti.

Sicut ignis qui cōburit siluam: et sicut flāma cōburans montes.

Ita psequeris illos in tēpestate tua: et in ira tua turbabis eos.

Imple facies eorum ignominia: et querent nomen tuum domine.

Erubescāt et cōturbētur in seculū seculi: et cōfundātur et pereāt.

Et cognoscāt quia nomē tibi deus: tu solus altissimꝰ in omni terra. Psalmus. lxxxiij.

Quam dilecta tabernacula tua domine virtutum: concupiscit et deficit anima mea in atria domini.

Cor meū et caro mea exultauerunt in deum viuum.

Etenim passer inuenit sibi domū: et turtur nidum: vbi reponat pullos suos.

Altaria tua domine

uirtutum: rex meus et deus meus.
Beati qui habitāt in domo tua domine: i secula seculorum lauda bunt te.
Beatus vir cuius est auxilium abs te: ascē siones in corde suo dis posuit i valle lachry marum in loco quem posuit.
Etenim benedictionē dabit legislator/ibunt de virtute in virtutem videbitur deus deorū in sion.
Domine deus virtu tum exaudi orationem meam: auribus perci pe deus iacob.
Protector noster aspi ce de⁹: et respice in fa ciem christi tui.
Quia melior est dies vna in atrijs tuis: su per milia.
Elegi abiect⁹ esse in domo dei mei: magis ꝙ habitare in taberna culis peccatorum.
Quia misericordiā et veritatē diligit deus: gratiam et gloriam da bit dominus.
Non priuabit bonis eos ꝗ ambulāt in in nocentia: dñe virtutū beatus homo qui spe rat in te.
Gloria pri. An. Tu so lus altiss. m⁹ sup oēm terrā. Psalm⁹. lxxxiiii.
Benedixisti domi ne terrā tuā: auer tisti captiuitatē iacob.
Remisisti iniquitatē plebis tue: operuisti omnia peccata eorum.
Mitigasti omnem irā tuam: auertisti ab ira indignationis tue.
Conuerte nos de⁹ sa lutaris noster: et auerte iram tuam a nobis.
Nunquid in eternum irasceris nobis: aut ex tēdes irā tuā a genera tione in generationē.
De⁹ tu conuersus vi uificabis nos: et plebs tua letabitur in te.
Ostende nobis domi ne misericordiā tuā: et salutare tuū da nobis.
Audiam quid loquar

tur in me dominus deus quoniam loquetur pacem in plebem suam.
Et super sanctos suos: et in eos qui conuertuntur ad cor.
Ueruntamen prope timentes eum salutare ipsius: ut inhabitet gloria in terra nostra.
Misericordia et veritas obuiauerunt sibi: iusticia et pax osculate sunt.
Ueritas de terra orta est: et iusticia de celo prospexit.
Etenim dominus dabit benignitatem: et terra nostra dabit fructum suum.
Iusticia ante eum ambulabit: et ponet in via gressus suos.

Psalmus. lxxxv.

Inclina domine aurem tuam et exaudi me: quoniam inops et pauper sum ego.
Custodi animam meam quoniam sanctus sum: saluum fac seruum tuum deus meus sperantem in te.
Miserere mei domine quoniam ad te clamaui/tota die letifica animam serui tui: quoniam ad te domine animam meam leuaui.
Quoniam tu domine suauis et mitis: et multe misericordie omnibus inuocantibus te.
Auribus percipe domine orationem meam intende voci deprecationis mee.
In die tribulationis mee clamaui ad te: quia exaudisti me.
Non est similis tui in diis domine: et non est secundum opera tua.
Omnes gentes quascunque fecisti venient/ et adorabunt coram te domine: et glorificabunt nomen tuum.
Quoniam magnus es tu et faciens mirabilia: tu es deus solus.
Deduc me domine in via tua/ et ingrediar in veritate tua: letetur cor meum ut timeat nomen tuum.

Confitebor tibi domine deus meus in toto corde meo: et glorificabo nomen tuũ in eternũ.
Quia misericordia tua magna est super me: et eruisti animam meam ex inferno inferiori.
Deus iniqui insurrexerũt super me / et synagoga potẽtium quesierunt animã meã: et nõ proposuerunt te in cõspectu suo.
Et tu dñe deus miserator et misericors: patiens et multe misericordie et verax.
Respice in me et miserere mei / da imperiũ tuũ puero tuo: et saluũ fac filium ancille tue.
Fac mecum signũ in bono vt videãt qui oderũt me et confundãtur: quoniam tu domine adiuuisti me et cõsolatus es me.
Gloria patri et filio: et spiritui sancto.
Sicut erat in princi.
Añ. Bñdixisti dñe terram tuam. Ps. lxxxvi.

Fundamẽta eius in montibus sanctis: diligit dominus portas syon sup omnia tabernacula iacob.
Gloriosa dicta sũt de te: ciuitas dei.
Memor ero raab et babylonis: scientium me.
Ecce alienigene et tyrus et popul⁹ ethiopũ hi fuerunt illic.
Nũquid syon dicet homo et homo nat⁹ est in ea: et ipse fũdauit eam altissimus.
Dominus narrabit ĩ scripturis populorum et principum horũ qui fuerunt in ea.
Sicut letantium omnium: habitatio est in te. Psalmus. lxxxvij.

Domine de⁹ salutis mee: ĩ die clamaui et nocte corã te.
Intret in conspectu tuo oratio mea: ĩclina aurem tuam ad precẽ meam.
Quia repleta est malis anima mea: et vita mea inferno appropin

quauit.
Estimatus sũ cũ de-
scendentibus in lacum
factus sum sicut homo
sine adiutorio / inter
mortuos liber.
Sicut vulnerati dor-
mientes in sepulchris/
quorum nõ es memor
amplius: & ipsi de ma
nu tua repulsi sunt.
Posuerũt me in lacu
inferiori: i tenebrosis
& in vmbra mortis.
Super me confirmat⁹
est furor tu⁹: et omnes
fluctus tuos induxisti
super me.
Longe fecisti notos
meos a me: posuerunt
me abominationẽ sibi.
Traditus sum & non
egrediebar: oculi mei
languerũt pre inopia.
Clamaui ad te domi
ne: tota die expãdi ad
te manus meas.
Nunquid mortuis fa-
cies mirabilia: aut me
dici suscitabunt & con
fitebuntur tibi.
Nunquid narrabit ali
quis in sepulchro mise-
ricordiã tuã: & verita
tem tuã in perditione?
Nunquid cognoscen-
tur in tenebris mirabi
lia tua: & iustitia tua in
terra obliuionis?
Et ego ad te domine
clamaui: & mane ora-
tio mea preueniet te.
Ut quid dñe repellis o-
rationem meam: auer-
tis faciem tuã a me?
Pauper sum ego & in
laboribus a iuuentute
mea: exaltatus autem
humiliatus sum & con
turbatus.
In me transierũt ire
tue: & terrores tui con
turbauerunt me.
Circũdederũt me si-
cut aqua tota die: cir-
cundederũt me simul.
Elõgasti a me amicũ
et proximum: & notos
meos a miseria.
Gloria patri & filio: &
spiritui sancto.
Sicut erat in princi-
pio / & nunc et semper.
An. Fundamenta eius
in montibus sanctis.
Psalmus. lxxxvij.

Misericordias do-
mini: in eternum
cantabo.
In generatione et ge
nerationem: annuncia-
bo veritatem tuam in
ore meo.
Quoniam dixisti in e-
ternum misericordia
edificabitur in celis:
preparabitur veritas
tua in eis.
Disposui testamentũ
electis meis: iuravi da
uid servo meo/usque in
eternum preparabo se
men tuum.
Et edificabo in gene-
ratione et generationẽ
sedem tuam.
Confitebuntur celi mi
rabilia tua dñe: etenim
veritatem tuã in eccle
sia sanctorum.
Quoniã quis in nubi
bus equabitur domino
similis erit domino in
filijs dei?
Deus qui glorificatur
in cõsilio sanctorũ: ma-
gnus et terribilis su-
per omnes qui in cir-
cuitu eius sunt.

Domine deus virtu-
tum quis similis tibi?
potens es dñe et veri-
tas tua in circuitu tuo
Tu dominaris pote-
stati maris: motum au
tem fluctuum eius tu
mitigas.
Tu humiliasti sicut vul
neratũ superbũ: in bra
chio virtutis tue disper-
sisti inimicos tuos.
Tui sunt celi et tua est
terra: orbẽ terrarum et
plenitudinẽ eius tu fun
dasti: aquilonem et ma
re tu creasti.
Thabor et hermon in
nomine tuo exultabũt
tuum brachium cũ po
tentia.
Firmetur manus tua
et exaltetur dextera tua
iusticia et iudiciũ pre-
paratio sedis tue.
Misericordia et veri-
tas precedent faciem
tuam: beatus populus
qui scit iubilationem.
Domine in lumine vul
tus tui ambulabunt/et
in nomine tuo exulta-
bunt tota die: et in iusti-

stia tua exultabuntur.
Quoniam gloria vir-
tutis eorum tu es: et in
beneplacito tuo exalta-
bitur cor nostrum.
Quia domini est assum-
ptio nostra: et sancti is-
rael regis nostri.
Tunc locutus es in vi-
sione sanctis tuis: et di-
xisti posui adiutorium i
potente et exaltavi ele-
ctum de plebe mea.
Inveni david servum
meum: oleo sancto meo
unxi eum.
Manus enim mea au-
xiliabitur ei: et brachium
meum confirmabit eum.
Nihil proficiet inimi-
cus in eo: et filius ini-
quitatis non apponet
nocere ei.
Et concidam a facie ip-
sius inimicos eius: et
odientes eum in fugam
convertam.
Et veritas mea et mi-
sericordia mea cum ipso
et in nomine meo exal-
tabitur cornu eius.
Et ponam in mari ma-
num eius: et in fluminibus
dexteram eius.
Ipse invocavit me pa-
ter meus es tu: deus
meus et susceptor salu-
tis mee.
Et ego primogenitum
ponam illum: excelsum
pre regibus terre.
In eternum servabo
illi misericordiam meam:
et testamentum meum
fidele ipsi.
Et ponam in seculum se-
culi semen eius: et thro-
num eius sicut dies celi.
Si autem dereliquerint
filii eius legem meam
et in iudiciis meis non
ambulaverint.
Si iusticias meas pro-
phanaverint: et mandata
mea non custodierint.
Visitabo in virga ini-
quitates eorum: et in ver-
beribus peccata eorum.
Misericordiam autem
meam non dispergam
ab eo: neque nocebo in ve-
ritate mea.
Neque prophanabo te-
stamentum meum: et que
procedunt de labiis me-
is non faciam irrita.

Semel iuraui in sancto meo si dauid mentiar: semẽ eius in eternum manebit.

Et thronus eius sicut sol in conspectu meo: et sicut luna perfecta in eternum/ et testis in celo fidelis.

Tu vero repulisti et despexisti: distulisti christum tuum.

Auertisti testamentũ serui tui: prophanasti in terra sanctuarium eius.

Destruxisti oẽs sepes eius: posuisti firmamentum eius formidinem.

Diripuerunt eum omnes transeuntes viam: factus est opprobrium vicinis suis.

Exaltasti dexterã deprimentium eum: letificasti omnes inimicos eius.

Auertisti adiutorium gladij eius: et nõ es auxiliatus ei in bello.

Destruxisti eum ab emundatione: et sedem eius in terra collisisti.

Minorasti dies temporis eius: perfudisti eũ confusione.

Usquequo dñe auertis in finem: exardescet sicut ignis ira tua.

Memorare q̃ mea substantia: nunquid enim vane constituisti filios hominum.

Quis est homo qui viuet et non videbit mortem: eruet animam suã de manu inferi.

Ubi sunt misericordie tue antique domine: sicut iurasti dauid in veritate tua.

Memor esto domine opprobrij seruorũ tuorum: quod continui in sinu meo multarũ gentium.

Quod exprobrauerũt inimici tui domine: quod exprobrauerunt commutationem christi tui.

Benedictus dominus in eternum: fiat fiat.

Non dr ad noc. ue ps. lxxxix. Dñe refugium, ec. Non dicit ad noct.

tia tua exultabuntur.
Quoniam gloria virtutis eorũ tu es: et in beneplacito tuo exaltabitur cornostrum.
Quia domini est assũptio nostra: et sancti israel regis nostri.
Tunc locut⁹ es in visione sãctis tuis: et dixisti posui adiutoriũ i potente et exaltaui electum de plebe mea.
Inueni dauid seruũ meũ: oleo sancto meo vnxi eum.
Manus enim mea auxiliabit ei: et brachiũ meum confirmabit eũ.
Nihil proficiet inimicus in eo: et filius iniquitatis non apponet nocere ei.
Et concidã a facie ipsius inimicos eius: et odientes eum in fugã conuertam.
Et veritas mea et misericordia mea cũ ipso et in nomine meo exaltabitur cornu eius.
Et ponã in mari manum eius: et i fluminibus dexteram eius.
Ipse inuocauit me pater meus es tu: deus meus et susceptor salutis mee.
Et ego primogenitũ ponam illũ: excelsum pre regibus terre.
In eternum seruabo illi misericordiã meã: et testamentum meum fidele ipsi.
Et ponã in seculũ seculi semen eius: et thronũ eius sicut dies celi.
Si autem dereliquerint filij eius legẽ meã et in iudicijs meis non ambulauerint.
Si iusticias meas prophanauerint et mãdata mea non custodierint.
Visitabo in virga iniquitates eorũ: et i verberibus peccata eorũ.
Misericordiam autẽ meam non dispergam ab eo: neq3 nocebo i veritate mea.
Neq3 prophanabo testamentũ meum: et que procedũt de labijs meis non faciam irrita.

Semel iuraui in sancto meo si dauid mentiar: semē eius in eternum manebit.

Et thronus eius sicut sol in conspectu meo: et sicut luna perfecta in eternum/ et testis in celo fidelis.

Tu vero repulisti et despexisti: distulisti christum tuum.

Auertisti testamentū serui tui: prophanasti in terra sanctuarium eius.

Destruxisti oēs sepes eius: posuisti firmamentum eius formidinem

Diripuerunt eum omnes transeuntes viam: factus est opprobrium vicinis suis.

Exaltasti dexterā deprimentium eum: letificasti omnes inimicos eius.

Auertisti adiutorium gladij eius: et nō es auxiliatus ei in bello.

Destruxisti eum ab emundatione: et sedem eius in terra collisisti.

Minorasti dies temporis eius: perfudisti eū confusione.

Usquequo dn̄e auertis in finem: exardescet sicut ignis ira tua.

Memorare q̄ mea substantia: nunquid enim vane constituisti filios hominum.

Quis est homo qui viuet et non videbit mortem: eruet animam suā de manu inferi.

Ubi sunt misericordie tue antique domine: sicut iurasti dauid in veritate tua.

Memor esto domine opprobrij seruorū tuorum: quod continui in sinu meo multarū gentium.

Quod exprobrauerūt inimici tui domine: quod exprobrauerunt commutationem christi tui.

Benedictus dominus in eternum: fiat fiat.

Non dr̄ ad noc. Ue ps. lxxxix. Dn̄e refugium, etc. Non dicit ad nocc.

iste. ps. xc. Qui habitat in adiutorio. xc. Non di citur ad nocturnū iste. ps. xci. Bonū est confiteri. Non dz adnectur iste ps. xcii. Dñs regnauit decorē. Psalmus. xciii.

Deus ultionū dominus: deus ultionum libere egit.

Exaltare qui iudicas terram: redde retributionem superbis.

Usquequo peccatores dñe: usquequo peccatores gloriabuntur?

Effabuntur & loquentur iniquitatē: loquentur omnes qui operantur iniusticiam?

Populum tuū domine humiliauerunt: & hereditatē tuā vexauerunt

Uiduam & aduenā interfecerunt: et pupillos occiderunt.

Et dixerunt non videbit dominus: nec intelliget deus iacob.

Intelligite insipiētes in populo: et stulti aliquando sapite.

Qui plātauit aurem non audiet? aut qui finxit oculū nō cōsiderat?

Qui corripit gentes non arguet? aut qui docet hominē scientiam?

Dominus scit cogitationes hominum: quoniam vane sunt.

Beatus homo quē tu erudieris domine: & de lege tua docueris eū.

Ut mitiges ei a dieb⁹ malis: donec fodiatur peccatori fouea.

Quia non repellet dominus plebem suam: & hereditatem suam non derelinquet.

Quoadusque iusticia cōuertatur in iudicium: & qui iuxta illam omnes qui recto sunt corde.

Quis consurgit mihi aduersus malignātes? aut quis stabit mecum aduersus operātes iniquitatem?

Nisi quia dominus adiuuit me⁹: paulominus habitasset in inferno anima mea.

Si dicebam motus est pes meus: miseri-

cordia tua domine ad-
iuuabat me.

Secundū multitudinē
dolorum meorū in cor-
de meo: consolationes
tue letificauerunt ani-
mam meam.

Nunquid adheret ti-
bi sedes iniquitatis:
qui fingis laborem in
precepto?

Captabunt in animā
iusti: ꝛ sanguinē inno-
centem condēnabunt.

Et factus est mihi do-
minus in refugium: et
deus meus in adiuto-
rium spei mee.

Et reddet illis iniqui
tatem ipsorū/ ꝛ in ma-
litia eorum disperdet
eos: disperdet illos do
minus deus noster.

Nō dicitur ad noctur.
ista. Psalmus. xciiii.

Venite exultemus
domino: iubilem⁹
deo salutari nostro.

Preoccupemus faciē
eius in cōfessione: ꝛ i
psalmis iubilemus ei

Quoniā de⁹ magnus
domin⁹: ꝛ rex magnus
super omnes deos.

Quia in manu eius
sunt omnes fines ter-
re: ꝛ altitudines mon-
tium ipsius sunt.

Quoniā ipsius est ma
re ꝛ ipse fecit illud: et
siccam manus eius for
mauerunt.

Venite adoremus et
procidamus et plore-
mus ante dominū qui
fecit nos: quia ipse est
deus noster.

Et nos populus pas-
cue eius: et oues ma-
nus eius.

Hodie si vocē eius au
dieritis: nolite obdu-
rare corda vestra.

Sicut i irritatione se
cundū diem tentatio-
nis in deserto.

Ubi tentauerunt me
patres vestri: proba-
uerunt et viderunt o-
pera mea.

Quadraginta annis of
fensus fui generationi
illi: et dixi/ semper hi
errant corde.

Et ꝰ isti non cognoue-
runt vias meas: et iu-

rani i ira mea/si intro
ibunt in requiem meã.
An. Benedictus dñs in
eternũ. Psalmus. xcv.

Cantate dño canti
cum nouũ: canta
te dño omnis terra.
Cantate dño et bene-
dicite nomini eius: an-
nunciate de die in diẽ
salutare eius.
Annunciate inter gẽ-
tes gloriã eius: in om-
nibus populis mirabi-
lia eius.
Quoniã magnus do-
minus et laudabilis ni
mis: terribilis est su-
per omnes deos.
Quoniam omnes dii
gentiũ demonia: domi-
nus autem celos fecit
Confessio et pulchri-
tudo in cõspectu eius:
sanctimonia et magni-
ficentia in sanctifica-
tione eius.
Afferte domino pa-
trie gentiũ/afferte do-
mino gloriã et honorẽ:
afferte domino gloriã
nomini eius.
Tollite hostias et in-
troite in atria eius/ado
rate dominũ in atrio
sancto eius.
Commoueatur a fa-
cie ei⁹ vniuersa terra:
dicite in gentibus quia
dominus regnauit.
Etenim correxit orbẽ
terre qui nõ commoue
bitur: iudicabit popu-
los in equitate.
Letentur celi et exul-
tet terra / cõmoueatur
mare et plenitudo eius
gaudebunt cãpi et om-
nia que in eis sunt.
Tunc exultabunt om
nia ligna siluarũ a fa-
cie domini quia venit:
quoniam venit iudica-
re terram.
Iudicabit orbem ter
re in equitate: et popu-
los in veritate sua.
Psalmus. xcvi.

Domin⁹ regnauit
exultet terra: le-
tentur insule multe.
Nubes et caligo in cir
cuitu eius: iusticia et iu
dicium correctio sedis
eius.
Ignis ante ipsũ pre-

cedet: et inflammabit in circuitu inimicos eius.
Alluxerunt fulgura eius orbi terre: vidit et commota est terra.
Montes sicut cera fluxerunt a facie domini: a facie domini omnis terra.
Annunciauerunt celi iustitiam eius: et viderunt omnes populi gloriam eius.
Confundantur omnes qui adorant sculptilia: et qui gloriantur in simulachris suis.
Adorate eum omnes angeli eius: audiuit et letata est Sion.
Et exultauerunt filie iude: propter iudicia tua domine.
Quoniam tu domin⁹ altissimus super omnem terram: nimis exaltatus es super omnes deos.
Qui diligitis dominũ odite malũ: custodit dominus animas sanctorũ suorũ/de manu peccatoris liberabit eos.
Lux orta est iusto: et rectis corde leticia.
Letamini iusti in domino: et confitemini memorie sanctificationis eius.
Gloria patri et filio: et spiritui sancto. An. Cãtate domino et benedicite nomini ei⁹. V. Intret oratio mea in conspectu tuo domine. R. Inclina aurem tuã ad precem meã. Ante lau.
V. Fiat misericordia.
In laudib⁹. Antiph. Spiritu principali cõfirma cor meum deus. Ps. Miserere mei de⁹.
Psalmus. cxlii.
Domine exaudi orationem meam: auribus percipe obsecrationem meam: in veritate tua exaudi me i tua iustitia.
Et non intres in iudicium cũ seruo tuo: quia nõ iustificabitur i conspectu tuo oĩs viuens.
Quia persecutus est inimicus animam meam: humiliauit i terra

bitam meam.
Collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi: et anxiatus est super me spiritus me9/in me turbatum est cor meū.
Memor fui dierū antiquorum / meditatus sum in omnibus operibus tuis : et in factis manuum tuarum meditabar.
Expandi manus meas ad te; anima mea: sicut terra sine aqua tibi.
Velociter exaudi me domine defecit spiritus meus.
Non auertas faciem tuam a me : et similis ero descendentibus in lacum.
Auditā fac mihi mane misericordiā tuam: quia in te speraui.
Notam fac michi viā in qua ambulem: quia ad te leuaui animam meam.
Eripe me de inimicis meis/domine ad te cōfugi: doce me facere voluntatē tuā/quia deus meus es tu.
Spiritus tuus bonus deducet me in terrā rectā: propter nomē tuū domine viuificabis me in equitate tua.
Educes de tribulatione animam meam: et in misericordia tua disperdes omnes inimicos meos.
Et perdes omnes qui tribulant animā meā: quoniam ego seruus tuus sum.
Gloria patri et filio: et spiritui sancto.
Sicut erat in principio/et nunc et semper: et in secula seculorum amē.
An. In veritate tua exaudi me dn̄e. An. Illumina domine vultum tuū super nos. Ps. Deus deus meus. Canticum.
Domine audiui auditionem tuam: et timui. Aba. 3.ca
Dn̄e op9 tuū: i medio annorū viuifica illud.
In medio annorū notum facies : cū iratus fueris misericordie re-

cordaberis.
Deus ab austro ve- niet: et sanctus de mō- te pharam.
Operuit celos gloria eius: et laudis ei9 ple- na est terra.
Splendor eius vt lux erit: cornua in mani- bus eius.
Ibi abscōdita est for titudo eius: ante faciē eius ibit mors.
Egredietur diabolus ante pedes eius: stetit et mensus est terram.
Aspexit et dissoluit gē tes: et contriti sunt mō tes seculi.
Incuruati sunt col- les mundi ab itineri- bus eternitatis eius.
Pro iniquitate vidi tentoria ethiopie: tur- babuntur pelles terre madian.
Nunquid in flumini- bus iratus es domine. aut in fluminibus fu- ror tuus / vel in mari indignatio tua.
Qui ascendis super equos tuos: et quadri- ge tue saluatio.
Suscitans suscitabis arcum tuum: iuramen- ta tribubus que locu- tus es.
Fluuios scindes ter- re / viderunt te aque et doluerūt montes: gur- ges aquarum transijt.
Dedit abyssus vocem suam: altitudo manus suas leuauit.
Sol et luna steterūt in habitaculo suo: in luce sagittarū tuarū ibunt in splendore fulguran tis haste tue.
In fremitu conculca- bis terrā: in furore ob stupefacies gentes.
Egressus es in salutē populi tui: in salutem cum christo tuo.
Percussisti caput de domo impij: denudasti fundamentū eius vsq ad collum.
Maledixisti sceptris eius / capiti bellatorū eius: venientibus vt turbo ad dispergendū me.
Exultatio eorū: sicut

eius qui devorat pauperem in abscondito.

Viam fecisti in mari equis tuis: in luto aquarum multarum.

Audivi et conturbatus est venter meus: a voce contremuerunt labia mea.

Ingrediatur putredo in ossibus meis: & subter me scateat.

Ut requiescam in die tribulationis: & ascendam ad populum accinctum nostrum.

Ficus enim non florebit: & non erit germen in vineis.

Mentietur opus olive: & arua non afferent cibum.

Abscindetur de ovili pecus: & nõ erit armentum in presepibus.

Ego autem i domino gaudebo: & exultabo i deo iesu meo.

Deus dñs fortitudo mea: & ponet pedes meos quasi cervorum.

Et super excelsa mea deducet me victor: in psalmis canentem.

Gloria patri & filio. A. Domine audivi auditum tuũ & timui. ãn In tympano et choro / in chordis & organo laudate eum. Ps. Laudate. Capi. Vigilate. Domine ne in ira. usq ad xl. quãdo de. vi. fer. agitur: dicitur ad lau. sequens. Hymnus.

Eterna celi gloria beata spes mortalium: celsi tonantes unice / casteq proles virginis.

Da dexteram surgentibus / exurgat & mens sobria: flagransq in laudem dei / grates rependebat debitas.

Ortus refulget lucifer / sparsamq lucẽ nũciat: cadit caligo noctium / lux sancta nos illuminet.

Manensq nostris sensibus / noctem repellat seculi: omniq fine diei purgata servet pectora

Quesita iam primum fides / radicet altis sen

stibus: secunda spes / con gaudeat / quo maior ex tet charitas.

Deo patri sit gloria.

V. In matutinis. Per estatem. hy. Ecce iam noctis. V. In matutinis. i. Per viscera misericordie dei nostri: i quibus visitauit nos oriens ex alto. Ps. Benedictus dominus.

¶ Sabbato ad matutinas. Inuitat. Dominum deum nostrum. Venite adoremus. Ps. Venite exulte. Sequens. hy. solam vz ad matuti. in sabbato proximo ante do. primam. xl. quando in predicto sabbato de feria agitur. Hymnus


Summe deus clementie / mundique factor machine: vnus potentialiter / trinusque personaliter.

Nostros pius cum canticis / fletus benigne suscipe: quo corde puro sordibus / te perfruamur largius.

Lumbos iecurque morbidum / adure igne congruo: accincti vt sint perpetim / luxu remoto pessimo.

Ut quique horas noctium nunc concinnendo rumpimus: donis beate patrie / ditemur omnes affatim.

Presta pater piissime / patrique compar. Per estatem. hy. Nocte surgentes vigilemus omnes. et cete. Psalmus. xcvij



Cantate domino canticum nouum: quia mirabilia fecit.

Saluauit sibi dextera eius: et brachium sanctum eius.

Notum fecit dominus salutare suum: in conspectu gentium reuelauit iustitiam suam.

Recordatus est misericordie sue: et veritatis sue domui israel.

Viderunt omnes termini terre salutare dei nostri: iubilate deo omnis terra / cantate et ex

ultate & psallite.

Psallite domino in cithara in cithara& voce psalmi/in tubis ductilibus et voce tube cornee.

Iubilate in cõspectu regis domini/ moueatur mare et plenitudo eius / orbis terrarũ et qui habitant in eo.

Flumina plaudẽt manu simul montes exultabunt a conspectu domini: quoniã venit iudicare terram.

Iudicabit orbem terrarum in iustitia: & populos in equitate.

Psalmus. xcviii.

Dominus regnauit: irascãtur populi: qui sedes sup cherubin moueat̃ a terra.

Dominus in sion magnus: & excelsus super omnes populos.

Confiteantur nomini tuo magno quoniã terribile et sanctum est: & honor regis iudiciũ diligit.

Tu parasti directiones: iudiciũ & iustitiã in iacob tu fecisti.

Exaltate dominũ deũ nostrum: & adorate scabellum pedũ eius/quoniam sanctum est.

Moyses & aaron in sacerdotibus eius: & samuel inter eos qui inuocant nomen eius.

Inuocabant dominũ & ipse exaudiebat eos in columna nubis loquebantur ad eos.

Custodiebant testimonia eius: et preceptum quod dedit illis.

Domine deus noster tu exaudiebas eos/deus tu propitius fuisti eis: & vlciscens in omnes adinuentiones eorum.

Exaltate dominũ deũ nostrum et adorate in monte sancto eius quoniam sanctus dominus deus noster.

Gloria patri & filio: & spiritui sancto.

Sicut erat in principio/& nũc & semper. In

Omnia mirabilia fecit dominus. Psalmus. xcix

Iubilate deo omnis terra: seruite domino in leticia.
Introite in conspectu eius: in exultatione.
Scitote quoniam dominus ipse est deus: ipse fecit nos et non ipsi nos.
Populus eius et oues pascue ei9 introite portas eius in confessione atria eius in hymnis confitemini illi.
Laudate nomen eius quoniã suauis est dominus in eternum misericordia ei9: et vsq; i generatione et generatio nem veritas eius. Ps. c.
Misericordiã et iudiciũ cãtabo tibi domine: psallam et intelligam in via immaculata quãdo venies a me.
Perambulabã in innocentia cordis mei: in medio domus mee.
Non proponebã ante oculos meos rem iniustam: facientes preuaricationes odiui.
Non adhesit mihi cor prauum: declinantem a me malignũ non cognoscebam.
Detrahentem secreto proximo suo: hunc persequebar.
Superbo oculo et i saciabili corde: cum hoc non edebam.
Oculi mei ad fideles terre vt sedeant mecũ: ambulans i via immaculata hic michi ministrabat.
Non habitabit in medio domus mee qui facit superbiam: qui loquitur iniqua non direxit in conspectu oculorum meorum.
In matutino interficiebam omnes peccatores terre: vt disperderem de ciuitate domini omnes operãtes iniquitatem.
Gloria patri et filio: et spiritui sancto.
Sicut erat i principio et nunc et semper: et in secula seculorum. amen.
Añ. Jubilate deo omnis terra. Psalmus. ci.

Domine exaudi orationem meam: et clamor meus ad te veniat.

Non auertas faciem tuam a me: in quacunq; die tribulor inclina ad me aurem tuam.

In quacunq; die inuocauero te: velociter exaudi me.

Quia defecerunt sicut fumus dies mei: et ossa mea sicut cremiū aruerunt.

Percussus sum ut fenum et aruit cor meum quia oblitus sum comedere panem meum.

A voce gemitus mei: adhesit os meum carni mee.

Similis factus sū pellicano solitudinis: factus sum sicut nicticorax in domicilio.

Vigilaui, et factus sū sicut passer solitarius in tecto.

Tota die exprobrabant mihi inimici mei et qui laudabāt me aduersum me iurabant.

Quia cinerem tanq̄ panem manducabā: et potum meum cum fletu miscebam.

A facie ire indignationis tue: quia eleuās allisisti me.

Dies mei sicut vmbra declinauerunt: et ego sicut fenum arui.

Tu autē domine in eternū permanes: et memoriale tuū in generatione et generationem.

Tu exurgens domine misereberis sion: quia tēpus miserendi eius, quia venit tempus.

Quoniam placuerunt seruis tuis lapides eius: et terre eius miserebuntur.

Et timebunt gentes nomen tuum domine: et omnes reges terre gloriam tuam.

Quia edificauit dominus ex siō: et videbitur in gloria sua.

Respexit in orationē humilium: et non spreuit precem eorum.

Scribātur hec in ge-

neratione altera: ꝛ populus qui creabitur laudabit dominum.

Quia prospexit de excelso sancto suo: dñs de celo in terram aspexit

Ut audiret gemitus compeditorum: vt solueret filios interemptorum.

Ut annūcient in Syon nomen domini: ꝛ laudē eius in hierusalem.

In conueniēdo populos in vnū: ꝛ reges vt seruiant domino.

Respondit ei in via virtutis sue: paucitatē dierum meorum nuncia mihi.

Ne reuoces me in dimidio dierū meorū: in generatione ꝛ generationem anni tui.

Initio tu dñe terram fundasti: et opera manuum tuarū sunt celi.

Ipsi peribunt tu aūt permanes: ꝛ omnes sicut vestimentum veterascent.

Et sicut opertorium mutabis eos ꝛ mutabuntur tu autem idem ipse es: et anni tui non deficiēt

Filij seruorum tuorum habitabunt: et semen eorum in seculum dirigetur. Psalmus. cij.

Benedic anima mea domino: et omnia que intra me sunt nomini sancto eius.

Benedic anima mea domino et noli obliuisci omnes retributiones eius.

Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis: qui sanat omnes infirmitates tuas.

Qui redimit de interitu vitam tuā: qui coronat te in misericordia ꝛ miserationibus.

Qui replet in bonis desiderium tuum: renouabitur vt aquile iuuentus tua.

Faciens misericordias dominus: ꝛ iudicium omnibus iniuriā patientibus.

Notas fecit vias suas moysi: filijs israel voluntates suas.

Miserator et miseri-

cors dominus: longani mis et multum miseri cors.

Non in perpetuū irascetur: neqꝫ in eternū comminabitur.

Non secundū peccata nostra fecit nobis: neqꝫ secundum iniquitates nr̄as retribuit nobis.

Quoniam secundū altitudinem celi a terra: corroborauit misericordiam suam super timentes se.

Quantū distat ortus ab occidente: longe fecit a nobis iniquitates nostras.

Quomodo miseretur pater filiorū misertus est dominus timētibus se: quoniam ipse cognouit figmentū nostrum.

Recordat⁹ est quoniā puluis sumus: homo sicut fenum / dies eius tanq̄ flos agri sic efflorebit.

Quoniā spiritus pertransibit in illo et non subsistet: & non cognoscet amplius locū suū

Misericordia autē domini ab eterno: et vsqꝫ in eternū super timentes eum.

Et iustitia illius in filios filiorum: his qui seruant testamentum eius.

Et memores sunt mandatorum ipsius: ad faciendum ea.

Dominus in celo parauit sedem suā: et regnum ipsius omnibus dominabitur.

Benedicite dn̄o omnes angeli eius: potentes virtute facientes verbum illius / ad audiendam vocē sermonum eius.

Benedicite dn̄o omnes virtutes eius: ministri eius qui facitis volantatem eius.

Benedicite dn̄o omnia opera eius in omni loco dominationis eī⁹ benedic anima mea domino.

Gloria patri. An. Clamor me⁹ ad te veniat.

Psalmus. ciij.

Benedic anima mea domino: dñe deus meus magnificatus es vehementer.

Confessionē & decorē induisti: amictus lumine sicut vestimento.

Extendens celū sicut pellē: qui tegis aquis superiora eius.

Qui ponis nubem ascensum tuum: qui ambulas super pennas ventorum.

Qui facis āgelos tuos spiritꝰ: & ministros tuos ignem vrentem.

Qui fundasti terram super stabilitatē suam non inclinabitur in seculum seculi.

Abyssus sicut vestimētū amictus eius: super montes stabunt aque.

Ab increpatione tua fugiēt: a voce tonitrui tui formidabunt.

Ascendunt montes & descendunt cāpi: in locum quē fundasti eis.

Terminū posuisti quē non transgredientur: neq̃ convertentur operire terram.

Qui emittis fōtes in convallibus: inter medium montium pertrāsibunt aque.

Potabunt omnes bestie agri: expectabunt onagri in siti sua.

Super ea volucres celi habitabunt: de medio petrarum dabunt voces.

Rigans mōtes de superioribus suis: de fructu operum tuorum saciabitur terra.

Producens fenum iumentis: & herbam servituti hominum.

Ut educas panem de terra: & vinum letificet cor hominis.

Ut exhilares faciem in oleo: & panis cor hominis confirmet.

Saturabuntur ligna campi / & cedri libani quas plantavit: illic passeres nidificabunt.

Herodij domꝰ dux est eorum: montes excelsi cervis / petra refugiū herinacijs.

Fecit lunam in tempora: sol cognouit occasum suum.
Posuisti tenebras et facta est nox: in ipsa pertransibunt omnes bestie silue.
Catuli leonum rugientes: vt rapiant et querant a deo escam sibi.
Ortus est sol et congregati sunt: et in cubilib9 suis collocabuntur.
Exibit homo ad opus suum: et ad operationem suam vsq ad vesperum.
Quam magnificata sunt opera tua domine: omnia in sapientia fecisti impleta est terra possessione tua.
Hoc mare magnum et spaciosum manibus: illic reptilia quorum non est numerus.
Animalia pusilla cum magnis: illic naues pertransibunt.
Draco iste quem formasti ad illudendum ei: omnia a te expectant vt des illis escam in tempore.
Dante te illis colliget: aperiente te manum tuam omnia implebuntur bonitate.
Auertente autem te faciem turbabuntur: auferes spiritum eorum et deficient: et in puluerem suum reuertentur.
Emitte spiritum tuum et creabuntur: et renouabis faciem terre.
Sit gloria domini in seculum: letabitur dominus in operib9 suis.
Qui respicit terram et facit eam tremere: qui tangit montes et fumigant.
Cantabo domino in vita mea: psallam deo meo quamdiu sum.
Iocundum sit ei eloquium meum: ego vero delectabor in domino.
Deficiant peccatores a terra / et iniqui ita vt non sint: benedic anima mea domino.

Psalmus. ciiii.

Confitemini domino et inuocate nomen eius: annunciate inter gentes opera ei9

Cantate ei et psallite ei: narrate omnia mirabilia eius / laudamini in nomine sancto eius
Letetur cor querentium dominum querite dominum et confirmamini: querite faciem eius semper.
Memento te mirabilium ei[us] que fecit: prodigia eius et iudicia oris eius.
Semen abraham servi eius: filii iacob electi eius.
Ipse dominus deus noster: in universa terra iudicia eius.
Memor fuit in seculum testamenti sui verbi quod mandavit in mille generationes.
Quod disposuit ad Abraham: et iuramenti sui ad Isaac.
Et statuit illud Jacob in preceptum: et israel in testamentum eternum.
Dicens tibi dabo terram chanaam: funiculum hereditatis vestre
Cum essent numero brevi: paucissimi et incole eius.
Et pertransierunt de gente in gentem: et de regno ad populum alterum.
Non reliquit hominem nocere eis: et corripuit pro eis reges.
Nolite tangere christos meos: et in prophetis meis nolite malignari.
Et vocavit famem super terram: et omne firmamentum panis contrivit.
Misit ante eos virum in servum venundatus est Joseph.
Humiliaverunt in compedibus pedes eius / ferrum pertransiit animam eius donec veniret verbum eius.
Eloquium domini inflammavit eum / misit rex et solvit eum princeps populorum et dimisit eum.
Constituit eum dominum domus sue / et prin

cipem omnis possessio
nis sue.
Ut audiret principes
eius sicut semetipsum
et senes eius pruden=
tiam doceret.
Et intrauit israel in
egyptū: et iacob accola
fuit in terra cham.
Et auxit populū suū
vehementer/et firma=
uit eum super inimi=
cos eius.
Conuertit cor eorum
ut odirent populum e=
ius/et dolum facerent
in seruos eius.
Misit moysen seruum
suum/aaron quem ele
git ipsum.
Posuit in eis verba si
gnorum suorū/et prodi
giorum in terra cham
Misit tenebras et ob=
scurauit/et non exacer=
bauit sermones suos.
Conuertit aquas eo=
rum in sanguinē et oc=
cidit pisces eorum.
Et dedit terra eorum
ranas: in penetralibus
regum ipsorum.
Dixit et venit cyno=
myia et cyniphes/in om
nibus finibus eorum.
Posuit pluuias eorū
grandinē: ignem combu
rentē in terra ipsorum
Et percussit vineas
eorum et ficulneas eo=
rum: et contriuit lignū
finium eorum.
Dixit et venit locusta:
et bruchus cuius non e=
rat numerus.
Et comedit omne fe=
num in terra eorum: et
comedit omnē fructū
terre eorum.
Et percussit omne pri
mogenitum i terra eo=
rum: primitias omnis
laboris eorum.
Et eduxit eos cum ar
gento et auro: et non e=
rat in tribubus eorum
infirmus.
Letata est egyptus in
profectione eorū: quia
incubuit timor eorum
super eos.
Expandit nubem in
protectionem eorum: et
ignem ut luceret eis
per noctem.
Petierunt et venit co=

tuenit: et pane celi sa-
turauit eos.
Dirupit petrã et flu-
xerunt aque: abierunt
in sicco flumina.
Quoniã memor fuit
verbi sancti sui: quod
habuit ad abrahã pue-
rum suum.
Et eduxit populũ suũ
in exultatione: et ele-
ctos suos in leticia.
Et dedit illis regio-
nes gentiũ: et labores
populorũ possederunt.
Et custodiant iustifica
tiones eius: et legem
eius exquirantãn. Be
nedic anima mea do-
mino. Psalmus. cv.
Confitemini domi
no quoniã bonus
quoniam in seculũ mi-
sericordia eius.
Quis loquetur poten
tias dñi: auditas faciet
omnes laudes eius.
Beati qui custodiunt
iudiciũ & faciunt iusti
tiam: in omni tempore
Memento nostri domi
ne i beneplacito popu-
li tui: visita nos in sa-
lutari tuo.
Ad videndũ in boni-
tate electorũ tuorũ ad
letandũ in leticia gen
tis tue: vt lauderis cũ
hereditate tua.
Peccauimus cũ patri
bus nostris: iniuste e-
gimus iniquitatem fe
cimus.
Patres nostri in egy-
pto non intellexerunt
mirabilia tua: non fue
rũt memores multitu-
dinis misericordie tue
Et irritauerunt ascen-
dentes in mare rubrũ:
& saluauit eos propter
nomen suũ vt notã fa-
ceret potentiam suam
Et increpuit mare ru
brum & exiccatum est:
& deduxit eos in abys-
sis sicut in deserto.
Et saluauit eos de ma
nu odientium: et re-
demit eos de manu ini
mici.
Et operuit aqua tri-
bulantes eos: vnus ex
eis non remansit.
Et crediderũt in ver
bis eius: & laudauerũt

laudem eius.

Cito fecerunt/ obliti sunt operum eius: et non sustinuerunt consilium eius.

Et concupierunt concupiscentiam in deserto: et tentauerunt deũ in inaquoso.

Et dedit eis petitionem ipsorum: et misit saturitatem in animas eorum.

Et irritauerunt moysen in castris: aarõ sanctum domini.

Aperta est terra et deglutiuit dathan: et operuit super congregationem abiron.

Et exarsit ignis in synagoga eorũ / flamma combussit peccatores.

brasti super caput me-
um in die belli.
Nẽ tradas me domi-
ne a desiderio meo pec
catori: cogitauerũt cõ
tra me/ ne derelinquas
me ne forte exaltẽtur.
Caput circuitus eorũ
labor labiorum ipsorũ
operiet eos.
Cadẽt super eos car
bones/ in ignem deij-
cies eos: in miserijs
non subsistent.
Vir linguosus nõ di-
rigetur in terra: virũ
iniustum mala capiẽt
in interitu.
Cognoui quia faciet
dominus iudicium in-
opis: & vindictam pau
perum.
Veruntamen iusti cõ
fitebũtur nomini tuo:
& habitabunt recti cũ
vultu tuo.

Gloria patri. An. A vi
ro iniquo libera me do
mine. Psalmus. cxl.
Domine clamaui
ad te exaudi me:
intẽde voci mee cum
clamauero ad te.
Dirigatur oratio mea
sicut incensum in con-
spectu tuo: eleuatio
manuũ mearũ sacrifi-
cium vespertinum.
Pone dñe custodiã o-
ri meo: & ostiũ circum-
stantie labijs meis.
Nõ declines cor meũ
in verba malitie: ad
excusandas excusatio
nes in peccatis.
Cum hominib⁹ ope-
rantibus iniquitatem:
et non communicabo
cum electis eorum.
Corripiet me iustus
in misericordia & incre
pabit me: oleum autẽ
peccatoris non impin
guet caput meum.
Quoniã adhuc & ora
tio mea in beneplacitis
eorũ: absorpti sunt iũ
cti petre iudices eorũ.
Audient verba mea

quoniam potuerunt: sicut crassitudo terre erupta est super terram.
Dissipata sunt omnia ossa nostra secus infernum/quia ad te domine domine oculi mei: in te speraui non auferas animam meam.
Custodi me a laqueo quem statuerunt michi et a scandalis operantium iniquitatem.
Cadent in retiaculo eius peccatores: singulariter sum ego donec transeam.
Gloria patri. An. Domine clamaui ad te exaudi me. Psalmus.cxli.
Voce mea ad dominum clamaui: voce mea ad dominum deprecatus sum.
Effundo in conspectu eius orationem meam: et tribulationem meam ante ipsum pronuncio.
In deficiendo ex me spiritum meum: et tu cognouisti semitas meas.
In via hac qua ambulabam: absconderunt laqueum michi.
Considerabam ad dexteram et videbam: et non erat qui cognosceret me.
Perijt fuga a me: et non est qui requirat animam meam.
Clamaui ad te domine dixi tu es spes mea portio mea in terra viuentium.
Intende ad deprecationem meam: quia humiliatus sum nimis.
Libera me a persequentibus me: quia confortati sunt super me.
Educ de custodia animam meam ad confitendum nomini tuo me expectant iusti donec retribuas michi.
Gloria patri. An. Portio mea domine in terra viuentium. Ca. Dominus autem dirigat.
¶ Sequens hymnus dicitur solum ad vesp. feria sexta proxima ante dominicam primam quadragesime quando in predicta feria sexta agitur de feria. Hymnus.

P Lasmator homi-
nis deus/qui cun
cta solus ordinans: hu
mum iubes producere
reptantis et fere gen⁹.
Q ui magna rerũ cor-
pora/dictu iubentis vi
uida: ut seruiant per
ordinem / subdens de-
disti homini.
R epelle a seruis tuis
quicquid per immun-
ditiam: aut moribus se
suggerit / aut actibus
se interserit.
D a gaudiorũ premia
da gratiarum munera
dissolue litis vincula/
astringe pacis federa
P resta pater piissime
patrique cõpar unice. Ho.
Dirigatur. Per est acce.
Vr⁹. Lucis creator. Añ.
Dirigatur. Suscepit
de⁹ isrl' puerũ suũ sicut
locut⁹ est abrahã et se-
mini ei⁹: exaltauit hu-
miles vsq; i seculũ. ps
Magnificat. Preces et c
vt supra. i/. fer. ad ma-
tuti. Nõ dicit ad vesp.
iste. ps. cxlij. Domine
exaudi orationẽ meã
auribus percipe. ec.
Sabbato ad vesperas
Psalmus. cxliiij.
B Enedict⁹ do
minus deus
meus qui do
cet man⁹ me-
as ad preliũ:
et digitos meos ad
bellum.
M isericordia mea/ et
refugiũ meũ: susceptor
meus et liberator me⁹.
P rotector meus et in
ipso speraui: qui sub-
dit populũ meũ sub me
D omine quid est ho-
mo quia innotuisti ei:
aut filius hominis quia
reputas eum.
H omo vanitati simi-
lis factus est: dies
eius sicut vmbra pre-
tereunt.
D omine inclina ce-
los tuos et descende:
tange montes et fumi-
gabunt.
F ulgura coruscatio-
nem et dissipabis eos:
emitte sagittas tuas/
et conturbabis eos.
E mitte manum tuam

de alto: eripe me & libera me de aquis multis / & de manu filiorum alienorum.

Quorum os locutum est vanitatem: et dextera eorum dextera iniquitatis.

Deus canticum novum cantabo tibi: in psalterio decachordo psallam tibi.

Qui das salutem regibus: qui redemisti david servum tuum / de gladio maligno eripe me

Et erue me de manu filiorum alienorum / quorum os locutum est vanitatem: & dextera eorum dextera iniquitatis.

Quorum filii sicut novelle plantationes: in iuventute sua.

Filie eorum composite: circumornate ut similitudo templi.

Promptuaria eorum plena: eructantia ex hoc in illud.

Oves eorum fetose abundantes in egressibus suis: boves eorum crasse.

Non est ruina macerie neque transitus neque clamor: in plateis eorum.

Beatum dixerunt populum cui hec sunt: beatus populus cuius dominus deus eius.

Gloria patri et filio: & spiritui sancto.

Sicut erat. An. Benedictus dominus deus meus. Psalmus. cxliiii.

Exaltabo te deus meus rex: & benedicam nomini tuo in seculum / & in seculum seculi.

Per singulos dies benedicam tibi: & laudabo nomen tuum in seculum / & in seculum seculi

Magnus dominus / et laudabilis nimis: et magnitudinis eius non est finis.

Generatio et generatio laudabit opera tua & potentiam tuam pronunciabunt.

Magnificentiam glorie sanctitatis tue loquentur: et mirabilia

tua narrabunt.
Et virtutem terribi-lium tuorum dicent: et magnitudinem tuam narrabunt.
Memoriam abundantie suauitatis tue eructabunt: et iustitia tua exultabunt.
Miserator et misericors dominus: patiens et multum misericors.
Suauis dominus vniuersis: et miserationes eius super omnia opera eius.
Confiteantur tibi domine omnia opera tua et sancti tui benedicant tibi.
Gloriam regni tui dicent: et potentiam tuam loquentur.
Ut notam faciant filiis hominum potentiam tuam: et gloriam magnificentie regni tui.
Regnum tuum regnum omnium seculorum: et dominatio tua in omni generatione et generationem.
Fidelis dominus in omnibus verbis suis: et sanctus in omnibus operibus suis.
Alleuat dominus omnes qui corruunt: et erigit omnes elisos.
Oculi omnium in te sperant domine: et tu das escam illorum in tempore oportuno.
Aperis tu manum tuam et imples omne animal benedictione.
Iustus dominus in omnibus vijs suis: et sanctus in omnibus operibus suis.
Prope est dominus omnibus inuocantibus eum: omnibus inuocantibus eum in veritate.
Uoluntatem timentium se faciet/et deprecationem eorum exaudiet: et saluos faciet eos.
Custodit dominus omnes diligentes se: et omnes peccatores disperdet.
Laudationem domini loquetur os meum/et benedicat omnis caro nomini sancto eius in seculum et in seculum seculi.
Gloria patri et filio.

Sicut erat. An. In eternum et in seculū seculi. Psalmus.cxlv.

Lauda anima mea dominum/laudabo dñm in vita mea: psallā deo meo quādiu fuero.

Nolite confidere in principibus: nec in filiis hominū in quib⁹ non est salus.

Exibit spūs eius et revertetur in terrā suā: in illa die peribūt omnes cogitationes eorū.

Beatus cuius de⁹ iacob adiutor eius/spes eius in domino deo ip̄s⁹ qui fecit celū et terrā: mare et omnia que in eis sunt.

Qui custodit veritatē ī seculū: facit iudiciū iniuriā patiētib⁹/ dat escam esurientibus.

Dominus solvit cōpeditos: domin⁹ illuminat cecos.

Dñs erigit elisos: dominus diligit iustos.

Domin⁹ custodit advenas pupillum et viduam suscipiet et vias peccatorum disperdet.

Regnabit domin⁹ in secula deus tuus sion: in generatione et generationem.

Gloria patri et filio: et spiritui sancto.

Sicut erat in princi. An. Laudabo deū meū in vita mea. ps.cxlvi.

Laudate dominū quoniam bonus est: et psalmus deo nostro sit/iocunda decoraque laudatio.

Edificās hierusalem dominus dispersiones israelis congregabit.

Qui sanat contritos corde: et alligat contritiones eorum.

Qui numerat multitudinem stellarum: et omnibus eis nomina vocat.

Magnus domin⁹ nr̄ et magna virtus eius: et sapientie eius non est numerus.

Suscipiens mansuetos domin⁹: humilians autem peccatores us-

q ad terram.
Precinite domino in cõfessione: psallite deo nostro in cithara.
Qui operit celum nu bibus: et parat terre pluuiam.
Qui producit in mon tibus fenum: & herbã seruituti hominum.
Qui dat iumẽtis escã ipsorũ: & pullis coruo rum inuocantib⁹ eum.
Nõ in fortitudine e quis voluntatẽ habebit nec in tibijs viri bene placitum erit ei.
Beneplacitũ est dño super timentes eum: & in eis qui sperãt su per misericordia eius
Gloria patri et filio: & spiritui sancto.
Sicut erat in princi pio/& nunc & semper.
An. Deo nostro iocũda sit laudatio. cxlvij.
Lauda hierusalem dominum: lauda deum tuum syon.
Quoniã cõfortauit se ras portarũ tuarũ: bñ dixit filijs tuis in te.
Qui posuit fines tuos pacem: & adipe frumẽ ti satiat te.
Qui emittit eloquiũ suum terre: velociter currit sermo eius.
Qui dat niuem sicut lanam: nebulam sicut cinerem spargit.
Mittit cristallũ suum sicut bucellas ante fa ciem frigoris ei⁹ quis sustinebit.
Emittet verbũ suũ & liquefaciet ea: flabit spũs ei⁹ & fluet aque.
Qui annũciat verbũ suum iacob: iustitias & iudicia sua israel.
Non fecit taliter oĩ nationi & iudicia sua non manifestauit eis.
Gloria patri et fi. An.
Lauda hierusalem do minum. Capitulum.
Benedictus de⁹ & pater domini no stri Jesu christi: pater misericordiarũ & de⁹ totius consolationis: qui consolatus nos in omni tribulatione no stra. Deo gratias.

2. co ri. 1.

Hec cant. dr i sabb. ad vesp. a Domine in ira. usq ad lxx. et a Deus omnium. usq ad adue. dñi quando de do. agi tur. Hic sequens hy. dr ad vesp. in sabba. a Dñe ne in ira. usq ad xl. qñ de do. agit. hy.

Deus creator omnium/ polliq rector: vestiens diem decoro lumine/noctē soporis gratia.

Artus solutos ut ques reddat laboris usui: mentesq fessas allevet luctusq soluat anxios.

Grates peracto iā die et noctis exortu preces: votis reos ut adiuues hymnum canentes solvimus.

Te cordis ima concinant/te vox canora cō crepet: te diligat castꝰ amor/ te mens adoret sobria.

Ut cū profunda clauserit/diē caligo noctiū fides tenebras nesciat et nox fidei luceat.

Dormire mētē ne sinas/dormire culpa noverit: castos fides refrigerans/somni vapo rem temperet.

Exuta sensu lubrico/ te cordis alta somniēt: ne hostis invidi dolo pavor quietos suscitet.

Christū rogemꝰ et patrem/christi patrisq spiritum: unū potens per omnia/fove precantes trinitas. Amen. ℣. Vespertina oratio ascendat ad te dñe. ℟. Et descendat super nos mia tua. Sequēs hy. dr in sabbatis ad vespas a Deus omniū. usq ad aduentū quādo de dominica agitur. Hy.

O Lux beata trinitas/et principalis unitas: iā sol recedit igneus/infunde lumē cordibus.

Te mane laudū carmine/te deprecemur vespere: te nostra supplex gloria/per cuncta laudet secula.

Deo patri sit gloria/ eiusq soli filio: cū spi

ritu paraclito/et nunc & in perpetuum. Amē.
℟. Vespertina oratio ascēdat ad te domine.
Et dicit̄ añ. vt decet.

Lu. I Magnificat/ anima mea dominum.
Et exultauit spirit⁹ meus: in deo salutari meo.
Quia respexit humilitatem ancille sue: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.
Quia fecit michi magna qui potens est: et sanctum nomen eius.
Et misericordia ei⁹ a progenie in progenies timentibus eum.
Fecit potentiā in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui.
Deposuit potētes de sede: et exaltauit humiles.
Esurientes impleuit bonis: & diuites dimisit inanes.
Suscepit israel puerum suum: recordatus misericordie sue.
Sicut locutus est ad patres nr̄os: abrahā & semini eius in secula.
Gloria patri et filio.
¶ Ad cōpletoriū̄ dicto Pater nr̄. et Aue maria. Incipiat sacerdos.
Conuerte nos de⁹ salutaris noster.
Et auerte iram tuam a nobis.
Deus in adiutorium meum intende.
Dn̄e ad adiuuandum me festina. Ps. iiij.



Cum inuocarem exaudiuit me de⁹ iustitie mee in tribulatione dilatasti michi. Compl. I
Miserere mei: & exaudi orationem meam.
Filij hominum vsquequo graui corde: vt quid diligitis vanitatem et queritis mendacium.
Et scitote quoniā mirificauit dominus sanctum suum: dominus exaudiet me cum cla-

inuero ad eum.

Irascimini et nolite peccare que dicitis in cordibus vestris: et in cubilibus vestris cõpungimini.

Sacrificate sacrificiũ iusticie et sperate in dño multi dicũt/quis ostẽdit nobis bona?

Signatũ est sup nos lumen vultus tui domine: dedisti leticiam in corde meo.

A fructu frumẽti/ vini et olei sui: multiplicati sunt.

In pace in idipsum: dormiã et requiescam.

Quoniam tu domine singulariter in spe: constituisti me.

Gloria patri et filio: et spiritui sancto.

Sicut erat ĩ pricipio et nunc et semper: et in secula seculorũ amen.

Psalmus .xxx.

In te domine speraui nõ cõfundar in eternum: in iusticia tua libera me.

Inclina ad me aurẽ tuam: accelera vt eruas me.

Esto mihi in deũ protectorem et in domum refugij: vt saluum me facias.

Quoniam fortitudo mea et refugiũ meũ es tu: et propter nomẽ tuum deduces me et enutries me.

Educes me de laqueo quẽ absconderunt mihi: quoniã tu es protector meus.

In manus tuas commendo spiritum meum redemisti me domine deus veritatis.

Gloria patri et filio.

Psalmus .xc.

Qui habitat ĩ adiutorio altissimi in protectione dei commorabitur.

Dicet domino/susceptor meus es tu: et refugium meũ deus meus sperabo in eum.

Quoniã ipse liberauit me de laqueo venãtiũ: et a verbo aspero.

Scapulis suis obum-

brabit tibi: et sub pennis eius sperabis.

Scuto circūdabit te veritas ei⁹: non timebis a timore nocturno

A sagitta volāte i die a negotio perābulāte i tenebris: ab icursu et demonio meridiano.

Cadent a latere tuo mille et decem milia a dextris tuis: ad te aūt non appropinquabit.

Ueruntamen oculis tuis considerabis: et retributionē peccatorum videbis.

Quoniā tu es domine spes mea: altissimum posuisti refugiū tuum

Nō accedet ad te malum: et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.

Quoniā angelis suis mandauit de te: vt custodiāt te in omnibus vijs tuis.

In manib⁹ portabūt te: ne forte offēdas ad lapidem pedem tuum.

Super aspidē et basiliscū ambulabis: et cō culcabis leonē et draconem.

Quoniā in me sperauit liberabo eum: protegam eū quoniam cognouit nomen meum.

Clamauit ad me et ego exaudiā eum: cū ipso sum in tribulatione eripiam eum et glorificabo eum.

Longitudine dierum replebo eū: et ostendā illi salutare meum.

Psalmus. cxxxiij.

Ecce nunc benedicite dominū: omnes serui domini.

Qui statis in domo domini: in atrijs domus dei nostri.

In noctib⁹ extollite manu⁹ vras in sancta: et benedicite dominum.

Benedicat te dñs ex syon: qui fecit celū et terrā.

Gloria patri et filio: et spiritui sancto.

Sicut erat in' principio et nunc et semper: et in scl'a sclo⁊ū amen.

Am. Miserere mihi dñe et exaudi orōnem meā.

phet predic. A. Ba super vos Hosper totū aduē. et a crastī. octa. epipha. vsq ad xl et a do. i pas. vsq ad cenā do. et a crastī. sancte trinita. vsq ad aduen. nisi in fest. et in octa. btē marie et in festis reliquiarū et omnium sanctorum. Cām

Hie. 14. Tu i nobis es domine: et nomē sanctum tuum inuocatū est super nos: ne derelinquas nos dñe deus noster. Hoc cā. dicitur ad complet per totum annum: nisi a cena domini vsq ad octauas pasche. Hymnus.

Te lucis ante terminum/rerū creator poscimus: vt solita clementia/sis presul ad custodiam.

Procul recedant somnia/et noctium fantasmata; hostemq nostrū comprime/ne polluantur corpora.

Presta pater omnipotens/per iesum christū dominū: qui tecum in perpetuum/regnat cū sancto spiritu. Amen.

℣. Custodi nos domine. ℟. Ut pupillam oculi sub vmbra alarum tuarum protege nos.

Canticū Simeonis.

Nunc dimittis seruum tuum domine: secundum verbum tuum in pace.

Quia viderunt oculi mei: salutare tuum.

Quod parasti: ante faciem omniū populorū.

Lumen ad reuelationem gentium: et gloriā plebis tue israel.

Gloria patri et filio: et spiritui sancto.

Sicut erat i pricipio/et nunc et semper: et in secula seculorū. Amen

An. Ueni dñe visitare nos in pace; vt letemur corā te corde perfecto

Kyrie eleison. &c. Sequantur preces.

Hoc cāpleto. nō mutatur in aduen. nisi in festis dupli. infra aduen. continge. tunc enim mutatur hy⁹. solū mo=

do: vt sup. hy. Saluator. Et niss in concep. beate marie cum infra aduen. cele. fuerit tunc enim i fine hym. dicit. Gloria tibi domine/qui nat⁹ etc.

Com plet. 2. Ca vigil. nati. dni ad copleto. super ps. an. Uote parati similes hominibus expectantibus dominum quando reuertatur a nuptijs. ps. Cum inuocarem. cetera vt cosuet. Cap. Tu in nobis es. Hymnus.

Saluator mundi domine/qui nos saluasti hodie: in hac nocte nos protege/et salua omni tempore.

Adesto nunc propiti⁹ et parce supplicantibus: tu dele nostra crimina/tu tenebras illumina.

Ne mentem somnus opprimat/nec hostis nos surripiat: nec vllis casto (petimus) commaculetur sordibus.

Te reformator sensuum/votis precamur cordium: vt puri castis mentibus/surgamus e cubilibus.

Deo patri sit gloria/eiusque soli filio: cum spiritu paraclito/et nunc in perpetuum. Amen.

Custodi. Hic hy⁹. dr ad cople. quotidie vsque ad oct. epi. et i ipsis oct. Et in sib⁹ fest. dup. ab oct. epi vsque ad. i. dn. xl. Et in oibus fest. dup. a pente. vsque ad vig. natiui. do. dr etiam in vigi. ipse. et per ipsius hebd. scz in v. et in vi. fer. et sab. Et quotidie p oct. et in octa. assup. et nati. bte ma. et dedica. ecclie nisi de oct. sit seruitium nisi de aliquo festo ix. l. Et p oct. corpis xpi vbi sunt ca regi. cho. a. Uigilate oes et orate: nescitis enim quod tempus sit: vigilate ergo: nescitis enim quando dns veniet: sero an media nocte/an galli cantu/ an mane: ne cum venerit repente inueniat vos dormientes. ps. Nunc dimittis. Preces et cetera.

ea. que ad cōpleto. pertinent expleantur.

Com plet. 3. ¶ In die natiui. dñi ad completoriū. super psal. añ. Natus est nobis hodie saluator: qui est xp̄s dominus in ciuitate dauid. ps. Cum inuocarē. Cap. Tu in nobis. ℟ Saluator. ℣ Custodi nos. an. Alleluia: verbū caro factū est alleluia: et habitauit i nobis alleluia alleluia. ps. Nunc dimittis. Preces. etc. vt sup. Hoc completo. nō mutatur vsq ad circumcisionem an. vero sup Nunc dimittis. dicitur vsq ad vigil. epiphā.

Com plet. 4. ¶ In die circūcisionis ad cōpleto. añ. Mag no domino angelorum chori canebant dicentes salus deo nostro sedenti super thronū et agno. ps. Cū inuocarē. Cap. Tu in nobis. ℟ Saluator. ℣ Custodi. an. Alleluia verbum caro. ps. Nūc dimittis. preces. etc. que ad completo. pertinent expleant. Hoc cōpleto. nō mutatur vsq ad vigil. epip.

¶ In vigi. epi. ad com pleto. sup psa. añ. Lux de luce apparuisti christe: cui magi munera offerūt alle. alle. alle. ps. Cum inuocarē. Cap. Tu in nobis. ℟ Saluator. ℣ Custodi nos. añ. Alleluia: oēs de saba venient alleluia: aurū et thus deferentes alleluia alle. ps. Nunc dimittis. Hoc cōple. non mutatur per totā octa. Com plet. 5.

¶ In crastī. epi. ad cō pleto. añ. Miserere. ps. Cum innoca. Cap. Tu in nobis. ℟ Te lucis. ℣ Custodi nos. añ. Salua nos dñe vigilātes: custodi nos dormiētes vt vigilem⁹ cū christo et requiescam⁹ i pace. ps. Nūc dimit. Preces vt sup. etc. q̄ ad cōple. pertinent expleantur. Hoc cōple. dr a crastino oc. epip. vsq ad xl. Et a cra sti. sancte trinita. vsq ad adue. domini nisi in festis dupl. et per octa. Com plet. 6.

visitationis assumptio nis / et natiuita. beate marie: et dedicationis ecclesie: et nisi in comme moratione btē marie.

Com plet. 7. Dominica prima. xl. Ad completo. super ps an. Signatū est super nos lumen vultus tui dñe: dedisti letitiam in cor de meo ps. Cum inuocarē. Ch. Ca in nobis. Clericus. R. In pace. Chorus prosequatur. in idipsum dormiam et re quiescā. Clericus. V. Si dedero somnum o culis tuis: et palpe bris meis dormitatio nem. Chor. Dormiam et requiescam. Cleric. Gloria patri et filio: et spiritui sancto. Chor. In pace. Hymnus.

Christe qui lux es et dies/noctis te nebras detegis: lucisque lumen crederis/ lumē beatum predicans.

Precamur sancte do mine/ defende nos in hac nocte: sit nobis in te requies / quietam noctem tribue.

Ne grauis somnus ir ruat/nec hostis nos sur ripiat: nec caro illi cō sentiens/nos tibi reos statuat.

Oculi somnū capiant/ cor ad te semper vigi let: dextera tua prote gat / famulos qui te diligunt.

Defensor noster aspi ce/insidiantes reprime guberna tuos famulos quos sanguine merca tus es.

Memento nostri domi ne/in graui isto corpo re: qui es defensor ani me / adesto nobis do mine.

Deo patri sit gloria/ eiusque soli filio: cū spi ritu paraclito/et nunc et in perpetuum. Amen.

V. Custodi nos. a. Cū videris nudū operi eū et carnem tuam ne des pexeris: tunc erumpet quasi mane lumen tuū et gloria domini colli get te. ps. Nunc dimit tis. Hec predicta. an.

Co ple 8.

uer. Signatum est. ℟. In pace. & hy⁹. Christe qui lux es. dicatur quotidie ad completo. usq; ad passionē dñi. et quecunq; sit seruitiū. Añ. vero super Nunc dimittis. per quindecim dies.

Com plet. 8. Dñica tertia. xl. ad cōpleto. añ. Signatum est. ps. Cum inuocarē. Cpm. Tu in nobis. ℟. In pace. hy⁹. Christe q̄ lux. ℣. Custodi. ℣. Nūc dimittis. añ. Media vita in morte sumus quē querimus adiutorē nisi te dñe: qui pro peccatis nostris iuste irasceris. Sancte deus Sancte fortis. Sācte & misericors saluator amare morti ne tradas nos ℣. Ne proiicias nos in tēpore senectutis: cum defecerit virt⁹ nostra ne derelinquas nos domine. Sancte deus. ℣. Noli claudere aures tuas ad preces nostras Sancte fortis. ℣. Qui cognoscis occulta cordis parce peccatis nostris. Sancte & misericors. Hec añ. sup. ps. Nunc dimittis. per xv dies ps. vero nō dicuntur nisi in sabb. & in dominicis: & in festis. ix. lect. In fes. dupl. ad vtrumq; cōpleto. in superiori gradu dicātur loco nec habitu mutato

Dñica i passione ad complet. añ. Miserere. ps. Cum inuocarē. cp. Tu in nobis. clericus. ℟. In man⁹ tuas. chorus prosequatur. Domine commēdo spiritum meum. Clericus. ℣. Redemisti me dñe deus veritatis. Chorus. Cōmendo. Nō dicit. Gloria patri & filio. sed reincipiat clericus. In manus. Hymnus. Com plet. 9.

Cultor dei memēto te fontis/ & lauachri rorē subisse sanctum: te chrismate innouatum.

Hac cū vocante somno castum petis cubile frontem locūq; cordis crucis figura signet.

Cuius pellit omne crimen/fugiunt cruce tenebre: tali dicata signo mens fluctuare nescit.
Procul procul vagantum portenta somniorum: procul esto pervicaci/prestigiator astu.
O tortuose serpens qui mille per meandros: fraudesque flexuosas/agitas quieta corda.
Discede/christus hic est/christus hic est liquesce: signum quod ipse nosti damnat tuam catervam.
Corpus licet fatiscens iaceat recline paulum: christum tamen sub ipso meditatus sopore.
Gloria eterna patri/et christo vero regi: paraclitoque sancto/nunc et in perpetuum. Amen.
Versus Custodi nos. Super Nunc dimittis. a. O rex gloriose inter sanctos tuos qui semper es laudabilis et tamen ineffabilis: tu in nobis es domine: et nomen sanctum tuum invocatum est super nos: ne derelinquas nos deus noster: ut in die iudicii nos collocare digneris. Inter sanctos et electos tuos Rex benedicte. V. Rex benedicte tuos per prospera dirige servos Inter. Quod dicitur usque ad finem. an. Alius.
V. Ut tergant miseras pia per ieiunia culpas Rex benedicte. Alius.
V. Atque colant pure solennia mystica pasche. Inter sanctos et electos tuos rex benedicte. usque ad finem. an. Hoc completo. dicitur quotidie usque ad cenam domini sub predicto modo: de quo cunque fit servitium. Ecce preces in fer. non dicuntur. V. post p. Nunc dimittis.

¶ Feria. v. in cena domini ad comple. in primis inchoetur ab executore officii. an. Christus factus est. sine nota psalmus. Cum invocarem. In te domine. Ecce nunc. Nunc dimittis. a. Gloria patri et filio et spiritui sancto. Post hos dicitur tota. a. Christus factus est pro nobis o- Complet. 10.

bediens vsq ad mortē mortem autem crucis. Deinde dicat sacerdos Dominus vobiscū. Et cū spiritu tuo. Oratio.

Respice quesumus dñe super hanc familiā tuam: pro qua domin⁹ noster iesus christ⁹ nō dubitauit manib⁹ tradi nocētiū/ et crucis subire tormētū. que terminetur sic Qui tecū. Et Dominus vobiscū. Et cū spū tuo. Benedicamus dño. Deo grās.

Com plet. II. ¶ Feria vi. in die parasceues ad cple. incipiat sacer. ā. sine nota. Christus factus est. et interim stat genuflexio i choro. ā. etc. via stāt sicut i die cene: sine Dñs vo. et sine Orem⁹. et post hmōi ān. di. Pater noster. et Aue maria. et ps. Miserere. sine Gloria patri. cū prostra. Et finiat cōpleto. sacer. dicēte orōnē. Respice qs dñe. sine Dñs vo. et sine Orem⁹. et sine Qui tecū. et sine Benedicam⁹. et sic compleatur.

¶ Sabbato sctō in vigil. pasc. pulsatis cāpanis duob⁹ signis vnde et tripli. incipiat sacer. Deus i adiu. Gloria patri. etc. more solito sine Conuerte nos. ān. incipiatur i superiori gradu Alle. iii. ps. Cū inuo. In te. Ecce nunc. Nunc di. Et dicūtur hi psalmi sub vna voce nullū hymno exaltādo: quod etiā obser. quotidie vsq ad octa. pasc. ad cōple. Finitis his dicē Gloria. tota di. ā. Deinde di. Dñs vobiscum. et Orem⁹. Oratio. Com plet. II.

Spiritū nobis dñe tue charitatis infunde: vt quos sacramētis paschalib⁹ satiasti/ tua facias pietate concordes. Per dñm. eiusdem. cū Dñs vobiscū. et Benedicam⁹. sine alleluia. ab executore officii. Et sciendū est qd hec oratio di. quotidie ad cpl. vsq ad oc. pas.

¶ In die pasc. ad cōpl. Deus in adiutoriū. ān. et hi sicut in laud. ā. Re Cem plet. IIJ.

petita. an. post psal. sta
tim incipiatur a canto
re. 12. Hec dies quam fe-
cit dominus exultemus et le-
temur in ea. Hic neup-
ma. Deinde dicat sacer.
V. In resurrectione tua
christe/ Celi et terra le-
tentur alleluia. Dominus vobis-
cum. Oremus. Oro. Spi-
ritum nobis. ca. Dominus
vobiscum. et Benedica-
mus. Ant. alleluia. Hoc
eodem modo dicitur com-
pleto. per totam hebdo-
madam. usque ad sabbatum.
Com plet. 14. Dominica in oct. pasche
ad completo. Converte
nos. et Deus in adiuto.
An. Alleluia alleluia alleluia alleluia.
Ps. Cum invocarem. In
te domine speravi. Qui
habitat. Ecce nunc. Ca.
Tu in nobis. Hymnus
Iesu salvator secu-
li/ verbum patris
altissimi: lux lucis in-
visibilis/ custos tuorum
pervigil.
Tu fabricator omnium
discretor atque temporum
fessa labore corpora/
noctis quiete recrea.
Ut dum gravi in cor-
pore / brevi manemus
tempore: sic caro nostra
dormiat / ut mens in
christo vigilet.
Te deprecamur sup-
plices/ ut nos ab hoste
liberes: ne valeat se-
ducere tuo redemptos
sanguine.
Quesumus auctor om-
nium/ in hoc paschali
gaudio: ab omni mor-
tis impetu / tuum de-
fende populum.
Gloria tibi domine / qui
surrexisti a mortuis cum
patre et sancto spiritu/
in sempiterna secula.
Amen. V. Custodi nos.
A. Alleluia. Resurrexit dominus
alleluia / sicut dixit vobis
alleluia alleluia. Ps. Nunc di-
mittis. Preces et cete-
ra que ad complet. perti-
nent expleantur. Hoc com-
pleto. non cantatur usque
ad ascen. domini de quocumque
quod sit servi. nisi quando
dicitur de sancta maria
hic enim dicitur in fine. hymnus
Quesumus auctor. Ca.
V. Gloria tibi domine/ qui

natus. Ita tamen q̄ añ. super psalmos dr̄ usq; ad fest. sancte trinita.

Com plet. 15. ¶ In vigi. ascen. domi ni. ad completo. super psos ut in octa. pas. Cā. Tu in nobis es. hy⁹.

Iesu nostra redem ptio / amor ⁊ desi derium: deus creator omnium / homo in fine temporum.

Que te vicit clemen tia / ut ferres nostra crimina: crudelē mor tem patiens / ut nos a morte tolleres.

Inferni claustra pe netrans / tuos captiuos redimens: victor trium pho nobili / ad dexterā patris residens.

Ipsa te cogat pietas ut mala nostra supe res: parcendo et voti compotes / nos tuo vul tu saties.

Tu esto nostrum gau dium / qui es futurus premium: sit nostra in te gloria / per cuncta semper secula.

Gloria tibi domine / q̄ scandis supra sydera: cum patre ⁊ sancto spi ritu / in sempiterna se cula. Amen.

℣. Custodi. Añ. Alla. as cendens christus i al tum alla: captiuam du xit captiuitatē alleluia alla. ps. Nūc dimittis.

Hoc eodē modo dr̄ cō pleto. quotidie usq; ad penthe. de quocunq; sit seruitiū: nisi quādo di citur de cōmemo. beate marie: tunc enim pōit.

℣. Tu esto. dr̄. hy⁹. Gloria tibi domine / qui natus.

¶ In vigi. pētheco. ad cōpleto. añ. Alla. iiij. ut sup. in octa. pasch. Cā. Tu in nobis. hy⁹. Sal uator. ℣. Custodi nos. añ. Alleluia: spirit⁹ pa raclitus alleluia: doce bit vos omnia alleluia alleluia. ps. Nunc di mittis. Preces ⁊ cete ra que ad cōpleto. per tinent expleantur. Com plet. 16.

¶ In die pēthec. ad cō pleto. añ. Alleluia. iiij. ut sup. ps. Cum inuoca rem. Cā. Tu in nobis. Com plet. 17.

Hac die ⁊ trib⁹ dieb⁹
sequentibus pro hym.
Dicitur ista sequentia.
Alma chorus domini / nunc pangat nomina summi.
Messias/soter/emmanuel/sabaoth/adonay.
Est unigenitus/ via/ vita / manus/ homousion.
Principium primogenitus/sapientia virtus.
Alpha / caput / finisq simul vocitatur/ et est ω.
Fons/et origo boni/ paraclitus/ ac mediator.
Agnus / ovis / vitulus / serpens/ aries/ leo/vermis.
Os / verbum / splendor / sol/ gloria/lux/et imago.
Panis / flos / vitis/ mons/ianua/ petra/lapisq.
Angelus/⁊ sponsus / pastorq/propheta / sacerdos.
Athanatos / kyrios/ theos/⁊ pantoncraton
isus.
Salvificet.
Sit cui secla.
Per omnia verba. Amen.
V. Custodi nos. Reliquis vero diebus dicitur hy⁹ Salvator. An. Alleluia: spiritus paraclitus. Ps. Nunc dimittis servum tuum dne. Complet. 18.
¶ In festo sancte trinit. ad copleto. an. Miserere. Ps. Cu invocarem. Cap. Tu in nobis. hy⁹ Salvator. V. Custodi nos. an. Lucem tua dne nobis concede: ut destitutis cordium tenebris pervenire possimus ad lumen quod est christus. Ps. Nunc dimittis. Hoc completo. dr omnibus dnic. fest. ab hac die usq ad adven. dni. Et ab oct. epiph. usq ad in .j. xl. nisi in fest. ⁊ per oct. beate marie/ ⁊ in fest. reliquiarum: ⁊ omniu sanctorum. Dicetur etia in fes. ⁊ in oct. dedica. ecclesie de quocunq fit servit. si extra adven. ⁊ xl. ⁊ tepus pasch. evenit.

Et si per estatē conting vel alias quando oct. cū seq. ch. habere pote rit: dicat ut in eod. fest.

Com plet. 19. ¶ In fest. reliquiarū et omniū sanctorū ad cō ple. super ps. ān. Sanctorū precibus cuncto rū crede salutē corpo ris ac anime xpe tuis famulis. ps. Cū inuo. Cp. Tu in nobis. hy. Saluator. v. Custodi. Lucē tuā. ps. Nūc di.

Com plet. 20. ¶ In purificatione bea te marie ad completo. sup psal. ā. Uirgo ver bo concepit/virgo per mansit/virgo peperit re gem oim regū. ps. Cū inuocarē. cp. Tu in no bis. Hy. Saluator. v. Custodi nos. ān. Glori ficamus. ps. Nunc di.

Com plet. 21. ¶ In visita. et assumpt. eiusdem ad cōpletoriū super psal. ān. Sancta maria virgo intercede pro toto mūdo/qui age nuisti rege n orbis. ps Cum inuocarem. Cpm Tu in nobis. hy. Sal uator. v. Custodi nos, ān. Glorificamus. ps. Nūc dimittis seruum.

Com plet. 22. ¶ In natiuitate eiusdē ad completor. super ps. ā. Beata mater et innu pta virgo gloriosa re gina mundi: intercede pro nobis ad dñm. ps Cum inuocarem. Cpm Tu in nobis. Hymnus Saluator. v. Custodi. ān. Glorificam te dei genitrix quia ex te na tus est christus: salua omnes qui te glorifi cant. ps. Nunc dimit,

Kyrie eleison. iij. Christe eleisō. iij. Kyrie eleisō. iij. Predi cta a. videlicet. Glori ficam. dicitur in oib fest. et per octa. btē ma rie et in cō. eiusdē per totum annū nisi in ad uen. et in annūciatione et in tempore pascha.

¶ Sequuntur preces. Pater noster. Aue ma ria. Et ne nos inducas. Sed libera nos a ma. In pace in idipsum. Dormiam et requiescā. Credo in deum.

Carnis resurrectionem. Et vitam eternã. amen.

Benedicamus patrem et filium cum sancto spiritu. Laudemus et superexaltemus eum in secula.

Benedictus es domine in firmamento celi. Et laudabilis & gloriosus: et superexaltatus in secula.

Benedicat & custodiat nos omnipotens & misericors domin⁹. Amẽ.

Confiteor. Misereatur, & Absolutionẽ. tam ad primam quam ad comple. per totum annũ quãdo Confiteor. dicitur: & dicit primarium ut vir audiatur a choro. hoc modo

Sacerdos respiciẽs ad alta. Confiteor deo/ beate marie/ omnibus sanctis. vertens se ad chorum & vobis peccaui nimis cogitatione/ locutione & opere: mea culpa. respiciens ad altare. Precor sanctã mariam/ & oẽs sãctos dei.

Respiciens ad chorũ. et vos orare pro me.

Chorus respondeat ad eũ cõuersus. Misereatur. Postea primo. Ad altare cõuersus. Confiteor. Deinde ad sacerdotem conuersus ut prius sacerdos se habuit: deinde dicat sacerdos ad chorũ. Misereatur vestri omnipotens deus: & dimittat vobis omnia peccata vestra: liberet vos ab omni malo: conseruet & confirmet in bono: & ad vitam perducat eternam Amen.

Absolutionẽ & remissionem omnium peccatorum vestrorum/ spacium vere penitentie/ emendationem vite / gratiam & consolationem sancti spirit⁹: tribuat vobis omnipotens et misericors dominus. Amen.

Deus tu cõuersus vivificabis nos. Et plebs tua letabitur in te.

Ostende nobis domine

ne misericordiã tuam. Et salutare tuum da nobis.

Dignare domine nocte ista. Sine peccato nos custodire.

Miserere nostri domine: Miserere nostri.

Fiat misericordia tua domine super nos Quemadmodum speravimus in te.

Domine deus virtutum converte nos. Et ostende faciem tuam & salui erimus.

Domine exaudi orationem meã Et clamor meus ad te veniat.

Dominus vobiscum. Et cũ spũ tuo. Oremus.

He preces predicte dicuntur supradicto modo per totũ annum ad completo. tã in fest. dupl. q̃ simpl. etiam finita seq. cho. Et i fer. nisi a cena domini usq ad octa pasc. ita tamen q̃ in omnibus fer. per adven. & a Dñe ne in ira. usq ad cenam domini & a Deus omniũ. usq ad aduentum do. quando de fer. agitur: post ps. Fiat misericordia. et statim sequat. Exaudi domine vocẽ meam qua clamaui ad te. Miserere mei & exaudi me Sequatur. ps. Miserere. totus ꝓ. dicitur. cũ Gloria. et Sicut erat. sine nota. Et tũc omnia stant i prostra. ab inceptione. s. Kyrie eleison. usq post orõ. et Confiteor. & Misereatur. et Absolutionẽ. ita tamen q̃ immediate post ps. erigat se sacerdos solus sic dicens.

Exurge domine adiuva nos. Et libera nos propter nomen tuum.

Domine deus virtutum converte nos. Et ostende faciem tuam & salui erimus.

Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat.

Dominus vobiscum. Et cũ spũ tuo. Oremus.

Illumina q̃s domine deus tenebras

nostras: et totius huius noctis insidias tu a nobis repelle propitius. Per dominum. in uni. Dominus vobiscum. Benedicamus domino. Per omnia predicta cum ch. et ps.

Custodi nos. dicatur ad completo. per totum annum: nisi a cena domini usque ad octa pasche.

Omni die per annum post comple. de die et post matu. de die preterquam in dupl. fest. Et per octa. corporis christi: et visitationis/assumptionis et nati. bte marie: et dedic. ecclesie: et nominis iesu: et in die animarum: et in vigi. natiui. dni: et abhinc usque ad inceptionem histo. Domine ne in ira. et a. iiij. te. ate pas. dicitur ad incep. hist. Deus omnium. dicitur pro pace ecclesie: cum genuflexione sine nota iste psalmus. Psalmus.

Ad te leuaui oculos meos: qui habitas in celis.

Ecce sicut oculi seruorum: in manibus dominorum suorum.

Sicut oculi ancille in manibus domine sue: ita oculi nostri ad dominum deum nostrum / donec misereatur nostri.

Miserere nostri domine miserere nostri: quia multum repleti sumus despectione.

Quia multum repleta est anima nostra: opprobrium abundantibus et despectio superbis.

Gloria patri et filio: et spiritui sancto.

Sicut erat in principio et nunc et semper. Finito ps. sequitur. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie el. Pater noster. Et ne nos. Sed libe. Exurge domine adiuua nos. Et libera nos propter nomen tuum. Domine deus virtutum conuerte nos. Et ostende faciem tuam et salui erimus.

Domine exaudi. Et clamor. Dns vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oratio.

Ecclesie tue dñe p̄ces placat⁹ admitte: vt destructis aduersitatibus et erroribus vniuersis / secura tibi seruiat libertate: & pacem tuā nostris concede tēporib⁹. Per christum dominū. His dictis surgat sacer. & omnes clerici a p̄stratiōe osculantes formulas.

¶ Psalmi penitentiales. Contra iram. ps.



Omine ne i furore tuo arguas me: ne q̄ i ira tua corripias me.

Miserere mei dñe q̄m infirmus sum: sana me domine quoniā conturbata sunt ossa mea.

Et anima mea turbata est valde: sed tu domine vsquequo?

Conuertere domine & eripe animam meam: saluum me fac p̄pter misericordiam tuam.

Quoniam non est in morte qui memor sit tui: in inferno autē quis confitebitur tibi?

Laboraui in gemitu meo lauabo per singulas noctes lectū meū lachrymis meis stratum meum rigabo.

Turbatus est a furore oculus meus inueteraui inter omnes inimicos meos.

Discedite a me om̄s qui operamini iniquitatē: quoniā exaudiuit domin⁹ vocē flet⁹ mei.

Exaudiuit domin⁹ deprecationem meam: dominus orationē meam suscepit.

Erubescant & conturbentur vehemēter omnes inimici mei: conuertantur & erubescant valde velociter.

Gloria patri et filio: et spiritui sancto.

Sicut erat in principio / & nunc & semper: & in secula seculoꝝ. Amē.

¶ Contra superbiā. ps.

Beati quorum remisse sunt iniquitates: et quorum tecta sunt peccata.

Beatus vir cui non imputauit dominus peccatum: nec est in spiritu eius dolus.

Quoniam tacui inueterauerunt ossa mea: dum clamarem tota die.

Quoniam die ac nocte grauata est super me manus tua: conuersus sum in erumna mea dum configitur spina.

Delictum meum cognitum tibi feci: et iniusticiam meam non abscondi.

Dixi confitebor aduersum me iniusticiam meam domino: et tu remisisti impietatem peccati mei.

Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore oportuno.

Uerumtamen in diluuio aquarum multarum ad eum non approximabunt.

Tu es refugium meum a tribulatione que circumdedit me: exultacio mea erue me a circumdantibus me.

Intellectum tibi dabo et instruam te in via hac qua gradieris: firmabo super te oculos meos.

Nolite fieri sicut equus et mulus: quibus non est intellectus.

In chamo et freno maxillas eorum constringe: qui non approximant ad te.

Multa flagella peccatoris: sperantem autem in domino misericordia circundabit.

Letamini in domino et exultate iusti: et gloriamini omnes recti corde.

Gloria patri et filio: et spiritui sancto.

Sicut erat in principio et nunc et semper: et in secula seculorum. Amen

¶ Contra gulam. Psalmus.

Domine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me.

Quoniam sagitte tue infixe sunt mihi: & confirmasti super me manum tuam.

Non est sanitas in carne mea a facie ire tue: non est pax ossib⁹ meis a facie peccatorum meorum.

Quoniam iniquitates mee supergresse sunt caput meum: & sicut onus graue grauate sunt super me.

Putruerunt et corrupte sũt cicatrices mee: a facie insipientie mee.

Miser factus sum et curuatus sum vsq; in finem: tota die contristatus ingrediebar.

Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus: et non est sanitas in carne mea.

Afflictus sum & humiliatus sum nimis: rugiebam a gemitu cordis mei.

Domine ante te omne desiderium meum & gemitus meus a te nõ est absconditus.

Cor meum conturbatum est dereliquit me virtus mea: et lumen oculorum meorum et ipsum non est mecum.

Amici mei & proximi mei: aduersum me appropinquauerũt & steterunt.

Et qui iuxta me erant de longe steterunt: et vim faciebant qui querebant animam meã.

Et qui inquirebant mala mihi locuti sunt vanitates: & dolos tota die meditabantur.

Ego autem tanq̃ surdus non audiebam: et sicut mutus non aperiens os suum.

Et factus sum sicut homo non audiens: et non habens in ore suo redargutiones.

Quoniam in te domine speraui: tu exaudies me domine deus meus.

Quia dixi nequando supergaudeant michi inimici mei: & dum cõmouentur pedes mei

super me magna locu-ti sunt.

Quoniam ego in fla-gella paratus sum: et dolor meus in conspe-ctu meo semper.

Quoniã iniquitatem meã annũciabo/ꝛ cogi-tabo pro peccato meo.

Inimici autem mei viuunt et confirmati sunt super me: ꝛ multi-plicati sunt qui ode-runt me inique.

Qui retribuunt ma-la pro bonis detrahe-bant michi: quoniã se-quebar bonitatem.

Ne derelinquas me domine deus meus: ne discesseris a me.

Intende in adiuto-rium meum: domine deus salutis mee.

Gloria patri et filio: et spiritui sancto.

Sicut erat in princi-pio/ꝛ nunc ꝛ semper.

¶ Contra luxuriã. ps. Miserere mei de⁹. f. 25

¶ Contra auaritiã. ps

Domine exaudi o-rationem meam: et clamor meus ad te veniat.

Non auertas faciem tuam a me: in quacũq; die tribulor iclina ad me aurem tuam.

In quacunq; die in-uocauero: te velociter exaudi me.

Quia defecerunt si-cut fumus dies mei: ꝛ ossa mea sicut cremiũ aruerunt.

Percussus sum vt fe-num ꝛ aruit cor meum quia oblitus sum come-dere panem meum.

A voce gemitus mei: adhesit os meum car-ni mee.

Similis factus sum pellicano solitudinis: factus sum sicut nicti-corax in domicilio.

Vigilaui/ꝛ factus sũ sicut passer/solitarius in tecto.

Tota die exprobra-bant mihi inimici mei et qui laudabãt me ad-uersum me iurabant.

Quia cinerẽ tanq̃ pa-nem manducabam: et

potum meum cum fle-
tu miscebam.
A facie ire indigna-
tionis tue: quia eleuās
allisisti me.
Dies mei sicut vmbra
declinauerunt: et ego si-
cut fenum arui.
Tu autem domine in
eternum permanes: et
memoriale tuum i ge-
neratione et gñationē.
Tu exurgens domine
misereberis syon: quia
tempus miserendi ei9/
quia venit tempus.
Quoniam placuerunt
seruis tuis lapides ei9
et terre eius misere-
buntur.
Et timebunt gentes
nomen tuum domine:
et omnes reges terre
gloriam tuam.
Quia edificauit domi-
nus syon: et videbitur
in gloria sua.
Respexit in orationē
humilium: et non spre-
uit precem eorum.
Scribantur hec in ge-
neratione altera: et po-
pulus qui creabitur lau-
dabit dominum.
Quia prospexit de ex-
celso sancto suo: dñs
de celo i terrā aspexit
Ut audiret gemit9 cō-
peditorū: vt solueret
filios interemptorum.
Ut annuncient in syon
nomen domini: et laudē
eius in hierusalem.
In conueniēdo popu-
los in vnum: et reges
vt seruiant domino.
Respondit ei in via
virtutis sue: paucitatē
dierum meorum nun-
cia mihi.
Ne reuoces me in di-
midio dierum meorū:
in generatione et gene-
rationem anni tui.
Initio tu domine ter-
ram fundasti: et opera
manuum tuarum sunt
celi.
Ipsi peribunt tu autē
permanes: et omnes
sicut vestimentum ve-
terascent.
Et sicut opertorium
mutabis eos et muta-
buntur: tu autem idem
ipse es / et anni tui

non deficient.
Filii servorum tuorum habitabunt: et semen eorum in seculum dirigetur.
Gloria patri et filio: et spiritui sancto.
Sicut erat i principio/ et nunc et semper: et in secula seculorum. Amen
¶Contra inuidiam. ps.
De pfis. require sup.
¶Contra accidiam. ps.
Domine exaudi orationem meam/ auribus percipe obsecrationem meam: in veritate tua exaudi me in tua iustitia.
Et non intres in iudicium cum seruo tuo: quia nõ iustificabitur in cõspectu tuo ois viuens.
Quia persecutus est inimicus animã meã humiliauit in terra vitam meam.
Collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi: et anxiatus est super me spiritus meus in me turbatum est cor meum.
Memor fui dierũ antiquorum meditatus sum in omnibus operibus tuis: et in factis manuum tuarum meditabar.
Expandi man⁹ meas ad te: anima mea sicut terra sine aqua tibi.
Velociter exaudi me domine: defecit spiritus meus.
Non auertas faciem tuam a me: et similis ero descendentibus in lacum.
Auditã fac mihi mane misericordiã tuam: quia in te speraui.
Notam fac michi viã in qua ambulem: quia ad te leuaui animam meam.
Eripe me de inimicis meis domine ad te confugi doce me facere voluntatem tuam / quia deus meus es tu.
Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: propter nomen tuum domine viuificabis me in equitate tua

Et duces de tribulatione animam meam: et in misericordia tua dispedes omnes inimicos meos.
Et perdes omnes qui tribulant animam meam: quoniam ego servus tuus sum.
Gloria patri et filio: et spiritui sancto.
Sicut erat in principio/et nunc et semper: et in secula seculorum. Amen
An. Ne reminiscaris domine delicta nostra vel parentum nostrorum/neque vindictam sumas de peccatis nostris. Non dr vl teri9 quando dr i choro.
Parce domine parce populo tuo quem redemisti precioso sanguine tuo ne in eternum irascaris nobis: et ne des hereditatem tuam in perditionem ne in eternum obliviscaris nobis.
¶ Notandum quod omni feriali die per totam. xl. dicitur letania sicut in secunda fer. usque ad ordinem mari: Propitius esto. usque ad finem. Et quicquid sacer. dicit de letania. cho. idem repetat plene et integre usque ad prolationem Ut pacem nobis dones. Tunc respondeat chorus. Te rogamus audi nos. tantum: et sic de singulis usque ad Fili dei. Te rogamus audi nos. Tunc respondeat chorus idem: et sic de singulis usque ad Kyrie eleison.
¶ Feria secunda. Letania
Kyrie eleison.
Christe eleison.
Christe audi nos.
Pater de celis deus: Miserere nobis.
Fili redemptor mundi deus: Miserere nobis.
Spiritus sancte deus: Miserere nobis.
Sancta trinitas unus deus: Miserere nobis.
Sancta maria ora
Sancta dei genitrix ora
Sancta virgo virginum. Ora pro nobis.
Sancte michael ora
Sancte gabriel ora
Sancte raphael ora

Omnes sancti angeli & archangeli dei. Orate pro nobis.
Omnes sancti beatorum spirituum ordines. Orate pro nobis.
Sancte ioannes baptista. Ora pro nobis.
Omnes sancti patriarche & prophete. Orate pro nobis.
Sancte petre ora
Sancte paule ora
Sancte andrea ora
Sancte ioannes ora
Sancte iacobe ora
Sancte thoma ora
Sancte philippe ora
Sancte iacobe ora
Sancte mathee ora
Sctē bartholomee ora
Sancte simon ora
Sancte thadee ora
Sancte mathia ora
Sancte barnaba ora
Sancte marce ora
Sancte luca ora
Omnes sancti apostoli & euangeliste. Orate pro nobis.
Omnes sancti discipuli dñi et innocentes. Orate pro nobis.

Vnicuique dicitur i singulis letaniis.
Feria secunda i quadragesima.
Sancte stephane ora
Sancte line ora
Sancte clete ora
Sancte clemens ora
Sancte fabiane ora
Sācte sebastiane ora
Sancte cosma ora
Sancte damiane ora
Sancte prime ora
Sancte feliciane ora
Sancte dionysi cū sociis tuis. Ora pro nobis
Sancte victor cū sociis tuis. Ora pro nobis
Oēs sancti martyres. Orate pro nobis.
Sancte siluester ora
Sancte leo ora
Sctē hieronyme ora
Sācte augustine ora
Sancte isidore ora
Sancte iuliane ora
Sancte gildarde ora
Sancte medarde ora
Sancte albine ora
Sancte eusebi ora
Sācte swithune ora
Sancte birine ora
Oēs sancti cōfessores

Orate pro nobis.
O\=es sancti monarchi ꝑ eremite. Orate ꝑ no.
Sancta maria magdalena. Ora pro nobis.
Sc\=ta maria egyptiaca. Ora pro nobis.
Sc\=ta margareta ora
Sct\=a scholastica ora
Sc\=ta petronilla ora
Sancta genoueffa ora
Sancta praxedis ora
Sancta soteris ora
Sancta prisca ora
Sancta tecla ora
Sancta afra ora
Sancta editha ora
O\=es sancte virgines
Orate pro nobis.
Omnes sancti. Orate pro nobis.
Propitius esto. Parce nobis domine.
Ab omni malo.
Libera nos domine.
Ab insidijs diaboli.
Libera nos domine.
A d\=anatione ppetua.
Libera nos domine.
Ab imminentib⁹ peccatoꝝ nostroꝝ periculis. Libera nos domine
Ab infestationib⁹ demonum. Libera nos domine.
A sp\=u fornicationis.
Libera nos domine.
Ab appetitu inanis glorie. Libera nos domine.
Ab omni immunditia mentis et corporis.
Libera nos domine.
Ab ira ꝗ odio ꝗ omni mala voluntate.
Libera nos domine.
Ab immundis cogitationib⁹. Libera nos domine.
A cecitate cordis.
Libera nos domine.
A fulgure ꝗ t\=epestate
Libera nos domine.
A subitanea ꝗ improuisa morte. Libera nos domine.
Per mysterium s\=acte incarnationis tue.
Libera nos domine.
Per natiuitat\=e tuam
Libera nos domine.
Per sanctam incarnationem tuam. Libera nos domine.
Per baptismum tu\=u.
Libera nos domine.

Per ieiunium tuum. Libera nos domine.
Per crucem et passionem tuam. Libera nos domine.
Per preciosam mortem tuam. Libera nos domine.
Per gloriosam resurrectionem tuam. Libera nos domine.
Per admirabilem ascensionem tuam. Libera nos domine.
Per gratiã sancti spiritus paraclyti. Libera nos domine.
In hora mortis. Succurre nobis domine.
In die iudicii. Libera nos domine.
Peccatores. Te rogamus audi nos.
Ut pacẽ nobis dones. Te rogamus audi nos.
Ut misericordia et pietas tua nos custodiat. Te rogamus audi nos.
Ut ecclesiã tuã regere et defẽsare digneris. Te rogamus audi nos.
Ut domnũ apostolicum et omnes gradus ecclesie in sancta religione conseruare digneris. Te rogamus audi nos.
Ut episcopos et abbates nostros i sãcta religione conseruare digneris. Te rogamus.
Ut regi nostro et principibus nostris pacẽ et veram cõcordiam atque victoriã donare digneris. Te rogamus audi.
Ut cõgregationes omnium sanctorum in tuo seruitio conseruare digneris. Te rogamus.
Ut cunctum populum christianũ precioso sãguine tuo redemptum conseruare digneris. Te rogamus audi nos.
Ut omnibus benefactoribus nostris sempiterna bona retribuas. Te rogamus audi nos.
Ut animas nostras et parentũ nostrorum ab eterna damnatione eripias. Te rogamus au.
Ut fructus terre dare et conseruare digneris. Te rogamus audi nos.
Ut oculos misericor-

die tue super nos redu
cere digneris. Te rog.
Ut obsequiū seruitu-
tis nostre rationabile
facias. Te rogamus.
Ut mentes nostras ad
celestia desideria eri-
gas. Te rogamus au.
Ut miserias pauperū
& captiuorū intueri et
releuare digneris. Te
rogamus audi nos.
Ut omnibꝰ fidelibus
defunctis requiē eter
nam dones. Te roga-
mus audi nos.
Ut nos exaudire di-
gneris. Te rogamus
audi nos.
Fili dei. Te rogamus
audi nos.
Agnus dei/qui tollis
peccata mundi. Exau-
di nos domine.
Agnus dei/qui tollis
peccata mundi: Parce
nobis domine.
Agnus dei qui tollis
peccata mundi. Mise-
rere nobis.
Kyrie eleison. Chri-
ste eleison. Kyrie e-
leison. Pater noster.

Et ne nos inducas in
tentationem. Sed libe
ra nos a malo.
Ostende nobis domi-
ne miam tuam. Et salu
tare tuum da nobis.
Et veniat super nos
misericordia tua dñe.
Salutare tuum secun-
dum eloquium tuum.
Peccauimus cum pa-
tribus nostris. Iniuste
egimus iniquitatē fe-
cimus.
Domine non secundū
peccata nostra facias
nobis. Neq; secundum
iniquitates nostras re
tribuas nobis.
Oremus pro omni gra
du ecclesie. Sacerdotes
tui induantur iustitiā/
& sancti tui exultent.
Pro fratribus & soro-
ribus nostris. Saluos
fac seruos tuos et an-
cillas tuas/ deus meꝰ
sperantes in te.
Pro cūcto populo chri
stiano. Saluum fac po
pulum tuum domine &
benedic hereditati tue
& rege eos & extolle il-

los usq in eternum.
Domine fiat pax in virtute tua. Et abundantia in turribus tuis.
Anime famulorum famularumque tuarum.
Requiescant in pace. Amen.
Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat
Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus.
Deus cui proprium est misereri semper: et parcere suscipe deprecationem nostram: ut quos delictorum cathena constringit miseratio tue pietatis absoluat. Per christum dominum nostrum. Oremus.
Omnipotens sempiterne deus qui facis mirabilia magna solus pretende super famulos tuos pontifices et super cunctas congregationes illis commissas spiritum gratie salutaris: et ut in veritate tibi complaceant / perpetuum eis rorem tue benedictionis infunde. Oratio
Hic osculetur sacerdos corporalia in dextera parte: et summitatem calicis / et postea diaconum dicens. **Pax tibi et ecclesie dei.** Responsio. **Et cum spiritu tuo.** Diaconus a dextris sacerdo. ab eo pacem recipiat: et sub diacono porrigat. Deinde ad gradum chori ipse diaconus pacem portet rectoribus chori: et ipsi pacem cho. portent vterque sue parti incipiens a maioribus. In festis vero et fer. quando chorus non regitur pax a diacono choro apportatur per duos extremos de secunda forma: cetera sicut prius. Post pacem datam dicat sacerdos orationem sequentem priuatim antequam se communicet: tenendo hostiam duabus manibus.

Deus pater fons et origo totius bonitatis / qui ductus misericordia vnigenitum tuum pro nobis ad infima mundi descendere et carnem sumere voluisti: quem ego indignus hic in manibus meis teneo. Hic inclinet se sacerdos ad hostiam dicens. Te adoro / te glorifico / te tota mentis ac cordis intentione laudo: et precor vt nos famulos tuos non deseras: sed peccata nostra dimittas: quatenus tibi soli viuo ac vero deo puro corde et casto corpore seruire valeamus. Per eundem Christum dominum nostrum. Amen.

Domine Iesu christe fili dei viui qui ex voluntate patris cooperante spiritu sancto per mortem tuam mundum viuificasti / libera me queso per hoc sacrosanctum corpus et hunc sanguinem tuum a

cunctis iniquitatibus meis / et ab universis malis : et fac me tuis semp obedire mādatis ꝙ a te nunquā perpetuū separari permittas Salvator mūdi. Qui cū deo patre ꝙ [illegible] sancto vivis et regnas deus. Per oia secla seculorum.

Corporis ꝙ sanguinis tui dñe Jesu christe sacramentum quod (licet indignus) accipio/nō sit mihi iudicio ꝙ condēnationi: sed tua proficit pietate corporis mei et aīe saluti Amē. Ad corpꝰ di. cū humilitate āñ accipiat

Ave ī eternū sanctissima caro christi mihi ante oia ꝙ sup oia summa dulcedo. Corpꝰ dñi nostri iesu xpi/sit mihi peccatori via ꝙ vita. In nomine ✠ patris ꝙ filii ꝙ spiritussancti. Amen

Hic sumat corpus cruce prius facta cū ipso corpore ante os. Deinde ad sanguinē cū magna devotione dicat.

Ave in eternum celestis potus: mihi ante omnia et super omnia summa dulcedo. Corpꝰ et sanguis domini nostri Jesu christi prosit michi peccatori ad remedium sempiternum in vitā eternā. Amen. In nomine ✠ patris. ec. Hic sumat sanguinē: quo sūpto iclinet se sacerdos ꝙ dicat orōnē

Gratias tibi ago dñe sancte pater omnipotēs eterne deꝰ qui me refecisti de sacratissimo corpore ꝙ sāguine filii tui domini nostri Jesu christi ꝙ precor ut hoc sacramentū salutis nostre quod sūpsi indignus peccator: non veniat mihi ad iudiciū neq ad condēnationē pro meritis meis sed ad profectū corporis mei ꝙ aīe salutē in vitam eternā. Amen.

Qua dicta eat sacerd. ad dextrum cornu altaris cū calice inter manus digitis adhuc con

emanauit. Judas post
hec osculum ori dedit.
Christi: ad quod (inquit
dominus) amice veni-
sti/ nunquid tradis oscu
lo quem iam vendidi-
sti: assistentes protin⁹
irruunt ministri. Nec
insomnis itaque tota du
cebatur/ nulla prorsus
requies Jesu prestaba
tur: iudeorum impia
plebs inuehitur/ ala-
pis et colaphis inno-
cens mactatur. Dum ie-
sum eripere pilatus co-
natur/ iudeorum furia
magis inflammatur et
plebis vox intonat vt
crucifigatur. Traditur
militib⁹/ vinculis ar-
tatur vndique verberib⁹
corpus cruentatur/ ca-
put regis glorie spinis
coronatur/ postque flexis
genib⁹ quisquis irrita-
tur. Ecce caro tenera
pii saluatoris/ ad colū-
nā nequiter coartatur
loris: ac flagellis cedi
tur impiis tortoris/ que
emanauit riuuli cũbei
cruoris. Postque vi-
bis medium iesus pro
cedebat/ et crucis pati-
bulum humeris ferre-
bat: ad fores et ostia
popul⁹ fluebat/ eiusque
confusio oib⁹ patebat.
Ad pudoris cumulum ie-
su denudatis/ ventoque
cū frigore nud⁹ spolia
tis/ innocēs cū impiis
in cruce dānatis/ et qua
si dux sceleris medio lo
catis. Tandem ligno bra
chiis man⁹ conclauan-
tur/ corpus mēbra sin-
gula clauis tractaban
tur/ neruis vene simili
modo laniantur pedum
plante etiā ferro cōcla-
uantur. Fundunt riuos san
guinis mēbra saluato-
ris: appetet hic anima
tristis peccatoris: hau
riat vt quippiā sacrati
liquoris quo frequentes
lauat balnea doloris.
Loquens iesus postea
sitio dicebat: et acetum
protinus felle quis mi
scebat: ac infusū spon-
gia ori porrigebat:
quod degustans paulu-
lum sumere nolebat.

Et iesu mirifice quid est quod agebas? tu desiti conquerēs de cruce flebas: nunquid hanc dolozibus magis sentiebas? sed salutem potius nostram sitiebas. Vocem promens vltimam patrem inuocasti spiritumque manib⁹ ei⁹ commendasti: et clamore valido tandem expirasti: et salutē omnium ita consummasti. Mihi ego superbio/ tu humiliaris: ego culpas perpetro / tu penas grauaris: ego pomū mordeo tu felle potaris: ego peto mollia/ tu dure tractaris. Demū cuius valeat mens vel lingua fari/ quantum virgo creditur intus cruciari: dū conternit mortui latus vulnerari: atque nati viscera lancea rimari? Corpus cuius mortuum iam nil sentiebat: sed militis lancea pectus conscindebat/ quam stram in latere filij videbat/ vnde aqua sanguine mixta effluebat. Ad hunc ergo propera fontem redemptoris: vt fluctus quippiam haurias dulcoris: atque vite lauachrum precij cruoris/ quo tui curatio pſinat languoris. Tractus.

Iudica me deus et discerne causam meā de gente non sancta: ab homine iniquo et doloso eripe me.

Quia tu es deus fortitudo mea quare me repulisti: et quare tristis incedo/ dum affligit me inimicus.

Testes enī iniqui insurrexerunt aduersum me: prolōgauerunt iniquitates sibi.

Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores: prolōgauerūt iniquitatem suam.

Ipsi vero considerauerunt et inspexerunt/ me diuiserunt sibi vestimenta mea: et super vestem meā miserunt sortem.

Foderunt man⁹ meas & pedes meos/ & dinumerauerũt omnia ossa mea: et dolorem super dolorem vulneribus meis addiderunt.

¶ Secundũ Joannem

h. In illo tẽpore. Pre
9.B sciens iesus q̃ iã omnia consummata erant de ipso: vt cõsummaretur scriptura/ dixit. Sitio. Uas ergo positum erat aceto plenũ Illi autẽ spongiã plenam aceto hyssopo circumponentes obtulerunt ori eius. Et cum accepisset Jesus acetum: dixit. Consummatũ est. Et inclinato capite tradidit spiritum Judei ergo quoniã parasceue erat: vt nõ remanerent in cruce corpora sabbato (erat enĩ magnus dies ille sabbati) rogauerunt pilatum vt frangerentur eorũ crura: & tollerentur. Uenerunt ergo milites/ & primi quidem fregerunt crura: & alterius qui crucifixus est cum eo. Ad iesum autẽ cum venissent vt viderunt eum iam mortuũ non fregerunt ei⁹ crura. Sed vnus militum lancea latus eius aperuit: & continuo exiuit sanguis & aqua. Et qui vidit testimonium perhibuit: & verum est testimonium eius. Offer. Insurrexerũt in me testes iniqui absq₃ misericordia quesierũt me interficere/ & nõ pepercerunt in faciem meam spuere: et lanceis suis vulnerauerunt me: et concussa sũt omnia ossa mea. Secreta.

Domine iesu christe qui pro mundi redemptione crucis lignum ascendisti/ vt vniuersus mũdus qui in tenebris erat illuminaretur: illã/ quesum⁹ lucẽ in animas nostras & corpora infunde/ per quam ad eternã lucem peruenire mereamur. Qui cum patre & spiritu

tu secu͂ viuis et regnas
Prefatio. Qui salu.
Communio. Foderunt
manus meas et pedes
meos: et dinumerauerunt
omnia ossa mea.
Postcommunio.

Domine Jesu christe qui hora diei
sexta pro redemptione
mundi crucis patibulum ascendisti: et sanguinem tuum preciosum
in remissionem peccatorum nostrorum fudisti: te humiliter deprecamur
ut per tue passionis et vulnerum
tuorum merita / post
obitum nostrum paradisi
ianuam gaudenter
mereamur introire.
Qui cum deo patre et
spiritu sancto viuis et
regnas deus. Per omnia
secula seculorum.
Amen.

¶ Missa quotidiana de
beata Maria. Ad
missam. Officium.



Salve sancta parens
enixa puerpera regem
qui celum terramque regit in secula
seculorum. In tempore paschali Alleluia. Ps
Benedicta tu in mulieribus: et benedictus fructus
ventris tui. Oratio

Concede nos famulos tuos quesumus
domine deus perpetua mentis et corporis
salute gaudere: et gloriosa beate Marie
semper virginis intercessione a presenti liberari
tristicia: et eterna perfrui leticia. Per dominum.

¶ Lectio libri sapientie

Ab initio et ante secula creata sum
et vsque ad futurum seculum non desinam: et
in habitatione sancta coram ipso ministraui
Et sic in Sion firmata
sum: et in ciuitate san-

ctificata similiter re-quieui/ et in hierusalē potestas mea. Et radicaui in populo honorificato: et in partes dei mei hereditas illius. Et in plenitudine sanctorum detentio mea. Graduale Benedicta et venerabilis es virgo maria; que sine tactu pudoris inuenta es mater saluatoris. Vers. Virgo dei genitrix quē totus nō capit orbis in tua se clausit viscera factus homo. Sciendū est q̄ si in tēpore pasc. fiat de fest. annūcia. b. marie in capella erit primū Alleluia. Vers. Per te dei genitrix. et secundū Alleluia. V. Aue Maria. Item inuētionis assumptionis btē Marie/ ḋ intra infra octa. et in octa. die. Alla. Vers. Hodie virgo maria. In choro et i capella. ḋc. Alleluia. V. Assumpta est Maria. in choro et i capella Item i natiuitate Marie/ dominica infra octa. et i octa. die Alleluia. V. Natiuitas gloriose. in choro et in capella. et per octauas Alleluia. V. Per te dei genitrix. in choro et in capella. Sciendum est q̄ a purificatione vsq̄ ad septuagesimā et a Deus omnium. vsq̄ ad aduentū dñi quādo fit plenū seruitiū de sancta Maria quacunq̄ feria contigerit sēper dicitur sequēs Alleluia. V. Salue virgo mater dei templū sancti spiritus: que sola vocari digne meruisti regina celorū et domina. nisi in tēpore pasc. tūc enī semper erit primū Alleluia. V. Per te virgo genitrix nobis est vita perdita data que de celo suscepisti prolem et mundo genuisti saluatorē. V. secūdū. Alla. quādo fit plenū seruitium de resurrectione sicut i alio fes. cū regi. cho. vz sequēs ad placitū. In capella aūt semp̄

Alleluia. ℣. Per te dei genitrix. secunda vero Alleluia. diversimode ℣. per totam hebd. vide- licet die dominica. Alle- luia. ℣. Obtine sacris precibus pia dei geni- trix veniam delictorum tuis supplicibus.

¶ Feria. ii. Alleluia. ℣. Post partum virgo in violata permansisti: dei ge- nitrix intercede pro nobis.

¶ Feria iii. Alleluia. ℣. Ora pro nobis pia virgo maria / unde christus natus est: pro no- bis peccatoribus ora.

¶ Feria iiii. Alleluia. ℣. Virtutes celi te ve- nerantur virgo maria / tuum unigenitum con templantes ad dexteram dei patris in potestate et maiestate magna.

¶ Feria. v. Alleluia. ℣. Veni electa mea et ponam te in thronum meum: quia concupi- uit rex speciem tuam.

¶ Feria. vi. Alleluia. Plus. Salve virgo.

¶ Sabba. Alleluia. ℣. Virga iesse floruit / virgo deum et hominem genuit: pacem deus red- didit / in se reconcilians ima summis. Ista. vi. Alleluia. dicuntur in capella beate marie a purifica. usque ad lxx. et a pascha usque ad adue. do. nisi extra tempus pasche in loco illius. Alleluia. ℣. Post par- tum. dicitur Alleluia. ℣. Per te dei genitrix. vel supra exceptis pre nominatis. Similiter in tempore paschali quan do celebratur missa de sancta maria sine nota vel post missam sit me moria: tunc erit primum. Alleluia. ℣. Per te dei genitrix. et secundum. Al- leluia. ℣. Post partum. In hebdoma. pasche e- tiam dicitur Graduale Be nedicta et venerabilis es. ad missam quotidia- nam de sancta Maria usque ad sabbatum / et non in ipso sabbato. Se quentia vero per totum annum ad placitum. Sequentia.

Post partū virgo Maria. Dei genitrix fecunda: gratia to nantis plena. Aue terrarum domina: alma celorum regina. Tibi ethera omnisqȝ sanctorum turma depromat symphonia. Tell⁹ flumina atqȝ siluarum nemora resultāt voce sua Salue parens inclyta felix puerpera. Per te lux veritas mundo est edita. Tu Jesū paruulū lactasti sacra extās virgo feta/mater intacta Unde nostris eia faue votis domina: christū interpellans pro salute humana. Per te mater aboleri filiorū flagitam⁹ crimina. Nosqȝ omnes introduci ad sempiterna paradisi gaudia. Quo perēnis vite perfruamur gloria.

℄ Sequentia.

Aue Maria gratia plena. Domin⁹ tecum virgo serena. Benedicta tu in mulieribusque peperisti pacē hominibus/ et angelis gloriā. Et benedictus fructus ventris tui/ qui coheredes vt essemus sui nos fecit p gratiā. Per hoc autē aue/ mūdo tam suaue / contra carnis iura. Genuisti prolem / nouum stella solem/noua genitura. Tu parui et magni leonis et agni saluatoris christi templū extitisti sed virgo intacta. Tu floris et roris/panis et pastoris virginum regina/rosa sine spina genitrix es facta. Tu ciuitas regis iustitie. Tu mater es misericordie Theophilū reformans gratie. De lacu fecis et miserie. Ergo maris stella/verbi dei cella/ et solis aurora Paradisi porta / per quam lux est orta: natum tuū ora Nos vt lauet a peccatis: et in regno claritatis (quo lux lucet sedula) Collocet per secula Amen.

Sequentia.

Letabundus exultet fidelis chorus alleluia. Regē regum intacte profudit thorus res miranda. Angelus consilij nat⁹ est de virgine sol de stella. Sol occasum nesciens/ stella sēper rutilans/semper clara. Sicut syd⁹ radium profert virgo filium pari forma. Neq; syd⁹ radio/ neq; mater filio fit corrupta.
Cedrus alta libani/cō formatur hyssopo valle nostra. Verbum ens altissimi corporari passum est carne sumpta. Esaias cecinit / synagoga meminit nunquā tamen desinit esse ceca. Si non suis vatib⁹ credat vel gentilibus/ sibillinis versibus hec predicta. Infelix propera. Crede vel vetera Cur damnaberis gens misera? Quem docet litera. Natum considera. Ipsum genuit puerpera.

Alia sequentia.

Hac clara die turma festiua dat preconia. Mariam concrepando symphonia nectarea. Mundo dāaque es sola castissima virginū regina. Salutis causa/ vite porta / atq; celi referta gratia. Nā ad illā sic nūcia olim facta āgelica. Aue maria gratia dei plena per secula. Mulierum pia agmina intra semper bndicta. Virgo ꝙ grauida/ mater intacta prole gloriosa. Cui contra maria hec reddit famina. In me quomodo tua iam fient nuncia. Viri noui nullā certe copulā. Ex quo atq; nata sū incorrupta. Diue cuius ita reddit effata. Flata sacro plena fies maria. Noua afferens gaudia celo terre nati per exordia. Intra tui vteri claustra portans qui gubernat eterna. Omnia qui dat tempora pacifica.

Alia sequentia.

Aue mundi spes
maria/aue mitis
aue pia/aue plena gra-
tia. Aue virgo singula-
ris: que per rubum de
signaris nõ passum in
cendia. Aue rosa specio-
sa/aue iesse virgula.
Cuius fructus nostri
luct⁹ relaxauit vincu-
la. Aue cui⁹ viscera cõ-
tra carnis federa/edi-
derunt filiũ. Aue carẽs
simili mundo diu fle-
bili reparasti gaudiũ.
Aue virginum lucerna
per quam fulsit lux su
perna his quos vmbra
tenuit. Aue virgo de
qua nasci: et de cuius
pasci/rex celorũ voluit.
Aue gemma celi lumi-
narium. Aue sancti spi-
ritus sacrariũ. O quã
mirabilis et quam lau
dabilis hec est virgini
tas. In qua per spiritũ
facta paraclitum ful-
sit fecunditas. O quam
sancta quã serena quã
benigna quam amena
esse virgo creditur.
Per quã seruitus fini-
tur/porta celi aperitur
et libertas redditur. O
castitatis lilium/tuũ pre
care filiũ qui salus est
humilium. Ne nos pro
nostro vitio/in flebili
iudicio subiiciat sup-
plicio. Sed nos tua sã
cta prece mundans a
peccati fece. Collocet
in lucis domo. Amẽ di-
cat omnis homo.

Alia sequentia.

Hodierne lux diei/
celebris i matris
dei agitur in memoria
Decantemus ĩ hac die
semper virginis Ma-
rie laudes et preconia.
Omnis homo omni ho
ra ipsam ora: et implo
ra ei⁹ patrocinia. Psal
le psalle nisu toto cor-
dis oris voce voto/aue
plena gratia. Aue domi
na celorum/inexperta
viri thorum/parens pa
tris nescia. Fecundata
sine viro/genuisti mo-
re miro genitorẽ filia.
Florens virga austra
flãte porta clausa post
et ante / via viris in-

uia. Facta celiroze tel lus/tusū gedeonis vel lus deitatis pluuia. Salue splendoz firmamenti/i caliginosa mē te desup irradia. Placa mare maris stella/ ne inuoluat nos procella/ꝫ tēpestas obuia.

¶ Secundum Lucam.

Cap. 11.D In illo tēpoze. Loquēte iesu ad turbas: extollens vocem quedam mulier de turba/dixit illi. Beat⁹ venter qui te poztauit ꝫ vbera que suxisti. At ille dixit. Quinimmo beati q̄ audiunt verbū dei et custodiunt illud.

¶ Aliud īpe pascali.

¶ Secundū Joannem

Cap. 19.C In illo tēpoze Stabat antē iuxta crucem iesu mater eius ꝫ sozoz matris eius maria cleophe: et maria magdalene. Cū vidisset ergo iesus matrē ꝫ discipulū stantē quē dili gebat dixit matri sue. Mulier/ecce filius tu⁹ Deinde dixit discipul o Ecce mater tua. Et ex illa hoza accepit eā discipul⁹ in suā. ¶ Tractus. Felix nāq̄ es sacra virgo maria ꝫ omni laude dignissima: quia ex te oztus est sol iustitie christus deus noster/ alleluia. Et dicatur cū alleluia. quandocunq̄ dicitur nisi a lxx. vsq̄ ad pasch. et nisi in vigilia assumptionis tantum. Secreta.

Tua domine ppiciatione ꝫ beate Marie sēper virginis intercessione/ad perpetuam atq̄ presentē hec oblatio nobis pficiat prosperitatē ꝫ pacem. Per dominū nostrū iesum christū filiū. Qui tecum viuit ꝫ regnat. Prefatio Et te i veneratio. Cōmunio. Beata viscera marie virginis que poztauerūt eterni patris filiū. In tēpoze pascali. Communio. Vera fides geniti purgauit crimina mūdi: ꝫ tibi virginitas inuio-

lata manet/alleluia a[illegible] in hierusa lem/ leluia. [illegible]

Sumptis dñe salutis nostre subsidijs: da quesum⁹ ei⁹ patrocinijs nos vbiq; protegi in cuius veneratione hec tue obtulimus maiestati. Per dominum nostrũ Jesum christum filiũ tuũ Qui tecũ viuit et regnat in vnitate spiritussancti deus. Per omnia secula seculorum. Amen.



¶ Missa pro defunctis

Requiem eternam dona eis domine: et lux perpetua luceat eis. Ps. Te decet hymn⁹ deus in sion: et tibi reddetur

exaudi de⁹ orationem meã: ad te omnis caro veniet. Notãq; ad quãlibet missam que pro corpore presenti celebratur cuiuscunq; fuerit nisi fuerit p rege/vel regina vel alio magno dñs quinq; dicuntur orationes. Prima oratio. Omnipotens sempiterne deus miam tuã supplices deprecamur vt animã famuli tui. ec. ij. or. Deus q inter ap. iij. or. De⁹ venie largitor. iiij. or. Oñs et misericors de⁹ vnica sa. v. or. Fideliũ. Intra triginta. quinq; dñe. or. j. Deus cui p[illegible] minor: et cetere orationes vt ṽ. p corpore presenti. Item in. xiiij. die oẽs orationes dñe. vt infra triginta. In oib⁹ anniuersarijs quinq; dicuntur oratio. De⁹ indulgẽ. cetere vt supra pro corpore presenti. Si missa p corpore presenti vel anniuersa. cũ

iuscūq; fuerit ista tri-
ginta. celebret: prima
oratio pro corpore pre-
senti vel anniver. vel. iii.
pro triginta. Oratio.
Deus cui propriū est miseri-
iii. Deus qui inter
apostol. iii. Deus venie lar-
gitor. Fidelium. Quā-
docunq; corpus est pre-
sens & in anniver. epi-
scoporū et decanorum
ecclesie postq̄ executor
officii i inceptione mis-
se altare thu. diaco. cū
thur. accedat: & corpus
illud in feretro vel in
tumba incenset: simili-
ter ante euāgeliū deī
tract. canitur incēsato
prius altari: et tertia
postq̄ sacerdos sacrifi-
ciū ante lotionem loco
suo disposuerit thur. idē
diaco. thur. sicut prius.
non circumeundo corp9
in feretro vel tūba: sed
ex vtraq; parte vtraq;
vice incipiendo a capi-
te semper cum thurisi-
ca. Nunquam autē thu-
rificatur corpus ad
Placebo. et Dirige.

secundū vsum. Saris-
buriēsem. sed ad missam
semper: nisi fuerit cor-
pus regis / episcopi /
comitis / vel baronis.
Quotidie ante diē se-
pulture p corpore pre-
senti cuiuscunq; fuerit
dicitur ista orō. Oratio
Deus cui propriū
est misereri sem-
per et parcere: te sup-
plices deprecamur pro
anima famuli tui quā
hodie de hoc seculo mi-
grare iussisti: vt nō tra-
das eā in manus inimi-
ci nec obliuiscaris in
finē: sed iubeas illā ab
angelis sanctis suscipi
atq; ad regionē viuorū
perduci: & quia i te spe-
rauit & credidit / sancto-
rum tuorum mereatur
societate letari. Per.
Pro corpore presēti &
in anniver. & trigin. epi-
scoporū: & in die ante
marū tantū. ¶ Episto-
la. Ad Thessalom.
Fratres. Nolum9 I. 4.
vos ignorare de
dormientibus vt non

cōtristemini: sicut & ce
teri qui spē non habēt
Si enim credimus q
Jesus mortuus est et
resurrexit: ita & deus
eos qui dormierūt per
iesum adducet cum eo
Hoc eni vobis dicim9
in verbo dñi: quia nos
qui vivim9 qui residui
sumus/in adventu do=
mini non preveniemus
eos qui dormierunt.
Quoniā ipse dñs i ius
su/et i voce archāgeli
& in tuba dei descēdet
de celo: et mortui qui
in christo sunt resur=
gēt primi. Deinde nos
qui vivimus qui relin
quimur/simul rapie=
mur cū illis i nubibus
obviam christo in aera
& sic semper cum domi
no erimus. Itaq; con=
solamini invicem: in
verbis istis. In anniv.
ver. & triginta aliorum
quorumlibet. Macha.
2.12 In dieb9 illis Vir
B. a fortissim9. Judas
collatione facta duo=
decim milia dragmas
argenti misit hierroso=
lymam/offerri ea ibi
pro peccatis mortuo=
rum: iuste et religiose
de resurrectione cogi=
tans. Nisi eni eos qui
ceciderant resurrectu=
ros speraret: superfluū
videretur & vanū ora=
re pro mortuis. Et quia
considerabat quod hi
qui cū pietate dormi=
tionē acceperant: opti=
mam haberent reposi=
tā gratiā. Sancta er=
go & salubris est cogi=
tati pro defūctis exo=
rare: ut a peccatis sol=
vātur. ¶ Predue sequē.
epistole legātur per to=
tum annum ad missam
quotidia. pro defūctis
alternis vicibus per
hebdoma. ¶ Lectio li
bri Apocalypsis beati
Joannis apostoli.
In dieb9 illis Audi Cap.
vi vocē de celo di 14.C
cētē mihi. Scribe. Beati
mortui q i dño moriun
tur. A modo iā dicit spi
rit9 ut requiescāt a la
borib9 suis. Opera enī

filiorum sequuntur illos.

¶ Ad Corinthios.

1. 15. C. Fratres. Christus resurrexit a mortuis primitie dormientium: quoniam quidem per hominem mors: et per hominem resurrectio mortuorum. Et sicut in adam omnes moriuntur: ita et in Christo omnes vivificabuntur. Unusquisque autem in suo ordine.

¶ In omnibus missis pro defunctis episcopis semper dicitur hoc grad. Si ambulem in medio umbre mortis non timebo mala quoniam tu mecum es domine. V. Virga tua et baculus tuus ipsa me consolata sunt. Et idem gradale semper incipiatur et suusversus percantetur a tribus clericis de secunda forma habitu non mutato/ad caput defuncti si adest sin autem/ad gradum chori In omnibus aliis missis pro defunctis dicitur grad. Requiem eternam dona eis domine / et lux perpetua luceat eis V. Anime eorum in bonis demorentur: et semen eorum hereditet terram ita quod idem gradale incipiatur et suusversus percantetur a. iii. clericis de secunda forma habitu non mutato/quando docunque corpus adest ad caput defuncti tantum sin autem/ad gradum chori/et in die aiarum in pulpito. Alias illud idem gradale. Requiem eternam. V. Anime eorum. quotiescunque cantatur in anniver. et triginta et in missis fes. pro defunctis: post eius inceptionem a toto cho. interim sedente absque neuma in fine percantetur Quandocunque corpus adest: et in omnibus missis pro defunctis dicatur tract. Sicut cervus. ibidem ubi grad. a quatuor clericis de superiori gradu habitu non mutato nequaquam ut in aliis tractibus alternatim sedentibus/sed

interim continue stan-tibus ad caput corpo-ris quando presens fue-rit. vel episcopi defun-cti stadeum stante / ad gradum cho. quibus sinierint ipsum tractum ita quod omnes illi qua-tuor clerici simul pri-mum. ℣. incipiant: quem duo ex parte cho. prin-cipalis prosequantur. Sequens. ℣. ab alijs duobus ex altera par-te cantetur et sic alter-nis vicib⁹ singulis. ℣. tot⁹ trac. ab illis qua-tuor dicatur choro si-mul interi sedete: ita q̄ dū ve oēs simul ipsum tractū terminēt. Tr.

S Icut ceruus desi-derat ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te deus ℣. Sitiuit anima mea ad deum fontem viuū quando veniam et ap-parebo ante faciē dei mei. ℣. Fuerūt mihi la-chryme mee panes die ac nocte: dū dicit mihi p singulos dies vbi est deus tu⁹. In anniuer. et trigin. et in omnibus alijs missis pro defun ctis dicitur sequēs tr. a toto choro alternatī simul interim sedente cū cantu in gradali su-per hoc notato / nisi in die animarū tātū: tūc eni dicitur cū eodē cā-tu quo in dominica. lxx a quatuor clericis de superiori gradu habi-tu nō mutato adgradū cho. supra dicto modo scilicet quo tractus. Sicut ceru⁹ desiderat.

Tractus.

D E profundis cla-maui ad te domi ne: domine exaudi vo-cem meam. ℣. Fiant aures tue intendentes in orationem serui tui ℣lus. Si iniquitates obseruaueris domine: domine quis sustinebit ℣. Quia apud te propi tiatio est: et propter le-gem tuam sustinui te domine. Pro corpore presenti: et in omnibus anniuersa. et trigint.

episcoporum et in die animarum/similiter in dominicam secunda feria quando dicitur missa ferialiter in capitulo vel alibi: dicitur hoc euangelium.

¶ Secundum Joannem.

Cap. xi. C In illo tempore. Dixit martha ad iesum. Domine si fuisses hic: frater meus non fuisset mortuus. Sed et nunc scio quia quecunque poposceris a deo: dabit tibi deus. Dicit illi Jesus. Resurget frater tuus. Dicit ei martha. Scio quia resurget in resurrectione: in nouissimo die. Dicit ei Jesus. Ego sum resurrectio et vita. Qui credit in me/etiam si mortuus fuerit viuet: et omnis qui viuit et credit in me non morietur in eternum. Credis hoc? Ait illi. Utique domine. Ego credidi quia tu es christus filius dei: qui in hunc mundum venisti. Off. Domine Jesu christe rex glorie/libera animas omnium fidelium defunctorum de manu inferni et de profundo lacu: libera eas de ore leonis ne absorbeat eas tartarus ne cadant in obscura tenebrarum loca: sed signifer sanctus michael representet eas in lucem sanctam. Quam olim abrahe promisisti et semini eius.

¶ Nota quod sacerdos in omnibus anniuersariis et trigintali. Post ablutionem manuum incipiat sacerdos iunctis manibus in medio altaris hoc modo. Hostias et preces tibi domine offerimus. Chorus. Tu suscipe pro animabus illis quarum hodie memoriam agimus: fac eas domine de morte transire ad vitam. Sacerdos. In spiritu humilitatis. more solito deinde dicat similiter. Orate fratres et sorores pro fidelibus defunctis. Et chorus respondeat cantando. Requiem eternam dona eis

dñe: et lux perpetua luceat eis. Quã olim abrahe promisisti et semini eius. In oib⁹ vero aliis missis pro defunctis ferialiter dñe: nec quã vltimo ante pasc. cõpletur officiũ mortuorũ: nec in die aiarũ s₃. Sequens offertoriũ dicitur. O pie deus. s₃ i die aiarũ tm̃. Offertoriũ.

O pie de⁹ qui primũ hominẽ ad eternã gloriã reuocasti: pastor bone qui ouẽ perditã proprio humero ad ouile reportasti: iuste iudex dñe venturis iudicare libera de morte aias eorũ quos redemisti / ne tradas bestiis aias confitentes tibi / ne derelinquas eas in finem. Ante diẽ sepulture. Secreta.

Suscipe quesum⁹ dñe misericors pater oblationẽ quam tibi offerimus pro anima famuli tui N. quã hodie de carnali corruptione liberasti: et concede vt ab omnib⁹ humane conditionis excessibus his remediis expietur / et i requie sempiterna diem resurrectionis prestoletur. Per dñm nostrũ Iesũ.

In omnibus missis pro tempore presenti et in omnib⁹ anniuer. et triginta. et in die animarũ: et quando vltimo fit seruit. mortuorum ante pascha s₃ hec. Cõio.

Pro quorum memoria corpus christi sumitur dona eis dñe requiẽ sempiternã. V. Et lux perpetua luceat eis. Pro quorũ memoria sãguis christi sumit' dona eis dñe requiẽ sẽpiternã.

In oib⁹ aliis missis pro defunctis d₃ hec Cõio. Lux eterna luceat eis dñe cũ sanctis tuis in eternum quia pius es. Ante diem sepulture. Postcommunio.

Presta quesumus omnipotẽs de⁹ vt animam famuli tui ab angelis lucis susceptã in preparata habitacula deduci facias beatorũ

Per dominū nostrum.

¶ Nota q̄ in anniuers. simplicibus cuiuscūq̄ canant. vel cuiuscunq̄ alterius dicantur oratiōes q̄ i anniuer. e cōtrā. Ep'la. Vir fortissimus iudas. Graduale. Requiē eternā. ℣ Anime eorū. a toto choro sī. Tract'. De profundis. similiter a toto choro contectus. Euangelium vero prout supra inferiis prenotatur.

¶ Nota etiā q̄ qn̄ bi missa mortuo. ferialiter/grad. per cantorem inchoetur: a toto choro interi sedēte cū suo ℣. absq̄ neuma preterea similiter a tractus De profundis [illegible] breuiato. Et sciēdū est q̄ hec missa que familiter i capitulo sī pro fidelib' defunctis generaliter habet dici: etiā ante pascha qn̄ cōpletur officiū mortuorū ac etiā i die animarū.

¶ In die sepulture cuiuscunq̄ corpus sit dicitur. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus/misericordiā tuā suppliciter deprecamur: vt animā famuli tui cuius corpori debitū sepulture officiū persoluimus: in sinu abrahe patriarche tui iubeas collocari: vt cum dies agnitionis tue aduenerit/inter sanctos ⁊ electos tuos eā resuscitari precipias. Per dominū. Secreta

Suscipe dn̄e pro anima famuli tui hostiam quā te deo patri obtulisti pro nobis benigne: et quia causa hominū descendisti de celis/te redeunte sanctorum tuorum mereatur adiungi consortiis. Per te saluator mūdi. Qui viuis ⁊ regnas.

¶ Postcommunio.

Presta quesumus domine vt animā famuli tui cui hodie officia hūanitatis exhibemus: his sacrificiis expiata/saluationis tue p

petuo munere gratule tur. Per dominum no.

¶ In die trigintal'. Or.

Deus cui propriū est misereri semper & parcere/ propitiare anime famuli tui/ & omnia ei⁹ peccata dimitte vt mortis vinculis absolutus/ transire mereatur ad vitam. Per dominū. Secreta.

Intuere q̄s om̄ps eterne de⁹: & placatus suscipere digna re hoc sacrificiū quod tibi offerimus pro anima famuli tui & concede illi pacē perpetuā et requiē sempiternā. Per domi. Postcōio.

Prosit quesumus domine anime famuli tui diuini celebratio sacramenti: vt ei⁹ in quo sperauit & credidit/ eternum capiat te miserante consortium. Per dominum.

¶ In anniuersariis. or.

Deus indulgētiarum domine/ da anime famuli tui cui⁹ anniuersarium depositionis diem cōmemoramus refrigerij sedē quietis beatitudinem luminis claritatem. Per dominū. Secreta.

Propitiare domine supplicationib⁹ nostris pro anima famuli tui cui⁹ hodie annua dies agitur: pro qua tibi offerimus sacrificium laudis vt eā sanctorum tuorum cōsortio sociare digneris. Per dominum nostrum. Postcōmunio.

Presta q̄s dn̄e vt anima famuli tui cuius anniuersariū depositionis diem recolimus: his purgata sacrificiis indulgētiam pariter & requiem capiat sempiternā. Per dominum nostrum.

¶ Pro episcopis. Or.

Deus qui inter apostolicos sacerdotes famulos tuos pontificali seu sacerdotali fecisti dignitate vigere: presta q̄s/ vt quo-

rum dierũ ad horã ge-
rebant in terris/eorũ
perpetuo consortio le
tentur in celis. Per do
minum nostrũ. Secr.

Offerimus tibi do
mine oblationem
seruitutis pro anima-
bus famulorũ tuorum
pontificũ supplicãtes
vt cum presulib⁹ apo-
stolice dignitatis quo
rum sunt executi offi-
cium/habere merean-
tur sempiterne beati-
tudinis portionẽ. Per
dominũ no. Postcõio.

Proficiat dñe q̃su
mus animab⁹ fa
mulorũ tuorũ pontifi-
cum diuini celebratio
mysterii: vt quos i ter
ris positos hui⁹ mune
ris dispensatores esse
fecisti/inter electos ã-
tistites eos iubeas cõ
numerari. Per dñm.

Pro fratribus ⁊ so
roribus. Oratio.

Deus venie largi
tor ⁊ humane sa
lutis auctor q̃s clemẽ
tiam tuã; vt nostrarũ
cõgregationũ fratres
⁊ sorores qui ex hoc se
culo trãsierũt/interce-
dente beata maria sẽ-
per virgine/⁊ btõ mi
chaele archangelo cũ
oib⁹ sãctis: ad ppetue
beatitudinis cõsortiũ
puenire cõcedas. Per
dominũ no. Secreta.

Deus cui⁹ mie nõ
est numerus su-
scipe propici⁹ preces
humilitatis nostre: et
aiab⁹ fratrũ et sororũ
nostrarũ congregatio
nũ quibus tui nois de
disti confessionẽ/p hec
sacramẽta salutis nre
cunctorũ remissionem
tribue pctõrũ. Per do
minum no. Postcõio.

Presta q̃s omnipo
tẽs ⁊ misericors
deus: vt anime fratrũ
⁊ sororum nostrarũ cõ
gregationũ pro quib⁹
hoc sacrificium laudis
tue obtulim⁹ maiesta
ti: per huius sacramẽ-
ti virtutem a peccatis
omnib⁹ expiate/ lucis
perpetue te miserante

recipiat beatitudinē. Per dominum nostrū.

Pro benefactori bus. Oratio.

Omnipotens et misericors deus vnica salus mortaliū/te supplices exoram⁹ p animabus famulorum famularū q tuarū: parētum & benefactorū nostrorū: & interueniēte btā dei genitrice maria cū omnibus sāctis tuis: peccatorū eis largiri digneris indulgētiā: & in nouissimo die btē resurrectionis letitiā. Per eūd. Secreta.

Sanctifica q̄s dñe hec fidelium omniū vitalia sacramēta & presta vt per ea interueniente beata dei genitrice maria cū omnibus sanctis tuis/anie famulorū famularū q tuarū parentū & benefactorum nostrorū: ab omnibus vitiis expiate pabulo vite reficiātur eterne. Per eundē dominum. Postcōis.

Viuificet nos que sumus dñe salutare quo pasti sum⁹ sacramētū: & interueniente beata dei genitrice maria cū omnib⁹ sanctis tuis cōcede: vt hoc ipsum proficiat aiab⁹ famulorū famularū q tuarum/parentū & benefactorum nostrorū: ad promerendā propitiationis tue gratiā/& percipiendā future resurrectionis gloriam sēpiternā. Per eūd. dñ.

Pro omnibus nocibus defunctis. Oro.

Fideliū deus omnium conditor & redēptor/animab⁹ omnium fideliū defunctorum remissionē cūctorum tribue peccatorū: vt indulgentiā quam semp optauerūt: piis supplicationib⁹ consequant. Qui. Secreta.

Hostias q̄s dñe quas tibi pro animabus oim fideliū defunctorum offerimus propitiatus intēde: vt

quibus fidei christia-
ne meritum cōtulisti/
dones et premiū. Per
dominum. Postcōis.

Animabus quesumus do
mine omnium fide
lium defunctorum ora-
tio proficiat supplicā-
tium: vt eas et a pecca
tis omnibus exuas/ et
tue redemptionis fa-
cias esse participes.
Qui cum deo patre vi
uis et regnas. in vnita
te spiritus sancti deus.
Comus a,xi. Offm.



Mihi autē nimis honorati sunt
amici tui deus: nimis
confortatus est princi
patus eorum. In tēpo
re paschali Alleluia.
Ps. Domine probasti
me/ et cognouisti me: tu
cognouisti sessionem
meam et resurrectio-
nem meam. Oratio.

Exaudi domine po
pulum tuum cū
sancti apostoli tui N.
patrocinio supplican-
tē: vt tuo semper auxi-
lio munitus/ secura ti-
bi possit deuotione ser
uire. Per dominum no
strum. Ad Ephesios.

Fratres. Iam nō Ca. 2.
estis hospites et
aduene: sed estis ciues
sanctorum et domesti-
ci dei. Superedificati
super fundamētū apo
stolorum et propheta-
rum: ipso summo angu
lari lapide christo Ie-
su. In quo omnis edifi
catio constructa: cres-
cit in templum sanctū
in domino. In quo et
vos coedificamini in
tabernaculum dei: in
spū sācto. Gr. Nimis
honorati sūt amici tui
deus: nimis conforta-
tus est principatus eo
rum. V. Dinumerabo
eos et super arenā mul
tiplicabuntur. Sequentia.

Clare sanctorum se-
natus apostolorum

princeps orbis terrarum/rectorq; regnorum. Ecclesiarum mores et vitam moderare. Que per doctrinam tuā fideles sunt vbiq;. Antiochus et remus concedunt tibi petre regni solium. Tyrannidem tu paule alexandrinā inuasisti greciam. Ethiopes horridos matthee agnelli vellere. Qui maculas nesciat aliquas vestisti candido. Thoma/Bartholomee Joānes/Philippe/Simō/ Jacobiq; pariles. Andrea / Thadee / dei bellatores inclyti. En vos oriens & occidēs. Immo teres mūdi circulus. Se patres habere gaudent: & expectāt iudices. Et idcirco omnis mundus laudes vobis & honorem sanctis debitum supplex impendit.

¶ Introitus. Tractus. Beatus vir qui timet dominum: in mandatis ei⁹ cupit nimis. ℣. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. ℣. Gloria & diuitie in domo eius: et iustitia eius manet in seculum seculi.

¶ Secūdū Joannem.

In illo tpe. Dixit Jesus discipulis suis. Hec mādo vobis vt diligatis inuicem. Si mundus vos odit: scitote quia me priorē vobis odio habuit. Si de mūdo fuissetis: mūdus quod suum erat diligeret. Quia vero de mundo nō estis/sed ego elegi vos de mūdo: ppterea odit vos mūdus. Memētote sermonis mei quem ego dixi vobis: non est seru⁹ maior domino suo. Si me persecuti sunt: et vos persequentur. Si sermonem meum seruauerunt: & vestrū seruabunt. Sed hec omnia facient vobis propter nomē meum: quia nesciunt eum qui me Cap. 15. C

sit me. Si non venissem et locut⁹ fuissem eis: peccatū nō haberent. Nūc autem excusationē nō habent de peccato suo. Qui me odit: et patrem meum odit. Si opera nō fecissem in eis que nemo alius fecit: peccatū nō haberent. Nūc autem et viderunt et oderunt: et me et patrem meū. Sed vt adimpleatur sermo qui in lege eorum scriptus est: quia odio habuerūt me gratis. Offert. In oēm terram exiuit sonus eorū et: in fines orbis terre verba eorū. In tpe paschali Alleluia. Secr.

Beati apostoli tui .N. domine solennia recensentes/quesumus: vt ei⁹ auxilio tua beneficia capiam⁹ / pro quo tibi hostias laudis offerimus. Per dominum no. Prefatio. Et te dne. Cōio. Vos q̄ secuti estis me sedebitis super sedes: iudicantes duodecim tribus israel dicit dñs. In tempore paschali. Alla alla. Postcōio.

Tuere nos miseri cors de⁹/per hec sancta que sumpsim⁹: et vti apostoli tui .N. cui⁹ natalicia celebramus/semper guberna presidijs. Per dominū nostrū Jesum christū.

¶ In natali vni⁹ martyris. Officium.



Etabitur iustus in dño / et sperabit in eo: et laudabuntur omnes recti corde. In tēpore paschali. Alleluia alleluia. ps. Exaudi deus orationem meam cum deprecor: a timore inimici eripe animā meam.

Oratio.

Adesto dñe supplicationibus nris et intercessione beati .N. martyris tui ppe-

tuam nobis misericordiam benignus impende. Per dominum nostrum Jesum christum.
Lectio libri sapientie.
Eccl. 14. c. & 15. Beatus vir qui in sapientia morabitur: & qui i iustitia meditabitur/ & in sensu cogitabit circunspectionem dei. Cibabit illum pane vite & intellectus & aqua sapientie salutaris potabit illum. Et firmabitur in illo & non flectetur: & continebit illum & non confundetur: & exaltabit illum apud proximos suos. Et nomine eterno hereditabit illum: Dominus deus noster. Graduale. Posuisti domine super caput eius coronam de lapide precioso. V. Desiderium anime eius tribuisti ei: et voluntate labiorum eius non fraudasti eum. Alleluia. V. Posuisti domine super caput eius coronam de lapide precioso.
Sequentia.

Organicis canamus modulis nunc M. solennia. Omnigenis domino vocibus reddentes odas debitas. Qui in suis sanctis mirabilis nimis multiplici virtutum flore eosdem decorat ac mirifice adornat. Nam & in ipsis quasi in quibusdam musicis instrumentis digito proprio fides agitat/ fides virtutum sonoras: has numerose percurrens singulas. Permiscet singulis diatessaron mellifluam melodiam. Quam generat virtutum illa. Que aliis decenter composita reddit suavem symphoniam qua sine cuncta. Fiunt dissona. Necnon frivola. Qua cum omnia. Fiunt consona. Necnon commoda. Qualisti bene. Psallentes rite. Petentes excelsa poli sydera. Alacres decantant noua cantica i cythara theicia. Quorum agentes festa consortia mereamur in

celesti patria. Tract⁹.

Desiderium anime eius tribuisti ei: et voluntate labiorum eius non fraudasti eum. ℣. Quoniam preuenisti eum in benedictione dulcedinis. ℣. Posuisti super caput eius coronam de lapide precioso. ℭ Scd'm Joan̄.

Cap. 12. d. In illo tēpore. Dixit Jesus discipulis suis. Amen amē dico vobis: nisi granum frumenti cadēs in terra mortuum fuerit/ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit: multum fructū affert. Qui amat animā suam perdet eam. Et q̄ odit animam suā in hoc mundo: in vitā eternam custodit eam. Si q̄s mihi ministrat: me sequatur. Et vbi sū ego: illic et minister meus erit. Si quis mihi ministrauerit/honorificabit eū pater me⁹ qui est i celis. Offer. In virtute tua domine letabitur iustus: et super salutare tuum exultabit vehementer: desiderium anime eius tribuisti ei. In tpe pasch. Alleluia al'a. Secreta

Presentia munera domine quesum⁹ serena pietate intuere vt sancti spiritus perfundantur benedictione: quatenus illam validius in nostris cordibus dilectionem infundant/per quā sanctus N. martyr tuus omnia corporis tormenta vicit. Per dominū no. Cōio. Qui vult venire post me abneget semetipsū et tollat crucem suam et sequatur me. Postcommunio.

Quos refecisti domine celesti mysterio/ab omnib⁹ quesumus propitiat⁹ absolue delictis: vt intercedente beato N. martyre tuo/diuino munere purificatis mētib⁹ perfruamur. Per dominum nostrū. Amen.

¶ Missa plurimorum martyrum. Ad missam Officium.


Intret in conspectu tuo domine gemitus compeditorum: redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: vindica sanguinem sanctorum tuorum qui effusus est. Ps. Deus venerunt gentes in hereditatem tuam: polluerunt templum sanctum tuum posuerunt hierusalem in pomorum custodiam. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus/da nobis sanctorum martyrum tuorum N. et N. ita digne merita venerari: quatenus ab instantibus liberemur periculis / et digni efficiamur gaudiis sempiternis. Per dominum. ¶ Ad Hebreos.

Cap. ii. Sancti per fidem vicerunt regna/operati sunt iusticiam/adepti sunt repromissiones. Obturauerunt ora leonum extinxerunt impetum ignis. Effugarunt aciem gladii/conualuerunt de infirmitate: fortes facti sunt in bello. Castra verterunt exterorum: acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos. Alii vero distenti sunt non suscipientes redemptionem: vt meliorem inuenirent resurrectionem. Alii vero ludibria et verbera experti: insuper et vincula et carceres. Lapidati sunt/secti sunt/temptati sunt / in occisione gladii mortui sunt. Circuierunt in melotis: et in pellibus caprinis. Egentes / angustiati/afflicti: quibus dignus non erat mundus. In solitudinibus errantes et in montibus et speluncis: et in cauernis terre. Et hi omnes testimonio fidei probati inuenti sunt. In christo Iesu domino nostro.

Gr. Gloriosus de' in sanctis: mirabilis in maiestate faciẽs prodigia. V'. Dextera tua domine glorificata est in virtute: dextera manus tua confregit inimicum. Alleluia. V'. Sancti tui domine benedicent te: gloria regni tui dicent alleluia. Sequentia.

Ecce pulchra canorum resonet voce all'a. Intimans requiẽ ciuibus inclytã. Celica nimium angelorũ rutilant agmina. Sancte sancte sancte christo ouanter proclamãtia. Sublimi in cathedra apostolorum sede fulgida: vt lãpada tribus et linguas iudicãtia. Oia vt stercora reputarunt tumida: propres hoc emicãt velut stella firmamẽti clara. Stolis cãdidis martyrũ colla. Hi sunt milites qui mũdi praeliauerunt bella. Coronis albis coronãtur scti. Qui confitentes credidẽrũt iuste vel fide sectantes. Respuerũt vana. Modo habent celestia regna. In quibus triũphant dicentes optima. Sius decantant psallẽtes carmina. Ac te laudiflua. Voce dulcissona. Regi xpõ submittẽtes colla. Multa recitantis i laude sptũ tuũ. Atq iubilantis in choro virginum. All'a. Dulcimoda. Te decantant pudicũ agmina. Laustibi sit xpe semp p oia. Qui opitulatis cantantes talia. Ecce pulchra. All'a. Et nostri sit procla nem' vna. Da nobis eterna regna floridã. Vbi cãtem' oẽs all'a. ¶ Scdm Lucam.

In illo tpe. Eleuatis Jesus oculis in discipulos dicebat. Beati pauperes: quia vestrum est regnum dei. Beati qui nũc esuritis: quia saturabimini. Beati qui nunc fletis: qr ridebitis. Bea- Cap. 6. D

ut eritis cum vos oderint homines: et cum separauerint vos: et exprobrauerint et eiecerint nomen vestrum tanquam malum / propter filium hois. Gaudete in illa die et exultate: ecce enim merces vestra multa est i celo. Offe. Mirabilis deus in sanctis suis: deus Israel ipse dabit virtutem et fortitudinem plebi sue benedictus deus alleluia. Secreta.

Suscipe quesumus domine munera populi tui pro festiuitate sanctorum martyrum tuorum N et N et syncero corde nos fac eorum natalicijs interesse. Per dominum nostrum Jesum christum. Cõio. Gaudete iusti in domino alleluia: rectos decet collaudatio alleluia. Postcommunio.

Sacramentorum tuorum domine participatione letantes suppliciter exoramus: vt quorum merita celebrare conuenimus / eorum nos facias imitari constantiam. Per dominum nostrum Jesum.

De quocunq confessore. Ad missam. Offm.



Os iusti meditabitur sapientiam: et lingua eius loquetur iudicium: lex dei eius in corde ipsius. ps. Noli emulari in malignantibus: neque zelaueris facientes iniquitatem. Gloria patri et filio: et spiritui sancto. Oro.

Adesto domine supplicationibus nostris quas in sancti N confessoris tui solennitate deferimus: vt qui nostre iustitie fiduciam non habemus / eius qui tibi placuit meritis et precibus adiuuemur. Per dominum nostrum Jesum christum filium tuum.

Cui tecum viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus. Per omnia secula seculorum. Epistola.

Lectio libri sapientie.

Cap. 10. B Iustum deduxit dominus per vias rectas: et ostendit illi regnum dei/ et dedit illi scientiam sanctorum. Honestauit illum in laboribus: et compleuit labores illius. In fraude circumuenientium illi affuit: et honestum fecit illum. Custodiuit illum ab inimicis: et a seductoribus tutauit illum. Et certamen forte dedit illi: vt vinceret/ et sciret quoniam omnium potentior est sapientia. Hec venditum iustum non dereliquit: sed a peccatoribus liberauit eum. Descenditque cum illo in foueam: et in vinculis non dereliquit illum donec afferret illi sceptrum regni/ et potentiam aduersus eos qui eum deprimebant. Et mendaces ostendit qui maculauerunt illum: et dedit illi claritatem eternam/ Dominus deus noster. Gr. Os iusti meditabitur sapientiam: et lingua eius loquetur iudicium. V. Lex dei eius in corde ipsius: et non supplantabuntur gressus eius. Alleluia. V. Posui adiutorium super potentem: et exaltaui electum de plebe mea. Sequentia

Adest nobis dies alma: et magno gaudio plena. In qua sancta deo grata congaudet ecclesia. Hodie celestis letatur turma que gloriam cantat in excelsis voce dulcissona cum symphonia. Hodie polorum sancta agmina collaudant regem deum nostrum natum ex virgine sancta maria. Aue inclyte presul christi M. flos pulcherrime. Tu vestigia christi secutus es fide deuota. Eterni regis adeptus es regna. Iam gratus

laris in domo superna
possides sedes almas
Te postulamus et po-
scimus vna. Adiuuent
tua sacra suffragia fra
gilem vitam nostrã. O
beate. O scte M. Laus
tibi in gloria, O bea-
te. O sancte M. pro no
bis supplica. Ut vna
mereamur sancta ce-
lorũ templa. Possidé-
re leti cernẽtes alma
gaudia que sũt plena.
Sit deo laus honor et
iubilatio casta. Qui re
gnat per omnia secu-
lorũ secula. Amen di-
cant omnia. Tractus.
Desideriũ anime
eius tribuisti ei:
& voluntate labiorum
eius non fraudasti eũ.
V. Quoniam preuenisti
eum in benedictio-
nibus dulcedinis. V.
Posuisti super caput
eius coronam de lapi
de precioso.
¶ Secundum Marcũ.
Cap. 13. In illo tẽpore. Di
xit Jesus discipu-
lis suis. Uidete vigila
te & orate. Nescitis e-
nim quando temp⁹ sit.
Sicut homo qui pere-
gre profectus reliquit
domum suam: & dedit
seruis suis potestatem
cuiusq operis/ & ianit-
tori precepit vt vigilet.
Uigilate ergo. Nescit-
tis enim quando domi
nus domus veniat: se-
ro an media nocte/ an
gallicantu/ an mane.
Ne cum venerit repẽ
te: inueniat vos dor-
mientes. Quod autem
vobis dico: omnibus
dico/ vigilate. Offert.
Desiderium anime ei⁹
tribuisti ei: & volunta-
te labiorum eius non
fraudasti eum: posui-
sti in capite eius coro-
nam de lapide precio
so. In tempore pascha
li Alleluia. Secreta.
Suscipe dñe sacri
ficium placatio-
nis & laudis/ qđ nos
interueniẽte beato N.
confessore tuo perdu-
cat ad veniã: & in per-
petuam gratiam con-

situat actionem. Per dominum nostrum Jesum christum. Offer. Fidelis servus et prudens: quem constituit dominus super familiam suam ut det illis in tempore tritici mensuram. In tempore paschali. Alleluia alleluia. Postcommunio.

Presta quesumus omnipotens deus: ut cuius festivitate votiva sunt sacramenta, eius salutaria nobis intercessione reddantur. Per dominum nostrum. Missa de sancto rocho. Ad missam. Offi.



Gaudeamus omnes in domino diem beati Rochi commemorantes: in cuius commemoratione letatur ecclesia plebs exultat, et angeli dulcia dant melodia: dicentes, gloria tibi domine, qui talem servum in confessorem elegisti. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Gloria patri et filio: et spiritui sancto. Oratio.

Deus qui es gloriosus in gloria sanctorum: et cunctis ad eorum patrocinia confugientibus sue petitionis salutarem prestas effectum, concede plebi tue ut intercedente beato rocho confessore tuo que in eius celebritate se devota exhibet: a languore epydimie quam in suo corpore pro tui nominis gloria passus est sit libera: et tuo nomini semper sit devota. Per dominum nostrum Jesum christum filium tuum. Ad Tim.

Charissime. Memor esto dominum Jesum christum surrexisse a mortuis ex semine david secundum evangelium meum: in quo laboro usque ad vincula, quasi male operans: sed verbum dei non est alligatum. Ideo omnia sustineo

Cap. 2. et 3. B.

nes pter electos: vt ipsi salutē consequā tur/que est cum christo Jesu in gloria celesti. Tu autem assecut9 es meā doctrinā: institutionē propositum/fidē longanimitatem/ dile ctionē/patientiā/perse cutiōes/passiones qua lia mihi facta sunt an tiochie/iconio/listris. Quales persecutiōes sustinui: et ex omnibus me eripuit dñs. Et oēs qui pie volunt viuere in christo Jesu: psecutionē patientur. Or. Tibi pro sancto rocho honor sit et gloria: te deprecantes apud celeste numen tuis precib9 a morbo epydimie salua nos redde. Ps. Fac quesumus beate confes sor xpi vt apud deum preces nostre non sint vane: et nobis aeris tē peries concede/vt in fine tecū in celis cōgra tulemur. Alla. V. O beate confessor roche/ quā magna apud deū sunt merita tua: quib9 credim9 nos a morbo epydimie posse libera ri/et aeris temperiem cōcedi. Alla. Euāg. Vi dete vigilate. quere in missa de quocū q̄ confesso. Offer. Te beatū rochū xpi confessorem exorati facim9/et preces ad te patrem nostrū dirigimus: vt tua intercessione a lāguoribus epydimie saluēmur: et aeris temperie potiamur. Secreta.

Parce nobis dñe: et flagella ire tue q̄ peccata nostra merenttur/precibus et meritis beatissimi cōfesso ris tui Rochi a nobis misericorditer auerte. Per dominū. Prefatio. Eterne deus. Qui im minentē ninivitis iterū sola misericordia reuocasti: quib9 vt pro pugnator existeret cum orationis penitētia fustitisti et hunc pplo tuo ante conspectum glorietue prestrato orādi

tribus puritatē: ꝛ quē desiderat plena libe-rationis effectum. Ut quos unigeniti tui p̄cioso sanguine redemisti: non patiaris mia tua mortalitatis iterū re supplicio. Per xp̄m dn̄m nostrū. Per quē.

Cōio. O q̄ magnificū est nomen tuum beate roche: qui tuis intercessionibus multitudinem languentium no-sti sanare: ꝛ nomē tuū gloriosum commemorantibus omnibus te propitiū exhibere: dennec salua nos a morbo epydimie / et acris temperiem nobis concede. Postcommunio.

Lesta quesumus omnipotēs deus / ut qui celestia sacramenta percepimus: intercedēte beato rocho cōfessore tuo / per hec cōtra omnia adversa muniamur: ꝛ ab omni morbo et peste ac subitanea morte liberemur. Per dominum.

Dirige. vsque ad laud. sed post vlti. R. dicit **Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster** sine pronunciatione **Et ne nos** dicitur. ps. **Exaltabo.** deinde preces cũ coll. vt in aduentu. Postea imediate legatur collatio: scz liber pastoralis beati grego. pape qui sic incipit. **Pastoralis cure.** vel dialogus eiusdē grego. de miraculis sanctorum patrũ que sic incipit. **Quadam die nimis.** que quide collatio ab hinc quotidie vsque ad cenã dñi ante cõple. exceptis tantũ dieb⁹ do. in pulpito legetur habitu non mutato: sic.

Jube dñe benedicere.

Excellentior qui est in choro: dicat benedictionē: et cãpro discretione satis lectum fuerit: dr

Tu autē. Lector vero prosequatur. **Dñe miserere nostri.** Ad quã etiã collatione legendã ita scribãtur clerici quod sẽper fiat inceptio ab excellentiore, ex parte chori: et legatur in superiori gradu vsque ad passionē dñi. Sabbato autē in passione dñi et deinceps legat in. i. forma ita tamen quod in. iiij. fe. ante pascha in. i. forma legatur. In festis tamen dup. que infra passionē celebrãtur: in superiori gradu legatur. Finita collatione statim pulsatur ad cõple. cũ vnica cãpana: sed in dup. festis cum duab⁹: et hoc sem=

per semel: et sequatur comple. v. ß. Sciendum est quod quotienscunque dicitur. **Placebo.** post missam ante vespe. per totam xl. vel **Dirige.** ante collationem usque ad laud. tantum in congregatione cleri. Laudes vero dominicae post matutinas de die et de sancta Maria/ et post lau. mortu. dicitur. ps. **Ad te leua.**

Feria. iij. Inuita. et ymn. ¶ Lectiones de sermone beati augustini epi. Lectio prima



Penitentes penitentes penitentes (si tamen estis penitentes/ et non estis irridentes) mutate vitam/ corrigite mores/ et reconciliamini deo. Et vos enim cum cathena pascitis. Qua (inquit) catena quae ligaueritis in terris: erunt ligata et in celis. Audis ligaturam: et deo te putas facere impostura. Lectio secunda.

Penitentiam agis/ genu flectis: et irrides et subsannas patientiam dei. Si penitens es penitet te. Si non penitet te/ penitens non es. Si ergo penitet: te quare facis quod male fecisti? Si fecisse penitet/ noli iterum facere Si adhuc facis: vere penitens non es. Lec. iij

Agens penitentiam et reconciliatus dum sanus est: et postea bene viuens securus hinc transit et exit. Agens vero penitentiam ad ultimum et reconciliatus: si securus hinc exit ego securus non sum. Unde securus sum dico: et do securitatem. Unde securus non sum penitentiam dare possum: securitatem dare non possum. An. Intrauit iesus in templum dei: et eijciebat omnes vendentes et ementes/ et mensas nummulariorum et cathedras vendentium columbas euertit.

Ps. Benedict⁹. Oratio

Respice dñe famil-liā tuā: ꝛ presta vt apud te mens no-stra tuo desiderio ful-geat/q̄ se carnis mace-ratione castigat. Per.

Ad vesp. añ. Abijt Je-sus foras extra ciuita-tem in bethaniā: ibiq̄ docebat eos de regno dei. Ps. Magnif. Oratio

Ascendant ad te dñe preces nostre ꝛ ab ecclesia tua cun-ctā repelle nequitiam Per dominū nostrum Jesum christū filium.

Feria quarta. Lec-tiones de sermone bti Leonis pape. Lectio. i

Predicaturus vo-bis dilectissimi sacratissimū maximū-q̄ ieiunium: quo ap-tius vtar exordio q̄ vt verb s apostoli in quo christ⁹ loquebatur in-cipiā: dicamq̄ quod le-ctum est/ecce nunc tē-pus acceptabile: ecce nunc dies salutis,

Lectio secunda.

Quamuis enim dile-ctissimi nulla sint tem-pora que diuinis non sint plena muneribus ꝛ sēper nobis ad mise-ricordiam dei per ip-sius gratiam prestetur accessus: nunc tamen omnium mentes maio-ri studio ad spirituales profectus moueri / et ampliori fiducia ani-mari oportet: quando ad vniuersa pietatis officia illius nos diei in quo redēpti sumus recursus inuitat. Lc. iii

Ut excellens super omnia dominice pas-sionis sacramentum / purificatis corporibus ꝛ animis celebremus. Non enim in sola ab-stinentia cibi stat no-stri summa ieiunij/aut fructuose corpori esca subtrahitur/nisi mens ab iniquitate reuoce-tur: ꝛ ab obtrectationi-bus cohibeatur. Ge-neratio hec praua et peruersa signū querit/ꝛ signū nō dabit̄ ei nisi

signum ione prophete. ps Benedictus. Oro.

Preces nostras quesumus domine clementer exaudi: et contra cunctarum nobis aduersantia/ dexteram tue maiestatis extende. Per dominum.

¶ In vespe. an. Sicut fuit ionas in ventre ceti tribus diebus et tribus noctibus: ita erit filius hominis in corde terre. ps Magnificat. Oro.

Mentes nostras quesumus domine lumine tue claritatis illustra: ut videre possimus que agenda sunt/ et que recta sunt agere valeamus. Per.

¶ Feria .v. Lectiones de sermone beati Leonis pape. Lectio .j.



Postolica dilectissimi doctrina nos admonet: ut deponentes veterem hominem cum actibus suis de die in diem sancta conuersatione renouemur. Si enim templum dei sumus: et inhabitator nostrarum mentium spiritussanctus habitator est dicente apostolo (vos enim estis templum dei viui) multa nobis vigilantia laborandum est / ut cordis nostri receptaculum tanto hospite non sit indignum. Lecc. ii.

Et sicut in domibus manufactis laudabili diligentia prouidendum est ut si quid aut infusione imbrium/ aut turbine procellarum/ vel ipsa fuerit antiquitate corruptum cito in integrum cura restituat: ita iugi oportet precaueri sollicitudine ne quid in nostris animis incompositum/ ne quid inueniatur immundum. Tu autem domine. Lectio. iii.

Quamuis enim edificium nostrum sine opere sui non subsistat artificis: nec fabrica nostra

possit esse incolumis/ nisi et protectio prefue rit conditoris:tamen qz rationabiles lapides sumus et viua maceries sic nos auctoris nostri extruit manus:vt cum opifice suo etiam is qui reparatur operet. An. Si vos manseritis in sermone meo:vere discipuli mei eritis/et cognoscetis veritatem: et veritas liberabit vos. ps. Benedictus. Oro.

Omnipotens sempiterne deus qui in obseruatione ieiunij et elemosynarum largitione/nostrorum posuisti remedia peccatorum: concede nos mente et corpore semper tibi esse deuotos. Per dominum.

¶ Ad vesperas. an. Ego enim ex deo processi et veni: neque enim a meipso veni:sed pater meus ille me misit. ps. Magnificat. Oratio.

Da quesumus domine populis tuis christianis/et que profiten tur agnoscere:et celeste munus diligere quod frequentant. Per dominum.

¶ Feria.vj. Lectiones de sermone beati Maximi epi. Lectio prima.



Udistis fratres charissimi(sicut euangelica tuba cecinit)dominum ac redemptorem nostrum aduersus tentamenta diaboli reluctantem quidem verbis/sed spiritu diuinitatem. Sermone enim certamen agit; sed peragit maiestate victoriam. Tu. Lec.ij.

Nec sine ingenti mysterio huiusmodi putemus esse conflictum:in quo aut accessus diabolus in verbo prorupit/aut verum dominus omnium tentatori suo verbis nihilominus respondere dignatur. Lect.iij.

In his autem omnibus

nostre salutis est ratio. Pro nobis saluator esuriit: p nobis temtari voluit. Nos i illo vincim⁹: qz nos sum⁹ ei causa vincendi. Nã quis ambiget vnigenitũ patris (cui nulla obuiare poterat creatura) pro illis iniisse certamẽ quoꝝ carne se vestiuit. Aña. Angel⁹ dñi descendebat de celo/ mouebat aqua ⁊ sanabat vn⁹. Ps. Bñs⁹. Or.

Esto dñe propiti⁹ plebi tue: ⁊ quam tibi facis esse deuotã benigno refoue miseratus auxilio. Per do. ¶ Ad beñ. añ. Qui me sanum fecit ille mihi precepit / tolle grabatum tuũ et ambula in pace. Ps. Magñt. Ora.

Exaudi nos misericors deus: ⁊ mentibus nostris grẽ tue lumen ostende. Per dominum nostrum Jesũ. ¶ Sabbato. Lectiones de sermone beati maximi epi. Lectio. j.

Conflict⁹ ille mirabilis/ quẽ inter celi regẽ ⁊ regis celestis tyrãnũ fuisse charitatis vree aurib⁹ sctĩ euãgelij lectio decurse testata est: vñice incarnatiõis nobis triũphale mysteriũ sonat. L. ij.

Itaqꝫ cũ videret leo ille feralis agnum dei post lõgissimũ atqꝫ cõtinuũ quadragita dierum ac noctiũ ieiuniũ esurire/ ⁊ esuriẽtẽ deũ esse non crederet/ arte illũ callidissime tẽtationis aggreditur dicens. Si filius dei es/ dic vt lapides isti panes fiant. Lectio. iij.

Cogitabat (vt estimo) apud se tanti artifex doli/ ⁊ dicebat. Si hic est cuius precepto esuriẽtibus per deserta populis manna fluxit celo / poterit nunc in panẽ lapides transfigurare/ ⁊ si non mea petitione / sua tamen necessitate qui esurit. Quod si fecerit/ deum

deinn probabo/s nequ=uerit/hominē deprehēdam. an Assumpsit Je=sus discipulos suos/ & ascendit in montem: & transfiguratus est ante eos. ps Bñd. Oro.

Populū tuum q̄s domine propitiatus respice/atq3 ab eo flagella tue iracundie clemēter auerte. Per.

1. A ¶ Dominica secunda xl. tota cātetur historia. Feria 5. cantetur 1. R. fe. & aliud in sabba. cū R. Pater peccaui. Tamē in anno bissextili fiat seruitiū de aplo in sabba. Et tūc 2. R. fe. in 6. feria. dicitur: & R. Pater peccaui. in hoc anno pretermittatur. Et tūc ab hoc sabbato usq3 ad inceptionē histo. In principio accipietur 1. D. pro litera domini. & inchoet ad 3. dominicā xl.
2. A ¶ Dñica secunda xl. de seruitio do. Fer. 4. & 5. de fest. ix. lec. oia de cōi unius confes. & pōtifi. Fer. 6. h3 1. R. fe. & aliud i sab. cū R. Pt pec.
3. A ¶ Dominica secūda xl. tota cātetur hist. Feria quarta h3 1. R. fe. & aliud in sab. cū R. Pt pec.
4. ¶ Dñica secunda xl. tota cantetur histo. & fest.
A sācti gregorii/ differ. in crasti. & ad 2. vesperas que erunt de fest. fiat solen. memo. de do. In 5. fer. h3 1. R. fer. & aliud in 6. feria & R. Pater peccaui eo anno pretermittatur. Sabb. de sancto edvvardo. cp. Beatus vir qui in sapientia.
5. A ¶ Dominica secunda xl. de seruí. do. Secunde vespere erunt de sctō cuthberto & solē. memo. de do. In 6. feria dicitur 7. R. histo. cum 2. R. fe. & R. Pater peccaui. pretermittitur. Sabb. de annū. Scd3 ves. erūt de fes. & solē. me. de do.
1. B ¶ Dominica secunda xl. de seruitio dñi. In 6. feria dicit 1. R. fer. & aliud in sabbato cū R.

Pater peccaui. Feria 5. de s. mathia. In anno bis
sextili fiat seruicium de aplo in 6. fe. et 1. R. fe. in 5.
di. Et tunc ab hoc sabbato usque ad inceptionem
hist. In princi. accipietur 1. A. et ichoet ad 3. do. xl.
¶ Dominica secunda xl. vera dicitur hist. Feria 2. B
tertia et 4. de fest. ix. lect. oia de communi uni
confes. et ponti. Primum R. fer. in 6. feria can=
tetur et aliud in sabba. cum R. Pater peccaui.
¶ Dominica secunda xl. de serui. do. Feria 4. 3. B
dicitur 1. R. fe. et aliud in sexta feria et R. Pa=
ter peccaui. pretermittitur. Sabbato de sancto
gregorio capitulum. Ecce sacerdos. Secunde ves=
pere erunt de fest. et solen. memoria de domi.
¶ Dominica secunda xl. de serui. do. In quarta 4. B
feria dicitur 1. R. fe. et aliud in sabbato cum R.
Pater peccaui. Feria 6. de s. edwardo. cum. Beatus
vir qui in sa. R. Beatus vir qui suf. Hym. Iste sanctus.
¶ Dominica secunda xl. de serui. do. et fest. sancti 5. B
cuthberti usque ad tertiam feriam differatur/ et in
quinta feria dicitur 1. R. fe. et alia duo in sabba=
to. Feria sexta de annuncia. et solen. memoria de ie
iunio ad utrasque vesperas sed non ad missam.
¶ Dominica secunda xl. de serui. do. Secunde 1. C
vespere erunt de sancto petro et solen. memoria
de domi. In 6. feria dicitur 1. R. fe. et aliud in
sabbato cum R. Pater peccaui. Feria 4. de a=
postolo. Tamen in anno bissextili fiat serui. de
apostolo in 5. fer. Et ab hoc sabbato usque ad in=
ceptionem histo. In principio. accipietur 1. D. pro
litera dominicali et inchoetur ad 3. domini. xl.
¶ Dominica in xl. de serui. do. Feria 2. et 3. de 2 C
sancto ix. lec. oia de com. uni. confes. et ponti. Fer.
6. di. 1. R. fe. et aliud in sabb. cum R. Pater pecca.

3. C ¶ Dominica secunda xl. de seruι. domini. & nihil de virgi. nisi memoria ad matutinas & ad vesperas de sancta maria. Feria quarta d3 1. ℟. fer. & aliud in sabb. cum ℟. Pater peccaui. Feria 6. de sancto Gregor. cõ. Ecce sacerdos.

4 C ¶ Dominica secunda xl. de seruitio dominic. In quarta fer. dicitur 1. ℟. fer. & aliud in sexta feria & ℟. Pater peccaui. pretermittitur.

5. C ¶ Dominica secunda xl. tota d3 histor. & fest. sancti benedicti differatur in crasti. In sexta feria dicitur 1. ℟. feria. & aliud in sabbato cum ℟. Pater peccaui. Feria quinta de annunciatio. & memoria de ieiunio ad vtrasq3 vesperas & ad matutinas & non ad missam.

1. D ¶ Dominica secunda xl. de seruι. do. Feria 4. dicitur 1. ℟. feria. & aliud in sabbato cum ℟. Pr peccaui.

2. D ¶ Dominica secunda xl. de seruι. do. & fest. sti petri differatur in crasti. Feria sexta dicitur 1. ℟. fer. aliud in sabbato cum ℟. Pater peccaui. In anno bissextili fiat seruι. de scto mathia: & in quarta fer. Et ab hinc vsq3 ad inceptionem hist. In principio. accipietur 1. C. pro litera dominicali & inchoetur ad tertiam dominicam xl.

3. D ¶ Dominica secunda xl. de seruitio do. & fest. sancti dauid differatur vsq3 ad tertiã feriam. Feria 2. & 3. de fest. ix. lect. Oratio. &c. de cõmuni vnius cõfes. & põtifi. In sexta feria d3 1. ℟. fer. & aliud in sabbato cum ℟. Pater peccaui.

4. D ¶ Dominica secunda quadragesime de seruitio dominica. In quarta feria dicitur 1. ℟. fer. et aliud in sabbato cum ℟. Pater peccaui.

5. D ¶ Dominica secunda xl. de ser. do. In 5. fe. dñs ℟. fe. & ℟. Pater pecca. in hoc ãno pretermittit.

¶ Dominica secunda quadragesime de seruitio domi. In 4. fer. dicitur 1. R. fer. & aliud in sexta fer. & R. Pater peccaui. pretermittitur. 1. E

¶ Dominica secunda xl. de seruit. do. Secunde vesp. erunt de aplo; & solennis memo. de dominica. Feria quinta dicitur 1. R. fer. & aliud in sexta fer. & R. Pater peccaui. in hoc anno pretermittitur. Sabbato de s. dauid. ix. lectio. omnia de comuni vnius confessoris & pontificis. In anno bissextili fiat seruit. de apostolo in 3. feria. Et abhinc vsq ad inceptionem histo. In principio. accipietur 2. D. pro litera dominicali & inchoetur ad tertiā dominicā quadrages. 2. E

¶ Dominica secunda xl. de seruit. do. & fest. s. cedde differatur in crasti. Feria 2. de sancto cedda. ix. lectiones omnia de comunum vnius confessor. & pontifi. Feria quinta dicitur 1. R. fer. & aliud in sabbato cum R. Pater peccaui. 3. E

¶ Dominica secunda xl. de seruit. do. in quinta feria dicit 1. R. fer. & aliud in sabba. cum R. Pater peccaui. 4. E

¶ Dominica secunda xl. de seruitio dominica. in quarta feria dicitur prima R feria. & aliud in sabba. cum R. Pr peccaui. 5. E

¶ Dominica secunda xl. de seruit. do in 4. fe. di 1. R. fe. & aliud in sabbato cum R. Pr pecca. 1. H

¶ Dnica secunda xl. de seruit. do. & fest. apostoli differat in crast. Scde vespere erunt de aplo; & solen. memo. de do. Feria quinta R ia fe. cantentur; & R Pr peccaui. pretermittentur. Fer. 6. & sabbato de fest. ix. lec. oia de cōi vni⁹ cōf. & pō. Si fuerit ann⁹ bissextilis; tunc ab hoc sab. vsq ad inceptionē histo. In principio. accipies 2. C. pro littera dnicali & inchoetur ad 3. do. xl. 2. H

5. H ¶ Dominica secũda xl. de seruit. do. ad I. vespe ras stat memoria de s. cedda. Feria quarta dici tur I. Rx. fe. & aliud in sab. cũ Rx. Pater pecca: ui. Rx. 6. me. de virg. ad ves. & ad ma. de s. ma.

4 H ¶ Dominica secunda xl. de seruii. do. Feria 5. dr I. Rx. fer. & aliud in sabb. cũ Rx. Pr peccaui.

5. H ¶ Dominica secunda quadragesime. de serui: tio dominica. Feria sexta dicitur Rx. feriale et aliud in sabbato cum Rx. Pater peccaui.

1. G ¶ Dominica secunnda xl. de serui. do Feria 4. dicitur I. Rx. fer. & aliud in sexta feria. Et Rx. Pater peccaui pretermittitur. In anno bissex tili stat serui. de apl'o in secunda feria proxi: me sequenti. & in sabbato cãtetur Rx. fer. cum Rx. Pater peccaui. Et tunc ab hoc sabbato vs: qz ad inceptionem historia. In principio. acci: pietur 5. G. pro littera dominicali & inchoetur ad tertiam dominicam quadragesime.

2. G ¶ Dominica secunda xl. de seruitio do. Feria quarta dr I. Rx. fe. & aliud in sabba. cũ Rx. Pa: ter peccaui. Feria quinta & sexta de sancto. ix. lect. omnia de cõmuni vnius confes. & pontifi.

3. G ¶ Dominica secunda quadragesime de serui: tio dominicali. Feria quarta dicitur I. Rx. fer. & aliud in sabbato cum Rx. Pater peccaui.

4 G ¶ Dominica secunda quadragesime de serui. do. 2. vesper. erunt de sancto gregorio. Capm. Ecce sacerdos. Feria quinta dicitur I. Rx. fe: riale & aliud in sabbato cũ Rx io Pater pecca.

5. G ¶ Dominica secunda quadragesime de serui. do. & fest. sancti edvvardi differatur in crasti nũ: & in 6. feria dicitur primum Rx. fe. & aliud in sabbato cum Rx Pater peccaui.

Dñica secūda xl. Ad vesperas. Añ. Benedictus. ps. Ipsum. Cāp.

1. tes salo. 4. a. Rogam⁹ vos et obsecramus in dño iesu vt quemadmodū accepistis a nobis quomodo vos oporteat ābulare et placere deo: sic et ambuletis vt abundetis magis. Rx. Det tibi deus. Hy⁹. Ex more docti. V. Angelis suis. Añ. Dñe bonū est nos hic esse si vis faciamus hic tria tabernacula: tibi vnū moysi vnum: et helie vnum. ps. Magnīt. Oratio.

Deus qui conspicis omni nos virtute destitui interius exteriusq; custodi: vt et ab omnibus aduersitatibus muniamur ī corpore: et a prauis cogitationibus mundemur in mēte. Per dominū. Ad matuti. Inuitat. Deus magnus dominus. Et rex magn⁹ super omnes deos. ps. Venite. Hy⁹. Summe largitor. In. i. noctur. Añ. Seruite. ps. Beatus vir. b⁹ Dicet do. Hec die in primo noctur. et per hebdoma. legātur lectio. de ysaac: quādo de tēporali agitur vsq; ad ioseph. Lectio. i.

Senuit isaac et caligauerunt oculi eius: et clare videre nō poterat. Vocauitq; Esau filium suū maiorem: et ait illi/fili mi. Qui respondit. Assum. Cui pater. Vides inquit q senuerim: et ignorē diem mortis mee. Sume arma tua et pharetrā et arcum: et egredere foras. Cumq; venatu aliquid apprehēderis: fac mihi inde pulmētum sicut velle me nosti: et affer vt comedam/et benedicat tibi anima mea anteq̄ moriar. Rx. Tolle arma tua et pharetram et arcum: et affer de venatione tua vt comedā. Et benedicat tibi anima mea. V. Cumq; ve- Gen. 27. a. 1

natu aliquid attuleris fac mihi inde pulmentum vt comedā. Et benedicat. Lectio scda.

Quod cū audisset rebecca & ille abijsset in agrū vt iussionē patris expleret: dixit filio suo iacob. Audiui patrem tuū loquētem cum esau fratre tuo: & dicentē ei. Affer mihi de venatiōe tua/ & fac mihi cibos vt comedā & benedicā tibi corā dño anteq̄ moriar.

2 ℟. Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni quem benedixit dominus. Crescere te faciat de⁹ meus sicut arenā maris: & donet tibi de roze celi bñdictionē. ℣. Qui maledixerit tibi sit ille maledict⁹ & qui benedixerit tibi bñdictionib⁹ repleat. Crescere. Lectio. iij.

Nunc ergo fili mi acquiesce cōsilijs meis: & pergēs ad gregē affer mihi duos hedos optimos/ vt faciā ex eis escas patri tuo quibus libenter vescitur: quas cū intuleris & comederit benedicat tibi priusq̄ moriatur. Respōdit iacob matri sue. Nosti qḋ esau frater me⁹ homo pilosus sit: & ego lenis. Si attractauerit me pater meus & senserit/ timeo ne putet sibi me voluisse illudere: et inducat super me maledictionem pro benedictione.

3 ℟. Det tibi de⁹ de rore celi & de pinguedine terre abundantiā: seruiant tibi trib⁹ & populi. ℣. Esto dñs fratrū tuorū. Et incuruent ante te filij matris tue. Esto do. Gloria. Esto.

¶ In. ij. nocturn. A. Bonorū. ps. Conserua. ℣. Ipse liberauit me. De die lec. de sermo beati ioannis epi. Lec. iiij.

4 Portabat rebecca geminos in vtero fratres ante ortus principia bellatores. Certātes filios mater

ante sentit quã nouit: ante patitur quã viuet ante sustinet quam agnoscit. Licuit aliorũ bella sentire: quos nõ dũ licuit generare. Certamẽ inter fratres in vtero geritur: bellum inter inatos cõmittit/ materna viscera quatiuntur nec ad ortꝰ pricipia properatur: sed ante pricipia noua certamina celebrãtur. ℟.

4 Dũ iret iacob de bersabee ꝛ pergeret harã locutus est ei deus dicens. Terrã in qua dormis tibi dabo ꝛ semini tuo. ℣. Edificauit iacob ex lapidibus altare in honorẽ dñi fundens oleũ de super et benedixit ei deus dicẽs. Terrã. Lectio. v.

Vellẽ tamen causas tanti certaminis noscere: vellem istius pugne negocia tractare. Quid intercesserat/ qd factum fuerat/ que pugnãdi/ ratio que causa vincẽdi/ quo spectatore ingeritur: quo iudice celebratur/ qd victori promittitur/ quid victo econtrariis denegatur? Quis certare docuerat / quis pugnare monstrarat? Sed notũ est cunctis istorũ certamine fratrũ causas duorũ exprimi populorũ. Vult enim deꝰ ante ostendere futura quã veniãt. Sed futurorũ prescius deꝰ: mõstrum suum certamẽ voluit ex esceri. ℟.

5 Dum exiret iacob de terra sua vidit gloriam dei ꝛ ait: quã terribilis est locꝰ iste. Non est hic aliud nisi domus dei ꝛ porta celi. ℣. Vere dominus est in loco isto: et ego nesciebam. Nõ est hic aliud nisi domus dei et porta celi. Lect. vi.

Decertãdi affectus: vincẽdi vota ostendit. Sed mater certamen sentire potuit: videre non potuit. Denique interrogat dominum: qd est (inquit) domine

illud quod geritur?
Quid est quod in vte=
ro meo te teste tracta
tur? Duo sunt (inquit)
domin⁹ populi in vte=
ro tuo: & due gẽtes de
ventre tuo egredient/
& populus populũ su=
perabit: & maior ser=
6 uiet minori. ℟. Si do
minus deus me⁹ fue=
rit mecum in via ista
qua ego ambulo & cu=
stodierit me: & dederit
mihi panẽ ad edendũ/
& vestimentũ quo ope
riar: & reuocauerit me
cum salute. Erit mihi
dominus in refugiũ &
lapis iste in signũ. ℣.
Surgẽs autem mane
iacob tulit lapidẽ quẽ
supposuerat capiti suo
& erexit in titulũ fun=
densq3 oleũ desuper:
ait. Erit mihi domin⁹.
Gloria pri. Erit mihi.
¶ In.iii.noc.añ. Pre=
ceptũ dñi.℣. Celi enar
rãt.℣. Scapulis suis.
¶ Secũdũ Mattheũ.
Cap. 15. C In illo tpe. Egres
sus iesus secessit
in partes tyri & sydo=
nis. Et ecce mulier
chananea a finib⁹ illis
egressa: clamabat di=
cens. Miserere mei do
mine fili dauid: filia
mea male a demonio
vexatur. Et rel'. Home
lia bti hieronymi prs=
byteri. Lectio septia.
Scribis et phariseis
calũniatoribus dereli
ctis transgreditur do
minus in partes tyri &
sydonis: vt tyrios sy=
doniosq3 curaret. Mu=
lier autẽ chananea e=
greditur de finib⁹ pro
prijs clamans vt filie
sue impetraret sanita
tem. Obserua quod in
quintodecimo loco fi= 8
lia chananea sanatur.
℟. Erit mihi domin⁹ 7
in deum: et lapis iste
quem erexi in titulum
vocabitur domus dei
& de vniuersis que de
deris michi. decimas
& hostias pacificas of=
ferã tibi. ℣. Si domi=
nus deus meus fuerit
mecum in via ista qua

ego ambulo : et custo=
dierit me. Decimas &
hostias. Lectio.viii.
Miserere mei dne fili
dauid filia mea male a
demonio verxatur. In=
de vero nouit filiũ Da=
uid vocare: quia egres
sa iam fuerat de finib⁹
suis/ & errorem tyrio=
rum ac sydoniorũ loci
ac fidei commutatione
dimiserat. Filia mea
male a demonio vexa=
tur. Ego filiam eccle=
sie puto aias esse credẽ
tium qui male a dema
nio vexabãtur: ignorã
tes creatorẽ & adoran
tes lapidem. Qui non
respondit ei verbũ. ℟.
8 Dixit angelus ad Ja=
cob: dimitte me auro=
ra est: respondit ei / nõ
dimittam te nisi bene
dixeris michi. Et bñ=
dixit ei in eodem loco.
℣. Benedicẽs benedi=
cam tibi & multiplica=
bo. Et benedi. Lec. ix.
Non de superbia pha=
risaica nec de scribarũ
supercilio: sed ne ipse
videretur contrarius
esse sententie: per quã
iusserat in viã gentiũ
ne abieritis & in ciui=
tates samaritanorũ ne
intraueritis : nolebat
enim occasionem calũ
niantibus dare/ perfe=
ctãq̃ salutem gentiũ:
passionis et resurre=
ctionis tempori reser
uabat. Et accedentes
discipuli ei⁹ rogabant
eum dicentes. Dimit=
te eã: quia clamat post
nos. ℟. Minor sum cũ 9
ctis miserationib⁹ tu=
is domine abraham i
baculo meo trãsiui ior
danem istum & nũc cũ
duabus turmis regre
dior. Libera me domi
ne de manibus Esau.
Quia valde cõtremuit
cor meum illũ timẽs.
℣. Tu locut⁹ es q mi=
hi benefaceres & dila
tares semen meũ sicut
arenã maris. Libera
me dñe. Gloria patri.
Quia val. ℟ia teriat.
Orauit Jacob & dixit:
dñe qui dixisti michi

reuertere in terrã na-
tiuitatis tue. Erue me
de manu fratris mei.
Qz valde eum timeo.
℣. Deus in cuius con-
spectu ambulauerunt
patres mei domine qui
pascis me a iuuentute
mea. Erue me de ma-
nu. Gloria patri et fi.
Quia valde. ℟. Vidi
dominum facie ad fa-
ciẽ. Et salua facta est
anima mea. ℣. Et di-
cit nequaq̃ vocaberis
iacob: sed israel erit
nomen tuũ. Et. Gloria
patri. Et dicit. Hoc h-
die. ℟. Orauit iacob.
erit tertiũ ℟. et qđ pri
mo dr de. iij. noct. per
heb. Et. ℟. Vidi dñm.
dr in sabb. ante ℟. Pe
peccaui. Et si aliquod
fest. ix. lec. in sab. conti
gerit tunc enim hodie. ℟.
Vid dñm. erit. iij. ℟.
quando vltimo p hebd.
dr de fe. et tũc dicetur
cum Gloria. et tũc ℟.
Pe peccaui. in illo ãno
pretermittat. ℣. Ipse li-
berat. In laudib⁹. a.

Dñe labia mea ape- 1
ries et os meum annũ
ciabit laudem tuã. ps.
Miserere. an. Dextera 2
domini fecit virtutem
dextera dñi exaltauit
me. ps. Cõfitemini. an.
Fact⁹ est adiutor me⁹ 3
deus meus. ps. Deus
deus meus. an. Trium 4
puerorũ cãtemus hym
num: quem cantabant
in camino ignis bene-
dicentes dominũ. ps.
Benedicite. a. Statuit 5
ea in eternum et in se-
culum seculi: preceptũ
posuit et non preteri-
bit ps. Laudate. Cp.
Rogam⁹ vos. Hy⁹. Au
di benigne. ℣. Scuto
circundabit. an. Egres
sus Jesus secessit in
partes tyri et sydonis
et ecce mulier chana-
nea a finib⁹ illis egres
sa clamabat dicẽs: mi
serere mei dñe fili da-
uid. ps. Bñd⁹. Oratio.
Deus qui conspicis.
Ad. i. an. Accedentes
discipuli Jesu ad eum
rogabãt eum dicẽtes:

dimitte eam quia clamat post nos. ps. Deus deus meus respice.

¶ Ad. iij. an. Non sum missus nisi ad oves que perierant domus israel dicit dominus. ps. Legem pone. Ca. Rogamus. vr. Sicut in diebus precedentibus ad oes hor. dnr.

¶ Ad. vj. an. O mulier magna est fides tua fiat tibi sicut petisti. ps. Defecit. Capitulum.

1. tes. salo. 4. a. Haec est voluntas dei sanctificatio vestra: ut abstineatis vos a fornicatione / ut sciat unusquisque vas suum possidere in sanctificatione et honore. ¶ Ad. ix. an. Vade mulier semel dixi tibi / si credideris videbis mirabilia. ps. Mirabilia. Capitulum.

tes. lo. b. Voluntas dei est: ne supergrediatur quis neque circumveniat in negocio fratrem suum quoniam vindex est dominus de his omnibus sicut prediximus vobis et testificati sumus.

¶ Ad vespe. an. Sede a dextris meis. ps. Dixit dominus. Cap. Rogamus vos. vr. Esto nobis. Hy. Ex more docti. vr. Angelis suis. a. Dixit dominus mulieri chananee: non est bonum sumere panem filiorum et mittere canibus ad manducandum / utique domine / nam catelli edunt de micis que cadunt de mensa dominorum suorum / ait illi iesus / o mulier magna est fides tua: fiat tibi sicut petisti. ps. Magnificat. Oratio. Deus qui conspicis.

¶ Feria. ij. et quotidie per hebdo. dnr. ho. a. vr. ad matu. secundum ordinem noc. his. tamen ita tamen quod vr. fer. non omittantur. lc. j.

Rebecca vero ad ac ob ait. In me sit ista maledictio: fili mi. Tantum audi vocem meam / et pergens affer que dixi. Abijt et attulit: deditque matri. Gen. 27. b.

Paravit illa cibos sicut velle noverat patrem illius: et vestib⁹ esau valde bonis: quas apud se habebat domi induit eũ. Pelliculasque hedorum circundedit manib⁹ et colli nuda protexit. Deditque pulmentum: et panes quos coxerat tradidit. R. iii.

Quibus illatis: dixit Pater mi. At ille respondit. Audio. Quis es tu fili mi? Dixitque Jacob. Ego sum primogenitus tuus esau. Feci tibi: sicut precepisti mihi. Surge: sede et comede de venatione mea ut benedicat mihi anima tua. In. Ego principium qui et loquor vobis. ps. Bñd⁹. Oratio.

Presta q̃s omnips deus/ut familia tua que se affligendo carnem ab alimentis abstinet: sectando iusticium a culpa ieiunet. Per dominum nostrum.

Ad vesperas. a. Qui me misit mecum est: et non reliquit me solum: quia que placita sunt ei facio semper. ps. Magnificat. Oratio.

Adesto supplicationibus nostris omnips deus: et quibus fiduciam sperãde pietatis indulges/consuete mie tribue benignus effectum. Per dñm.

Feria. iii. Lectio. i. Gen. 27. c

Respondensque isaac ad filiũ suũ. Quomodo (inquit) tã cito invenire potuisti fili mi? Qui respondit. Voluntas dei fuit ut cito occurreret mihi qđ volebã. R. ii.

Dixitque isaac. Accede huc ut tangã te fili mi et probem utrũ tu sis filius me⁹ esau an nõ. Accessit ille ad patrẽ: et palpato eo dixit isaac Vox quidẽ vox iacob est: sed manus/manus sunt esau. Et nõ cognovit eũ: quia pilose man⁹ similitudinẽ maioris expresserant. Lect. iii.

Benedicens ergo illi ait. Tu es filius meus esau. Respondit. Ego sum. At ille. Affer (inquit) mihi cibos de venatione tua fili mi: vt bñdicat tibi aia mea. Quos cũ oblatos comedisset: obtulit et etiã vinũ. Quo hausto: dixit ad eũ. Accede ad me: ꝛ da mihi osculum fili mi. Accessit/ ꝛ osculatꝰ est eũ. In. Unus est enĩ magister vester qui i celis est dicit dominꝰ. Ps. Bñdꝰ. Oro.

Perfice q̃s dñe benignus in nobis obseruãtie sancte subsidium: vt que te auctore facienda cognouimus/ te operãte impleamus. Per. ¶ Ad vesperas. an. Qui maior est vestrũ erit minister vester: qr ois qui se exaltat humiliabitur dicit dñs. Ps. Mgt. Oratio.

Propitiare q̃s domine supplicatio nibus nostris ꝛ animarum nostrarũ medere languoribus: vt remissione percepta in tua semꝑ benedictione letemur. Per dominum.

¶ Feria.iiii. Lectio.i.



Tatim q vt sensit vestimẽtorũ eiꝰ fragrantiam: benedicens illi ait. Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni cui benedixit dominꝰ. Det tibi deus de rore celi et de pinguedine terre abundantiã frumẽti vini ꝛ olei: ꝛ seruiant tibi ppl'i: ꝛ adorent te tribꝰ. Lect. ii. Esto dominus fratrũ tuorũ: ꝛ incuruent ante te filij matris tue. Qui maledixerit tibi/ sit ille maledictꝰ: ꝛ q benedixerit tibi/ benedictionibꝰ repleat. L. iii. Uix isaac sermonẽ impleuerat: ꝛ egresso iacob foras venit esau: Gen. 27. D

coctoscp de venatione cibos intulit patri/di= cens. Surge pr̄ mi:z co mede de venatione fi= lij tui:vt bn̄dicat mihi aīa tua. R̄. Ecce ascēdi mus hierosolymā:z fili⁹ hois tradet ad crucifi gēdū. V. Bñd⁹. Oro.

Populū tuum q̄s domine ppiti⁹ respice:z quos ab es= cis carnalib⁹ precipis abstinere/a noxijs quo q3 vitijs cessare conce de. Per. ¶ Ad vesp. An. Sedere aūt mecū nō est meum dare vobis: sed quib⁹ paratū est a pre meo. Ps. Magt. An.

Deus innocentie restitutor z ama tor/dirige ad te tuorū corda seruorū:vt spūs tui feruore cōcepto/et in fide inueniant stabi les z i opere efficaces. Per. ¶ Fer.v. Lect. j.

Gen. 27.c 

Dixitq3 illi Isaac: q̄s es tu. Qui respondit. Ego sū fili⁹ tu⁹ primogenit⁹ esau. Expauit Isaac stupore vehementi:z vltra q̄ credi potest admirās/ ait. Quis igit̄ ille est q̄ dudū captā venationē attulit mihi:z comedi ex oib⁹ priusq̄ tu venires?z bn̄dixiq3 ei/z erit benedictus. Lectio.ij.

Auditis esau sermo= nib⁹ pris irrugijt cla= more magno:z cōster nat⁹ ait. Benedic etiā z mihi pr̄ mi. Qui ait. Venit germanus tuus fraudulēter:z accepit bn̄dictionē tuā. Lc.iij.

At ille subiunxit. Iu ste vocatum est nomē eius iacob:supplanta= uit em̄ me en altera vi ce. Primogenita mea ante tulit:z nunc secū do surripuit benedi= ctionem meā. An. Ego nō ab homine testimo nium accipio / sed hec dico vt vos salui sitis. Ps. Benedictus. Oro.

Presta nobis do= mine q̄s auxiliū gratie tue vt ieiunijs

& orationibus conuenienter intenti/liberemur ab hostibus mentis & corporis. Per do. ¶ Ad vesperas. An. Opera que ego facio testimonium perhibent de me quia pater me misit. ps. Magnificat. Oratio.

Adesto dñe famulis tuis/& perpetuam benignitatē largire poscētib⁹: vt his q te auctore & gubernatore gloriātur: & cōgregata restaures/& restaurata cōserues. p d. ¶ Feria. vi. Lectio. i.

Gen 27.f Resumens ad patrē. Mñ q̄d non reseruasti (ait) & mihi benedictionem? Respōdit isaac. Dñm tuū illū cōstitui & oēs fratres suos seruituti eius subiugaui frumento & vino & oleo stabiliui eū: & tibi post hec fili mi vltra quid faciā? Lectio. ii.

Cui esau. Num vnā (inquit) tantū benedictionem habes pater? Mihi quoq̄ obsecro vt benedicas. Cūq̄ eiulatu magno fleret: mot⁹ isaac dixit ad eum. In pinguedine terre et in rore celi desuper: erit benedictio tua. Lc. iii.

Uiues i gladio/& fratri tuo seruies: tēpusq̄ veniet cū excutias & soluas iugū eius de ceruicibus tuis. Oderat ergo semp esau iacob: pro benedictione qua bñdixit ei pater. An. Malos male pdet/& vineam suā locabit aliis agricolis q̄ reddēt ei fructū tēporib⁹ suis. ps. Bñdict⁹. Or.

Presta quesum⁹ omnipotens deus/vt sacro nos purificante ieiunio synceris mentibus ad sancta ventura facias peruenire. Per dominū. ¶ Ad vesperas. an. Querentes eum tenere timuerunt turbas: quia sicut prophetam eū habebant. ps. Magnificat. Oro.

Da q̃s domine populo tuo salutē mentis & corporis: vt bonis operibus inherendo/tue semp virtutis mereatur ꝓtectione defendi. Per dn̄m.

¶ Sabbato. Lectio. j.

Gen. 27. d



Jxitq; Esau i corde suo. Venient dies luctꝰ patris mei: & occidā fratrem meum. Nūciata sunt hec rebecce. Que timens / & vocans iacob filium suum: dixit ad eum. Ecce esau frater tuus minatur vt occidat te. Lectio. ij.

Hic ergo fili audi vocem meam: & consurgens fuge ad labā fratrem meum in haran. Habitabisq; cū eo dies paucos: donec requiescat furor fratris tui/ & cesset indignatio eius: obliuiscaturq; eorum que fecisti in eū. Postea mittā: & adducā te inde huc. Lec iij.

Cur vtroq; orbabor filio in vno die? Dixitq; rebecca ad isaac. Tedet me vite mee ꝓpter filias heth. Si acceperit iacob vxorē de stirpe huius terre: nolo viuere. Sic tertium R.

Pr̄ peccaui in celum & corā te/iam non sū dignus vocari filiꝰ tuꝰ. Fac me sicut vnum de mercennarijs tuis. V. Quanti mercenarij in domo patris mei abūdant panibus: ego aūt hic fame pereo? surgā & ibo ad patrem meū & dicam ei. Fac me sicut vnū. Gloria patri. Fac me sicut vnum.

Si aliquod festum nouem lectionū hac die contige. predictum responso. eo anno preter mittat. ān. Vadā ad patrem meum & dicā ei: pater/fac me sicut vnū ex mercenarijs tuis. Bs Benedictꝰ. Oratio

Da quesumus domine nostris effectum ieiuniis salutarem: vt castigatio carnis assumpta/ad nostrarum transeat vegetationem animarum. Per dominum nostrum Jesum.

¶ Dominica tertia xl. tota dicitur historia. Feria quarta et quinta de festo ix. lectiones omnia de communi vnius confessoris et pontificis secundum vsum Sar. Feria sexta dicitur primum responsorium ferie. et alia duo in sabbato. 1. A

¶ Dominica tertia xl. tota dicitur historia. Feria quarta dicitur 1. Rx. feria. et alia 2. in sabbato. 2 A

¶ Dominica tertia xl. tota dicitur histor. et festum sancti gregorii differatur in crastinum. Secunde vespere erunt de fest. et solen. memoria de dominica. Feria quinta dicitur primum Rx. fer. et alia duo in 6. feria. Sabba. de sancto edvvardo. 3. A

¶ Dominica tertia xl. de seruit. do. Ad primas vesperas fiat memoria de sancto edvvardo. Secunde vespere erunt de sancto cuthberto et memo. de dominica. In 5. feria dicitur primum. Rx. fe. et alia duo in sexta feria. Sabbato de annunciatione Sc̄de vesp. erunt de fes. et sole. memo. de do. 4. A

¶ Dominica tertia qua. tota dicitur historia. Ad primas vesperas que erunt de festo fiat solen. memoria de dominica. Feria quarta dicitur primum respon. fer. et alia duo in sabbato. 5. A

¶ Dominica tertia xl. tota dicitur historia. Feria tertia et quarta de fest. ix. lec. omnia de communi vnius confessoris et pontificis. In sexta feria dicitur primum Rx. fer. et alia duo in sab. 1. B

¶ Dominica tertia quadragesime tota dicitur histo. Feria 4. dicitur 1. Rx. feria. et alia duo in 2. B

sexta feria. Et sabbato de scto Gregorio. Se-
3. B cunde vespere erunt de fest. & solē. mēo. de do.
¶ Dominica tertia xl. tota dr historia. Ad pri-
mas vesperas que erunt ꝑ fes. fiat solen. mēo.
de do. Feria quarta dr I. Rx. fe. & alia 2. in sab.
4. B ¶ Dominica tertia xl. de servi. domi. & fest. san
cti cuthberti differatur vsqꝫ in tertiam feriā.
Et i quinta fer. dr I. Rx. feria. & alia duo in sab.
5. B ¶ Dominica tertia xl. de servi. dominic. Feria
quarta dicitur I. Rx. fer. & alia duo in sabbato.
1. C ¶ Dominica tertia xl. de servitio domini. Se
cunde vespere erūt de sancto dauid & mēo. de
do. Feria 2. & 3. de fest. ix. lect. oia de communi
vni⁹ confes. & pōti. Feria sexta dr primum Rx.
2. C fer. & alia duo in sabba. ¶ Dominica tertia xl.
de servi. do. & nihil de virgi. nisi memoria ad
ves. & ad matutinas de sācta maria. In 4. fer.
3. C dicitur I. Rx. fe. & alia duo in sab. ¶ Dominica
tertia xl. tota dicitur visto. In 4. feria dr I. Rx.
4. C feria. & alia duo i sexta feria. ¶ Dominica ter-
tia xl. tota dicitur visto. Festū sancti benedicti
differatur in crasti. Feria 6. dr I. Rx. feria. et
5. C alia duo in sabbato. ¶ Dominica tertia xl. de
servi. do. Feria 4. dicitur I. Rx. feria. & alia 2.
1. D in sabbato. ¶ Dominica tertia xl. de servi. do.
& fest. scti petri differatur in crast. Feria sexta
dicitur I. Rx. fer. alia duo in sabbato. ¶ Dñica
2. D tertia xl. de servi. do. & fest. sancti dauid diffe-
rat vsqꝫ in 3. fer. Feria 2. & tertia de fes. ix. lec.
oia de cōmuni vnius cōfesso. & pōtificis. Feria
sexta dicitur I. Rx. fer. & alia duo in sabbato.
3. D ¶ Dominica tertia xl. de servitio dominice. Fe
ria quarta dicitur primum Rx. fe. & alia duo in

sabbato. ¶ Dominica tertia xl. de serui. domi. 4.
Feria tertia dicitur primum R. fer. et alia duo D
in quinta feria. ¶ Dominica tertia xl. de serui 5. D
tio dominice. In quinta feria dicitur primum
R. fer. et alia duo in sabbato. ¶ Dominica ter 1. E
tia xl. de serui. domini. Secunde vespere erunt de
sancto mathia: et solennis memoria de domi.
In quinta feria dicitur 1. Rm. fer. et alia duo
in sexta feria. Sabbato de sancto dauid. ix. le-
ctio. omnia de cōmuni vnius confessoris et pō-
tificis. In anno bissextili dicitur in 3. feria de
sācto Mathia. Et tunc abhinc vsque ad inceptio
nem historie. In principio. accipietur 1. D. pro
litera dominicali et inchoetur ad quartā domi-
nicā quadrages. ¶ Dominica tertia quadrage 2. E
sime de seruitio dominice. et festū sancti cedde
differatur in crastinum et omnia de communi.
Feria quinta dicitur primum responso. feriale
et alia duo in sabbato. ¶ Dominica tertia qua- 3. E
dragesime de seruitio dominice. Feria quarta
dicitur primum R. fer. et alia duo in sabbato.
¶ Dominica tertia xl. de serui. domi. In quar- 4 E
ta feria dicitur primum R. feriale et alia duo
in sabbato. ¶ Dominica tertia xl. de seruitio 5. E
dominice. Feria quinta dicitur primum res-
ponsorium feriale et alia duo in sabbato.
¶ Dominica tertia xl. de seruitio domi. et fe- 1. F
stum sancti Mathie differatur in crastinum.
Secunde vespere erunt de apostolo: et solen.
memoria de dominica. In quarta fer. dicitur
1. R. fe. et alia duo in quinta feria. Feria sexta
et sabbato de fest. ix. lectiones omnia de cōmu
ni vnius confes. et pōtif. In anno bissextili fiat

servi. de sancto mathia/in secunda feria. Et
tunc ab hac die vsq; ad inceptionem historie.
In principio accipietur I. R. & inchoetur ad 4.
2. H dominicam xl. ¶ Dominica tertia xl. de servi.
do. & in quarta fe. dr I. R. fe. & alia duo in sab.
3. H ¶ Dominica tertia xl. de servi. do. ad I. vespe
ras fiat memoria de sancto cedda. Feria quar-
ta dr primum R. feria. & alia duo in sabbato.
4 H ¶ Dominica tertia quadragesime. De servitio
dominica. Feria sexta dicit R. feriale et alia
5. H duo in sabbato. ¶ Dominica tertia xl. de servi
tio dñi. Secunde vespere erunt de annūcia. et
solen. mẽo. de do. Feria 5. dicit I. R. fer. & alia
1. G duo in sabbato. ¶ Dominica tertia xl. tota dr
histo. Feria quarta dicitur I. R. fer. & alia duo
in sabbato. Feria quinta & sexta de festo ix. le-
ctio. omnia de cõmuni vnius confes. & pontifi.
2. G ¶ Dominica tertia quadragesime de servitio
do. Feria quarta dicitur I. R. feria. & alia duo
3. G in sabbato. ¶ Dominica tertia quadragesime
de servi. do. Scde vespere erunt de fest. Cpm.
Ecce sacerdos. & solen. memo. de dominica. In
5. feria dicitur primũ R. fer. & alia duo in sab.
4 G ¶ Dominica tertia xl. de servitio dominica. In
sexta feria dicitur primum R. fer. & alia duo
in sabbato. Feria secũda de sancto eddbardo.
Ad primas vesperas fiat memoria de domini-
ca. Capitulum. Beatus vir qui in sapientia.
5. G ¶ Dominica tertia quadragesime de servitio
dominice. Secunde vespere erũt de annuncia
tione & solẽnis memoria dominica. In quinta
feria dr primum R. fer. & alia duo in sabbato.

¶ Dominica tercia xl. ad vesperas. An. Benedictus. Ps. Ipsum. Capi.

Eph. 5. A. Estote imitatores dei sicut filii charissimi/ et ambulate in dilectione sicut et christus dilexit nos: et tradidit semetipsum pro nobis oblationē et hostiam deo in odorē suavitatis. R. Igitur Ioseph ductus est in egyptum: faitque dñs cū eo Per quem erat vir in cūctis prospere agēs. V. Misertus est enim de' illius: et omnia ei' opera dirigebat. Per quē. Gl'ia. Per. Hy'.

Ecce tempus idoneū/ medicina peccaminum: quibus deū offendimus/ corde verbis operibus.

Qui pius ac propiti' nobis pepercit hactenus: ne nos cū nostris perderet / tantis iniquitatibus.

Nunc igitur ieiuniis eum precib' et lachrymis: multisque bonis alis / placemus devotissimi.

Ut nos a cunctis sordibus/ purgans ornet virtutibus: angelicis et cetibus/ nos iungat in celestibus.

Sit benedictus genitor/ eiusque unigenitus cum spiritu paraclito trinus et unicus deus. Amen.

V. Angelis suis. A. Dedit pater penitenti filio stolam primam pariter et anulum: nam et calciamenta illi tribuens celebrauit magnum conuiuium/ habemus stolam primā in lauachro et anulum fidei signaculum. Ps. Magnificat. Oratio.

Quesumus omnipotēs deus vota humilium respice: atque ad defensionem nostram/ dexterā tue maiestatis extende. Per dominum. ¶ Ad completoriū. an. Signatū est. Ps. Cū inuocarem. Hy'. Christe qui lux.

℣. Custodi nos. ℟. Me-
dia vita. Nunc di-
mittis. quere ad cõple
torium post psalte. ad
matu. Inuit. In manus
tuas dñe. Omnes fines
terre. ps. Venite. Hym.

Clarum decus ie
iunij/monstratur
orbi celit⁹: quod chri-
stus auctor omniũ/ci-
bis dicauit abstinẽs.
Hoc moyses charus
deo/legisq lator fa-
ctus est: hoc heliam p
aera/curru leuauit i-
gneo.
Hinc daniel myste-
ria/victor leonum vi-
derat: per hoc amicus
intimus/sponso ioan-
nes claruit.
Hec nos sequi donã
deũs/exempla parsimo
nie: tu robur auge mẽ-
tium/dans spiritale
gaudium.
Presta pater per filiũ
presta per almum spi-
ritum cum his per e-
uum triplici/vn⁹ deus
cognomine. Amen.
In. j. noc. ãn. Serui-
te. ps. Beatus vir. ℟.
Dicet domio. Hec die
in pmo noct. et quotti
die per hebd. legãtur
lect. de ioseph vsq ad
finem genesis/quando
de dñica et de tempo-
rali agitur. Lectio. j.



Joseph cum Gen
sexdecim es 37. a
set annorũ/
pascebat
gregem cũ
fratribus suis adhuc
puer: et erat cum filijs
bale et zelphe vxorum
patris sui. Accusauit-
q fratres suos apud
patrem suum crimine 2
pessimo. ℟. Videntes
Joseph a longe loque 1
bantur mutuo fratres
dicentes. Ecce somnia
tor venit: venite occi-
damus eum/et videa-
mus si prosint illi som
nia sua. ℣. Cumq vi-
dissent ioseph fratres
sui q a patre cunctis
fratribus plus amare
tur oderant eum/nec
poterant ei quicq pa-
cifice loqui: vnde q di

erbat. Ecce. Lectio .ii.

Israel autem dili
gebat Joseph su⁹
per omnes filios suos
eo q in senectute ge=
nuisset eum. Fecitq ei
tunicam polymitam.
Videntes autem fra=
tres eius q a patre cu
ctis filiis plus amare
tur oderant eum / nec
poterat ei quicq paci=
2 fice loqui. Rx. Dixit iu
das fratribus suis: ec
ce ismaelite transeunt /
venite venundet & ma
nus nostre non pollua
tur. Caro enim & fra=
ter noster est. Vs. Que
abiisset ruben ad puteu
& non inuenisset eum:
scissis vestibus perges
q ad fratres ait / puer
non comparet & ego quo
ibo? Caro enim. Lec. iii.

Accidit quoq vt
visum somnium
referret fratrib⁹ suis
que causa maioris o=
dii seminariu fuit: di=
xitq ad eos. Audite so
nium meum quod vi=
di. Putabam nos liga
re manipulos in agro
& quasi meum manipu
lum consurgere & sta=
re: vestrosq manipu=
los circunstantes ado
rare manipulu meum.
Responderunt fratres
ei. Nunquid rex noster
eris: aut subiiciemur
ditioni tue? Hec ergo
causa somniorum atq
sermonum: inuidie et
odii fomitem ministra
uit. Rx. Videns iacob ve 3
stimenta ioseph scidit
vestimenta sua cu fle
tu: & dixit. Fera pessi=
ma deuorauit filium meu
ioseph. Vs. Congregatis
autem cunctis liberis
eius vt delinirent do=
lorem patris: noluit
eos audire / sed dixit
fera. Alius Vs. per heb
do. Vide si tunica filii
tui sit an non: & cu vi=
disset pater ait. Fera
pessi. Gloria pa. Fera.
¶ In .ii. nocturno. a. Bo=
norum. ps. Conserua.
Vs. Ipse liberauit. Me=
die lec. de sermo. beati
ioannis epi. Lect. iiii.

Mittitur a patre Jacob sanctissimo ioseph sanctus ad fratres qui salutē patris ad illos/ & ipsorum ad patrē referret. Ut inter absentes medi9 utriusq3 salutis nunci9 existeret: ut quod de semetipsis absētes scire non poterant Joseph referēte cognoscerēt. Et disiunctos hui9 relatio iūgeret quos locorū diuersitas separabat. Quē cum uenietē de lōge conspicerent: inquiūt. Ecce adest sōniator ille. Uenite ita q3 & occidamus illū: & uideamus quid porten dant illi somnia eius.

4 ℟. Joseph dum intraret in terram egypti: linguā quam nō nouit audiuit. Manus ei9 in laboribus seruierunt/ et lingua ei9 iter prin cipes loquebat sapiētiā. ℣. Diuertit ab one rib9 dorsū ei9. Ma. L. b.

O Nephāda rabies iniquorū. Non licet Joseph: nō licet (in q̄) impunitum esse q bonus est/ nō licet meliorem tutum esse cum malis. Et quasi inuidi aliquid perdant: aut dispēdium alicui9 rei incurrant sic bonorum uita detrimentum est pessimorum. Mansuetum zelant inuidi: modestum superbi: probū improbi: innitē tumidi inimica emulatione lacessunt. ℟. in. Memento 5 mei dum bene tibi fuerit. Ut suggeras pharaoni et educat me de isto carcere/ q2 furtim sublatus sum: & hic innocēs in lacum missus sum. ℣. Tres enim 6 adhuc dies sunt post quos recordabit pharao ministerij tui ut reuocet te in gradū pristinum: tunc memento mei. Ut suggeras pharaoni. Lectio sexta.

Patitur ioseph sanctus innocētis uite inuidiam: et emulos i se fratres sancta excitat

uita. Bonum mali uidere non possunt. Denique uenientem ad se lacerant: seuiunt/ necare festinant. Nolunt meliorem uiuere: ne degeneres ipsi possēt im properia sustinere. Cur innocentem zelas inimica fraternitas? Cur inuides bono? Cur pati simplicem nō potes. Cur modestum persequeris? Cur probū nō diligis? Cur rea innocentis sanguinis inuenitis? Saltē distract⁹ aliqua tenus uiuat: ne in te accusator innocēs sāguis (ut in cain) aliquando existat. ℟. Dixit ruben fratribus suis: nunquid non dixi uobis nolite peccare i puerum: et non audistis me? En sāguis ei⁹ exquiritur. ℣. Merito hec patimur quia peccauimus in fratrē nostrum uidentes angustiā anime ei⁹ dum deprecaretur nos/ et non audiuim⁹. En sanguis

Gloria. En sanguis.

¶ In tertio nocturno.

An. Preceptum domini. Ps. Celi enarrant.

Alus Scapulis suis.

¶ Secundum Lucam.

In illo tempore. Erat iesus eiiciēs demoniū: et illud erat mutum. Et cum eiecisset demoniū locut⁹ est mutus: et admirate sūt turbe. Et reliqua. Cap. II. B.

Homelia ex commen. uenerabilis bede presbyteri. Lectio septima.

Demoniac⁹ iste apud matheum non solum mutus: sed et cec⁹ fuisse narratur. Curatus quoque dicitur a domino: ita ut loqueretur et uideret. Tria generalia signa simul in uno homine perpetrata sunt. Cec⁹ uidet/ mut⁹ loquitur possess⁹ a demonio liberatur. Quod et tūc quidē carnaliter factū est: sed et quotidie cōpletur in conuersione credētium/ ut expulso primū demone fidei lu.

mē suscipiāt deinde ad
laudes dei tacēt: ap: ꝑ
7 oza laxē: ne. Tu. ℟. Me
rito hec patimur quia
peccauimus in fratrē
nostrum videntes an-
gustiā anime eius dū
deprecaretur nos: ꝛ nō
audiuimus. Idcirco ve
nit super nos tribula-
tio. ℣. Dixit ruben fra
tribus suis: nunquid
non dixi vobis nolite
peccare in puerū ꝛ nō
audistis me: Idcirco
venit. In octa. ℟.

Quidā aūt ex eis
dixerūt. In beel
zebub principe demo-
niorū eiicit demonia.
Non hoc aliqui de tur
ba: sed pharisei calum
niabantur ꝛ scribe/ si-
cut alii euāgeliste te-
stātur. Turbis qui dem
que minus erudite vi
debātur dūi semp fa-
cta mirātibus: illi cō-
tra vel negare hec/ vel
qui negare nequiuerāt
sinistra interpretatio-
ne peruertere labora-
bāt: quasi hec nō diui-
nitatis sed immundi
spūs opera fuissent/ id
est beelzebub qui erat
deus muscarum. Nam
beel quidē ipse est baal:
zebub autē musca vo-
catur. Tu. ℟. Tollite
hinc vobiscum mune-
ra ꝛ ite ad dūm terre ꝛ
dum inueneritis ado-
rate eū super terram. 8
Deus autē meꝰ faciat
vobis eum placabilē
ꝛ remittat ꝛ hūc fra-
trem vestrum vobiscū
et eum quem tenet in
vinculis. ℣. Sumite
de optimis terre fru-
gibus in vasis vestris
ꝛ deferte viro mune-
ra. Deus aūt. Lect. ix.

Hec iuxta quedam
mendosa exēpla-
ria vel l. litera vel d.
in fine nominis est le-
gēda: sed b. Beelzebub
ergo baal muscarū (id
est vir muscarum/ siue
habens muscas) inter
pretatur: ob sordes vi
delicet imolatitii cruo
ris: ex cuius spurcissi
mo ritu vel noie princ-

ripem demoniorū co-
gnominabant. Et alij
tentantes signū de ce-
lo querebāt ab eo: vel
in morem helie ignem
de sublimi venire cu-
piebant: vel in simili-
tudinem samuelis tē-
pore estiuo mugire to-
nitrua/coruscare ful-
gura: ymbres ruere
quasi nō possent & illa
calūniari/et dicere ex
occultis et varijs ae-
ris passionib⁹ accidis-
se. ℟. Loquēs ioseph
fratribus suis: dixit.
Pax vobis / nolite ti-
mere: p salute em̄ ve-
stra misit me dn̄s ante
vos. ℣. Eleuauitq̧ vo
cem cū fletu/quam au
dierāt egyptii omnisq̧
q̧ dom⁹ pharaonis: et
dixit fratrib⁹ suis. Pax
vo. Glia. Pax fr̄e. ℟.
Iste est frater vester
minim⁹: de quo dixera
tis mihi/de⁹ misereat-
tur tui fili mi. Festina
uitq̧ in domū & plora-
uit. Ai erumpebāt la-
chryme & n̄ ni poterat
se continere. ℣. Attol-
lens autē ioseph ocu-
los vidit bēiamin frā-
trem: & cōmota sūt oīa
viscera eius super fra
trem suū. Festinauit.
Gloria pri. Quia. ℟.
Dixit ioseph vndecim
fratribus: ego sum io
seph quem vēdidistis
in egyptū: adhuc viuit
pater noster senior de
quo dixeratis michi?
Ite adducite eū ad me
vt possit viuere. ℣s.
Biennū est enim qđ
cepit esse fames i ter-
ra/ & adhuc restant an
ni quinq̧. Ite adduci-
te. ℟. Nunciauerūt ia
cob dicētes/ioseph fi-
lius tu⁹ viuit: & ipse do
minatur in totā terrā
egypti: quo audito re-
uixit spiritus ei⁹ & di
xit. Sufficit mihi. Va-
dam & videbo eum an-
teq̄ moriar. ℣⁹ Cumq̧
audisset iacob quod fi-
lius eius viueret qua
si de graui somno eui-
gilans ait. Sufficit.
Gloria. Vadā. ℟ Ipse

liberauit me. ℟. De la queo venātiū & a verbo aspero. In laud. ān.
1 Fac benigne in bona voluntate tua/ vt edificentur dñe muri hierusalē. ps. Miserere mei
2 deus. ān. Domin9 mihi adiutor est:nō timebo quid faciat mihi homo. ps. Cōfitemini. ān.
3 Deus misereatur nři & benedicat nobis. ps. Deus deus meus. ana.
4 Dum virtutis sue obstitus est ignis/ vt pueri tui liberarentur illesi. ps. Bñdicite oia opa.
5 ān. Sol & luna laudate deū:quia exaltatum est nomen eius solius. ps. Laudā dñm de celis. Cpm. Estote. Hymnus

Iesu quadragenarie dicator abstinentie:qui ob salutem mētium/hoc sanxeras ieiunium.

Quo paradiso redderes seruata parsimonia:quos inde castrimargia illecebrosa depulit.

Adesto nunc ecclesie:adesto penitentie/ que pro suis excessibus orat profusis fletibus.

Tu retroacta crimina/tua remitte grā:et a futuris adhibe custodiam mitissime.

Ut expiati annuis ieiuniorum victimis:tēdamus ad paschalia digne colenda gaudia.

Presta pater per filiū:presta per almum spiritum:cū his. ℣. Scuto circundabit. ān. Jesus autem cum eiecisset demonium locut9 est mutus:& admirate sunt turbe. ps. Benedictus. Oratio. Quesumus omnipotēs deus. Cād. j. ān. Si in digito dei eijcio demonia profecto venit in vos regnū dei. ps. De9 de9 me9 respice. Cād. iij. ān Dum fortis armatus custodit atrium suum:in pace sunt omnia que possidet. psalm9. Legem pone mihi.

domine viã iustitiã. Ch. Estote. ps. Bonũ mihi dñe. Chorus prosequatur totũ. quod humiliasti me. Bonum michi lex oris tui super milia auri et argenti. Clericus dicat versũ. Man9 tue fecerunt me et plasmauerunt me: da mihi intellectũ vt discã mandata tua. Bonum mihi. Gloria patri. Bonũ mihi. ps. Dicet dño. Cap. sextã. an. Qui non colligit mecum: dispergit: & qui non est mecum contra me est. ps. Defecit. Ch.

Fornicatio autẽ & omnis immũditia aut auaritia nec nominetur in vobis: sicut decet sanctos. Rñs. Seruus tuus. Chorus totũ prosequatur. ego sum. Da mihi intellectum dñe. Clericus. vs. Vt discã mãdata tua. Da michi. Gloria pa. Seruus. ps. Ipse libe. Cap. nonã. an. Cũ immũd9 spirit9 exierit ab homine ambulat per loca inaquosa querẽs requiem/ & nõ inuenit. ps. Mirabilia. Capitm.

Hoc scitote fratres intelligentes qđ ois fornicator/aut immũdus aut auar9 qđ est idolor9 seruit9: nõ habet hereditatẽ i regno christi & dei. Rñs. Septies in die. Chorus totum prosequatur. laudẽ tibi do. De9 me ne perdas me. Cleric9. vs. Erraui sicut ouis q̃ perierat: require seruum tuũ dñe: quia mãdata tua non sũ oblit9 Deus. Gloria pa. Septies in die. ps. Scapulis suis obumbrabit.

Hec vñia predicta sup horas sap: dicto modo per xv. dies dicãtur. Cap. ad vespe. an. Sede a dextris. ps. Dixit dominus. Ch. Estote. Rñ. Educ de carcere. Chorus prosequatur totũ animam meã. Vt confiteatur nomini tuo dñe. Clericus. vs. Perijt fu

Ephe. 5. a

Col. 3.

ga a me: et non est qui requirat animã meã. Ut confiteatur. Gl'ia. Chorus repetat R. Et dus hoc predictũ R. dicatur quotidie ad vesp. per hanc hebdoma. qñ de feria agitur. Hy. Ecce tẽpus. V. Angelis suis. A. Extollẽs quedam mulier vocem de turba dixit: beatus venter qui te portauit et vbera que suxisti/at te sus dixit ei quinimo beati qui audiunt ver bũ dei et custodiunt illud. ps. Magnificat. Oratio. Quesumus om nipotens. Supradictus ordo. hy. huius vo. ser uetur per xv. dies. ac. ¶ Feria secunda et quo tidie per hebdo. dicun tur A. et R. ad matu. se cundũ ordinẽ noc. hist. do. Ita tamen q̃ R. iiii feria. non omittantur vt supra dictũ est in. j. hebdoma. aduen. dñi. Et si nullũ festũ nouẽ lectionũ per hanc heb do. contige. tunc. j. R. feriale scz. Iste est fra ter. erit. iij. R. in quar ta feria et alia duo R. in sab. dicantur. Si ali quod festũ nouẽ lectio nũ in aliqua feria per hanc hebdo. contige. tunc. j. R. feria erit. iij quãdo primo dr̃ de iij. noc. et alia duo R. fer. dicantur quando vlti. dicitur de fer. per heb domadã. Si autẽ. iij. fes. per hãc hebdo. va caue. tũc. j. R. fer. erit. qñ de. ij. noc. dr̃ et alia duo R. fer. dñr loco. viij. et. ix. R. ij. qñ vlti. dicitur de fest. Si ve ro nullũ fest. nouẽ lec tionũ per hanc hebdo ma. contigerit tunc di cetur primũ R. i quar ta feria: et alia duo in sabbato: vt supra di ctũ est. Lectio prima.

Aliud quoq3 vidit somnium: quod narrans fratribus ait. Uidi per somniũ quasi solem et lunã et stellas vndecim adorare me. Quod cũ patri suo et

fratrib⁹ retulisset: increpauit eũ pater ꝛ dixit. Quid sibi vult hoc sõniũ qđ vidisti? Nũ ego/ ꝛ mater tua/ ꝛ fratres tui adorabim⁹ te super terrã. Lectio.ij.

Inuidebant ergo ei fratres sui pater vero rẽ tacit⁹ cõsiderabat. Cũq; fratres illius patris morarẽtur i sichẽ: dixit ad eũ israel. Fratres tui pascunt greges in sinichis veni/ mittã te ad eos. Lec.iij.

Quo respondente presto sũ: ait. Vade ꝛ vide si cuncta ꝓspera sint erga fratres tuos ꝛ pecora: et renuntia mihi quid agatur. ãn. Amen dico vobis/ quia nemo propheta acceptus est in patria sua. ãn. Benedictus. Oratio.

Cordibus nostris quesumus dñe gratiã tuam benignus infunde: vt sicut ab escis corporalibus abstinemus ita quoq; sensus nostros a noxiis retrahamus excessib⁹. Per dñm. ¶ Ad primã ãn. Viuo ego. ¶ Ad terciam. ãn. Per arma iustitie. Capitulum.

Lauamini ꝛ mundi estote auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis: quiescite agere peruerse/ discite benefacere. ꝶ. Bonũ mihi. ¶ Ad sextam. ã. Emendemus. Capitulum.

Querite iudiciũ/ subuenite oppresso/ iudicate pupillo/ defẽdite viduã/ ꝛ venite ꝛ arguite me dicit dñs. ꝶ. Seruus tuus. ¶ Ad nonam. ãn. Aduenerunt nobis. Capi.

Si fuerint peccata vestra vt coccinum: quasi nix dealbabuntur: et si fuerint rubra quasi vermiculus / velut lana alba erunt. ꝶ. Septies in die. Hec capi. dicunt' ꝛ in. et horas in feria vsq; ad passionem. Dominica quando

Esa. 1. C.

Eod.

Eod.

de feria agitur. Ad vesperas. An. Jesus autem transiens per medium illorum ibat. ps. Magnificat.

Subveniat nobis quesumus domine misericordia tua: ut ab imminentibus peccatorum nostrorum periculis/te mereamur protegente eripi: et te liberante salvari. Per dominum nostrum Jesum christum filium tuum.

¶ Feria tertia. Lec. j.

Missus de valle hebron venit in sichem: invenitque eum vir errantem in agro/et iterrogavit quid quereret. At ille respondit. Fratres meos quero: indica mihi ubi pascant greges. Dixit ei vir. Recesserunt de loco isto: audivi autem eos dicentes/eamus in dothaim. L. ij.

Perrexit Joseph post fratres suos et invenit eos in dothaim. Qui cum vidissent eum procul / antequam accederet ad eos cogitaverunt illum occidere et mutuo loquebantur. Lectio. iij.

Ecce somniator venit venite occidamus eum: et mittamus in cisternam veterem: dicemusque. Fera pessima devoravit eum. Et tunc apparebit quid possint illi somnia sua. R. Si duo ex vobis consenserint super terram: de omni re quamcunque petierint fiet illis a patre meo qui in celis est dicit dominus. ps. Benedictus. Oratio.

Exaudi nos omnipotens et misericors deus/et continentie salutaris propitius nobis dona concede. Per dominum nostrum Jesum.

Ad vesp. an. Ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo/ in medio eorum sum dicit dominus. ps. Magnificat. Oratio

Tua nos domine protectione defende: et ab omni semper iniquitate custodi. Per.

¶ Feria quarta. Lec. j.

Audiens autem hoc ruben: nitebatur

liberare eum de mani
bus eorum/ & dicebat.
Non interficiam⁹ ani=
mam eius nec effunda
mus sanguinē ei⁹: sed
proijcite eū in cister=
nam veterē que est in
solitudine: manusq́ ve
stras seruate innoxias
Lectio secunda.
Hoc autē dicebat vo
lens eripere eū de ma
nibus eorū: & reddere
patri suo. Confestī enī
vt peruenit ad fratres
nudauerunt eum tuni
ca talari & polymita:
miseruntq́ eum in ci=
sternam veterem que
non habebat aquam.
Tu autē. Lectio tertia
Et sedentes vt come
derent panē/ viderunt
ismaelitas venire de
galaad: & camelos eo=
rum portantes aroma
ta/ resinā/ & stacten in
egyptum. Dixit ergo
Judas fratribus suis.
Quid nobis prodest/ si
occiderimus fratrem
nostrū: & celauerimus
sanguinem ipsius? Me
lius est vt venundetur
ismaelitis/ & man⁹ no=
stre non polluantur: ca
ro enī & frater noster
est. Audite & intel=
ligite traditiōes quas
dñs dedit vobis. Ps.
Benedictus. Oratio.
Presta nobis que=
sumus dñe/ vt sa
lutaribus ieiuniis eru
diti/ a noxiis quoq́ vi
tiis abstinētes propi=
tiationē tuā facilius
impetrem⁹. Per dñm.
¶ Ad vesperas. ā. Non
lotis manib⁹ mãduca
re nō coinqinat hoiem
Ps. Magnificat. Oratio
Concede q̄s omni
potens deus: vt
qui ꝓtectionis tue gra
tiā querim⁹/ liberati a
malis oib⁹ secura tibi
mente seruiamus. Per
dominū nostrū Jesum
christum filium tuum.
¶ Feria quinta. Lec. j.
Acquieuerūt fra=
tres sermonibus
eius: et pretereuntib⁹
madianitis & negocia=
toribus / extrahentes

ioseph de cisterna ven diderunt ismaelitis triginta argenteis. Qui duxerunt eũ in egyptũ. Lectio secũda.

Reversusque ruben ad cisternam non invenit puerũ: et scissis vestib9 pergens ad fratres suos ait. Puer nõ comparet/ et ego quo ibo? Tulerunt autẽ eius tunicã: et sanguine hedi quẽ occiderant tinxerunt: mittentesque qui ferrent ad patrem et dicerent. Hanc invenimus vide utrũ tunica filij tui sit an non. Lec. iij.

Et iacob cũ cognovisset tunicam ioseph ait Tunica filij mei est: fera pessima comedit eum: bestia devorauit Joseph. Scissisque vestibus indutus est cilicio: lugens filium suum multo tempore. Aña. Operamini non cibum qui perit: sed qui permanet in vitã eternam. Ps. Benedictus. Oratio.

Concede quesumus omnipotens deus: ut ieiuniorũ nobis sancta devotio et purificationẽ tribuat: et maiestati tue nos reddat acceptos. Per dñm nostrũ ¶ Ad vesperas. aña. Panis enim dei est qui de celo descẽdit: et dat vitam mundo. Ps. Magnificat. Oratio.

Subiectũ tibi populũ quesumus dñe propitiatio celestis amplificet: et tuis sẽper faciat inhiberere mandatis. Per do. ¶ Feria sexta. Lectio. j.

Congregatis autem cunctis liberis eius ut leniret dolorẽ patris: noluit consolationẽ accipere / sed ait. Descendam ad filium meũ lugens i infernum. Lectio secũda

Et illo perseuerante in fletu: madianite vẽdiderunt in egyptum ioseph phutifari eu nu

tho pharaonis: magistro militie. Igitur ioseph ductus est in egyptum: emitque eum phutifar eunuchus pharaonis / princeps exercitus sui / vir egyptius: de manu ismaelitarum a quibus perductus erat. Tu autem. Lectio tertia

Fuit autem dominus cum ioseph: et erat vir in cunctis prospere agens. Habitabatque in domo domini sui: qui optime noverat esse dominum cum eo: et omnia que gereret ab eo dirigi in manu illius. Invenit ioseph gratiam coram domino suo: et ministrabat ei. A quo prepositus omnibus gubernabat creditam sibi domum: et universa que sibi tradita fuerant. Rx. Domine video propheta es tu: patres nostri in monte hoc adoraverunt. Benedictus. Oratio

Ieiunia nostra que sumus domine benigno favore prosequere: ut sicut ab alimentis abstinemus in corpore / ita a vitiis ieiunemus in mente. Per dominum.

¶ Ad vesp. an. Veri adoratores adorabunt patrem in spiritu et veritate. ps. Magnificat. Oratio.

Presta quesumus omnipotens deus: ut qui in tua protectione confidimus / cuncta nobis adversantia te adiuvante vincamus. Per dominum nostrum Iesum.

¶ Sabbato. Lectio.i.

Benedixit dominus domui egyptii propter ioseph: et multiplicavit tam in edibus quam in agris cunctam eius substantiam: nec quicquam aliud noverat nisi panem quo vescebatur. Erat autem Joseph pulcher facie: et decorus aspectu. Lectio secunda

Post multos itaque dies iniecit domina eius oculos suos in ioseph: et ait. Dormi mecum. Qui ait. Ecce dominus meus omnibus michi

traditis ignorat quid habet in domo sua; nec quicquã est quod non ĩ mea sit potestate/vel non tradiderit michi: preter te que vxor eius es. Quomodo ergo possum hoc malũ facere/ et peccare in dñm meũ. Huiuscemodi verbis per singulos dies mulier molesta erat adolescenti: et ille recusabat stuprum. Lectĩ. iij. Accidit autẽ quadam die vt intraret ioseph domũ operis quippiã absq3 arbitris faceret et illa apprehensa laci nia vestimenti eius/diceret. Dormi mecum. Qui relicto in manu eius pallio fugit: et egressus est foras. an. Inclinauit se Jesus et scribebat in terra: si quis sine peccato est mittat in eam lapidẽ. ps. Benedictus. Oratio. Presta quesumus omnipotens deus/ vt qui se affligendo carnem ab alimentis abstinent/ sectando iusticiam a culpa ieiunent. Per dominum nostrum Jesum christum filium tuum.

D. A ¶ Dominica quarta quadragesime tota cantetur hist. Feria. 4. et sab. vt iij. fer. Feria. 3. memo. de sanctis. ad. 2. ves. et ad ma. de s. maria.

a A ¶ Dominica quarta quadragesime tota vt victoriaque festũ sancti gregorii differatur i crastĩ. Ad vesperas que erũt de fes. fiat solen. mẽo. de dñica. Feria. 5. vt iij. fer. Sabbato de sancto edvvardo. ca. hm. Beatus vir qui in sapientia.

b. A ¶ Dñica. 4. xl. tota dicitur historia. Ad primas vesperas fiat memoria de sãcto edvvardo. Ad secundas vesperas que erunt de sctõ cuthberto fiat mẽoria de do. In feria fer vt iij. fer. Sabbato de annunciatione. Vespere erũt de dñica

licet festū loci fuerit & mēo. tantū de festum.
¶ Dominica quarta quadragesime de seruitio 4 A
dominice. Ad primas vesperas que erunt de
annunciatione fiat solennis memoria de domi
nica. Feria quarta & sabbato dicitur R̷. fer.
¶ Dominica quarta quadragesime de seruitio 5. A
do. Secunde vespere erunt de sancto Richar=
do & memoria de dñica. Feria sexta dr̄ R̷. fer.
¶ Dominica quarta quadragesime de seruitio 1. B
dominice/ & in quarta feria dicit̄ responso. fe.
Sabbato de sancto grego. cap̄. Ecce sacerdos.
¶ Dominica quarta quadragesime de seruitio 2 B
dominice. Ad primas vesperas que erunt de fe
sto fiat solēnis memoria de dñica & in quarta
feria dicitur responso. fe. Feria sexta de sācto
edwardo cap̄. Beatus vir qui in sapientia.
¶ Dominica quarta quadragesime de seruitio 3. B
dominice & festum sancti cuthberti differatur
vsq; in tertia fe. & in sabbato dicitur R̷. fer.
¶ Dñica 4. xl. de seruitio dñice tota cāter̄ hist. 4 B
& in. 4. feria dr̄ responso. fer. & in sabbato.
¶ Dominica quarta xl. de seruitio dñice / & fe= 5. B
stum sancti Richardi differatur vsq; in. 3. fer.
Secunde vespere erunt de sancto ambrosio: et
solen. memoria de domi. & in sexta fe. dr̄ R̷. fer.
¶ Dominicaquarta quadragesime tota dicitur 1. C
historia & nihil de virginib9 nisi memoria ad
matutinas & ad vesperas de beata maria. Fe
ria quarta dñe R̷. fe. ¶ Dñica quarta quadra= 2 C
gesime tota dr̄ histo. & in. 4. feria dr̄ respon. fe.
¶ Dominica quartaquadragesime tota dicitur 3. C
historia & festū sancti Benedicti differatur in
crastinum & in sexta feria dicitur responso. fe.

4.C ¶ Dñica.4. tota dr̃ histo. Feria.4.dr̃ R̷.fer.

5.C ¶ Dominica quarta quadragesime tota dicitur historia. Secunde vespere erunt de festo cum pleno servi.in crastino. In quinta fe.dr̃ R̷. fer.

1.D ¶ Dominica quarta xl.de servi.dñice & festum sancti dauid differ. usque ad tertiam feriam. Feria secunda & 3.de festo.ix.lec.omnia de communi unius confesso.& ponti.in.6.fe.dr̃ respõ. fer.

2.D ¶ Dñica.4.xl.de servi.dñice. Fe.4.dr̃ R̷.fer.

3.D ¶ Dominica quarta quadragesime de servitio dominice. In quinta feria dicitur R̷.fe. Feria quarta caþm. Beatus vir qui in sapientia.

4.D ¶ Dñica.4.xl.de servi.dñi.& in.5.fe.dr̃ R̷.fe.

5.D ¶ Dominica quarta xl.de servitio dñi.& in.4.fe.dr̃ R̷.fer. Sabbato de sancto ambrosio. Secunde vespere erunt de do.& memo.de festo.

1.E ¶ Dominica quarta quadragesime de servitio domini.& festum sancti cedde differatur in crastino. Feria secunda sancta cedda.ix.lec.oia de cõmuni unius confess.& ponti.& in.5.fe.dicitur R̷. fe.

2.E ¶ Dñica.4.xl.de servi.do.& in.5.fe.dr̃ R̷.fer.

3.E ¶ Dominica quarta quadragesime de servitio dominica & in sabbato dicitur R̷.fe. Feria tertia caþm. Beatus vir qui in sapientia.

4.E ¶ Dñica.4.xl.de ser.do.& in.5.fe.dr̃ R̷. feriale

5.E ¶ Dominica quarta xl.de servitio dominicali & in quarta feria dicitur responsa.feriale.

1.F ¶ Dñica.4.xl.de ser.do.Fer.4.& sab.dr̃ R̷.fe.

2.F ¶ Dñica.4.xl.de ser.do.& in.5.fe.dr̃ R̷. feria.

3.F ¶ Dominica quarta quadragesime de servitio dominica. Vespere erunt de festo.caþm. Beatus vir qui in sapientia.& in sabba.dr̃ R̷.feriale.

4.F ¶ Dominica quarta quadragesime de servitio

dominica. Secunde vesp. erunt de fest. annūcia. et solen. mēo. de do. Feria quinta dr̄ R̄. feriale
¶ Dn̄ica. 4. xl. de seruit. do. Feria. 6. dr̄ R̄. fer. 5. A
¶ Do. 4. xl. de ser. do. Feria. 4. et sab. dr̄ R̄. fer. 1. G
¶ Do. 4. xl. de ser. do. Secūde vesp. erūt de fest. 2. G
et solē. mēo. de dn̄ica. In quinta fe. dr̄ R̄. feria.
¶ Dominica quarta quadragesime de seruitio 3. G
domini. Secunde vespere erunt de festo et so-
len. memoria de dn̄ica. In sab. dicitur R̄. fer.
¶ Dominica quarta xl. de seruitio dominice. 4 G
Festum annunciationis differatur in crastī. ni-
si fuerit festum loci: et 2. vespere erunt de an-
nunciatione et solennis memoria de dominica.
Feria quinta dicitur responso. feriale.
¶ Dominica quarta xl. de seruitio domini. et 5. G
in sexta feria dicitur responso. feriale.

¶ Dominica quarta quadragesime. Ad vesperas. Ā. Benedictus. P̄s. Ipsum. Capitulū.

Gala 4. C — Scriptum est eni quoniā abraham duos filios habuit: vnum de ancilla/ et vnū de libera: sed qui de ancilla secundum carnem natus est qui autē de libera per repromissionem. R̄. Audi israel. Hy⁹. Ecce temp⁹. V̄. Angelis suis. Ā. Nemo te condēnauit mulier? nemo dn̄e: nec ego te condēnabo: iam amplius noli peccare. P̄s. Magnificat. Oratio.

Concede q̄s omnipotens deus / vt qui ex merito nostre actiōis affligimur/ tue gratie consolatione respiremus. Per dn̄m.

¶ Ad matutī. Inuita. Populus domini et oues pascue eius. Venite adoremus. P̄s Venite. Hy⁹ Clarum de.

¶ In primo noctur. Ā.

Seruite. ps. Beat⁹ vir. ℣. Dicet dño. Hac die incipiatur exodus / et legatur per totã ebdo. vsqꝫ ad finẽ / quãdo de tẽporali agitur. Lec. i.

Exod 1 a Hec sunt nomina filiorũ israel qui ingressi sunt in egyptum cum iacob. Singuli cum domib⁹ suis introierunt: ruben / symeon / leui / iudas / isachar / zabulon et beniamin / dan et neptalim / gad et aser. Erant igitur oẽs anime eorum qui ingressi sunt de femore iacob: septuaginta quinqꝫ Joseph autẽ in egypto erat. Quo mortuo et vniuersis fratribus eius omniqꝫ cognatione sua: filij isrl' creuerunt. Qui quasi germinantes multiplicati sunt ac roborati nimis: impleuerunt qꝫ

1 terrã. Tu autẽ. ℟. Locutus est dñs ad moysen dicens: descende i egyptũ / dic pharaoni vt dimittat populum meũ. Induratũ est cor pharaonis / non vult dimittere populũ meũ nisi in manu forti. ℣. Videns vidi afflictionem populi mei qui est in egypto: et gemitum eius audiui: et descendi liberare eum. Induratũ est. Lectio ſc'da.

Surrexit interea rex nouus super egyptũ: qui ignorabat ioseph: et ait ad populum suũ. Ecce popul⁹ filiorum israel multus et fortior nobis est. Venite / sapiẽter opprimamus eũ ne forte multiplicetur: et si ingruerit contra nos bellũ addatur inimicis nostris: expugnatisqꝫ nobis egrediatur de terra. ℟. Stetit moyses coram pharaone et dixit: hec dicit dominus. Dimitte populum meum vt sacrificet michi in deserto. ℣. Domin⁹ deus hebreorũ misit me ad te vt dicã tibi. Dimitte populũ. Lectio. iij. 2

Præposuit itaq; eis magistros operũ: vt affligeret eos oneribus. Edificaueruntq; vrbes tabernaculorũ pharaoni phiton & ramesses / Quãtoq; opprimebant eos: tanto magis multiplicabantur & crescebant.

3 R. In mari via tua et semite tue in aquis multis. Deduxisti sicut oues populũ tuum In manu Moysi & aaron. V. Transtulisti illos per mare rubrũ: & trãsuexisti eos per aquam nimiã. Deduxisti. Gloria patri. In manu.

¶ In secũdo nocturno. A. Bonorũ. Ps. Cõserua. A. Ipse liberauit. De die lc. de sermone beati ioannis epi. lc. iiij.

Stabat moyses in monte: nõ armis sed precib9 pugnatur9. Stabat extensis ad celum manibus: deuoto orans affectu. Non de terra: sed de celo auxilium postulabat. Pugnabat cum hostibus absens: cum externis sine bello decertabat. Vt quem loci diuersitas ab inimicis seiunxerat: orationis affectus bellatorẽ presentem hostibus exhiberet. R. Qui persequebantur populũ tuũ domine demersisti eos in profundũ. Et in colũna nubis ductor eorũ fuisti dñe. V. Exclamauerunt filij israel i angustijs suis ad dñm: & misit eis saluatorẽ. Et in colũna. Lectio. v. 4

Fit moyse orante pugna occulta: sed manifesta victoria. Latenter dimicat: vt euidẽter deuincat. Solus orat: vt multi saluentur. Stabat enim moyses in monte iam proximus celo: iam vicinus syderibus. Et quãto eũ sublimitas montis extulerat: tanto oratio deo proximũ exhibebat. R. Cantemus domino gloriose enim 5

Honorificat⁹ est: equū & ascensorē proiecit in mare. Adiutor & protector factus est mihi dominus in salutem. V⁹. Currus pharaonis et exercitū ei⁹ proiecit i mare adiutor. Lectio. vi.

Hit moyse orante victoria cessante mesticia. Potentior hostis efficitur: iusti corpore fatigato. Desinit israel vincere: moyse desistente in prece. Ut dū diversa populis exhibentur: orationis nobis potētia demōstretur. Deniqȝ tādiu ista diversitas valuit: q̄diu moysi iugis oratio defuit. Perseverante prece: pseverās victoria roboratur. Iā geritur pugna cū hoste: tā amalech precib⁹ debel
6 latur. R. Moyses famulus dñi ieiunavit quadraginta dieb⁹ & quadraginta noctib⁹. Ut legē dñi mereretur accipere. V. Ascēdit moyses in montē sinay. Ut legē. Gloria. Ut legē.

¶ In tercio nocturno. an. Preceptū. Celi enarrant. V. Scapulis suis.

¶ Secundū Joannem

In illo tempore. Ca. 6
Abiit Jesus trans A
mare galilee quod dicitur tyberiadis. Et sequebatur eum multitudo magna / qz videbant signa que faciebat sup his qui infirmabantur. Et reliqua.

Homelia venerabilis Bede presbiteri. Lec. vij

Qui signa & miracula dñi ac salvatoris nostre cum legunt vel audiunt accipiunt: nō tā in his quid foris su
peant attendunt: q̄ qd 8
horum exemplo intus agere / quid ipsi in his mysticum perpendere debeant inspiciunt. R.
Splendida facta est fa 7
cies moysi dum aspiceret in eum dominus. Videntes seniores claritatem vultus eius admirantes timuerunt valde. V. Descendit

moyses de monte por=
tans duas tabulas la=
pideas in manib⁹ suis
scriptas vtrasq digi=
to dei. Viden. .ic. viij.

Ecce enim appro=
pinquāte pascha
die festo iudeorum: se=
quentē se multitudinē
dominus verbo salu=
tis pariter et opere cu
rationis erigebat. Nā
(sicut alius euangeli=
sta scribit) loquebatur
illis de regno dei: et
eos qui cura indige=
bant sanabat. Eadem
etiā doctrina et sana=
tione cōpleta: paucis
de cibarijs eos abun=
dantissime refecit. R̸.
8 Ecce mitto āgelū meū
qui precedat et custo=
diat sēper. Obserua et
audi vocē meā: et ini=
micus ero inimicis tuis
et affligētes te affligā
et precedet te angelus
meus. V. Israel si me
audieris nō erit in te
de⁹ recens/neq adora
bis deū alienū ego sū
dn̄s. Obserua. Lec. ij.

Nos ergo omnes
fratres charissi=
mi huius exemplo fa=
cti appropinquāte pas
cha die festo nostre re
demptionis: adiuncta
fratrum caterua domi
num toto corde sequa
mur. Quo actionū iti=
nere ingressus sit/dili
gentissime contemple=
mur: vt vestigia eius
sequi mereamur. Qui
enim dicit se in ipso
manere: debet sicut il=
le ābulauit et ipse am
bulare. Quicquid ī no=
bis imperitie nocētis
inesse deprehendim⁹:
crebra illius verbi au
ditione tergamus. R̸.
Audi Israel precepta 9
dn̄i et ea in corde tuo
quasi in libro scribe.
Et dabo tibi terrā fluē
tē lac et mel. V. Obser=
ua igitur et audi vocē
meā: et inimicus ero ini
micis tuis. Et. Gloria.
Et R̸. fer. Attēdite po
pule meus legē meā.
Inclinate aurē vestrā
in verba oris mei. V⁹.

Aperiam in parabolis
os meum: loquar pro-
positiones ab initio se
culi. Inclinate aurem.
Gloria patri & filio: et
spiritui sancto. Incli-
nate aurem vestram.
R. Noc℟. fer. erit. iii. quo
tiens dicetur de. iii. no
ctur. per hebdoma. q̄n
de tēporali dicitur. ℣.
Ipse liberauit me.
¶ In laudib⁹. Antiph.
1 Nunc acceptabis sa-
crificiū iusticie si auer
teris faciē tuā a pec-
catis meis. ps. Misere
2 re mei deus. an. Bonū
est sperare in domino
ꝙ sperare in princip-
bus. ps. Confitemini
3 dño. an. Benedicat nos
deus deus noster bene
dicat nos deus. ps.
Deus deus meus. an.
4 Potens es dñe eripe-
re nos de manu mor-
tis libera nos israel.
ps Benedicite omnia
5 an Reges terre & oēs
populi laudate deum.
ps. Laudate dñm. Cm.
Scriptū est. hy⁹. Ies⁹
quad. ℣. Scuto circum
dabit. an. Abijt iesus
trans mare galilee: et
sequebatur eū multi-
tudo magna / quia vi-
debant signa que facie
bat: erat autē proximū
pascha dies festus iu-
deorū. ps. Benedictus
dñs. Oro. Cōcede qs.
¶ Ad primā. a. Subijt
ergo iesus in montē &
ibi sedebat cū discipu
lis suis: erat autē pro-
ximum pascha dies fe
stus iudeorū. ps. De⁹
deus meus respice.
¶ Ad tertiā. a. Accepit
ergo iesus panes: & cū
gratias egisset distri-
buit discumbentib⁹ / si
militer & ex piscibus
quantū volebant. ps.
Legē pone. Cpm. Scri
ptū est. [illegible] & ℣. sicut
in prima dñica prete-
[illegible] ad oēs horas dñe.
¶ Ad sextam. an. De
quinque panibus & duo
bus piscibus satiauit
dominus quinque milia
hominum. ps. Defecit.
Capitulum.

Esa. 54 D. Letare sterilisque non paris: erumpe & clama que non parturis: quia multi filii deserte/ magis quam eius que habet virum.

¶ Ad nonam. An. Saciavit dominus quinque milia hominum de quinque panibus & duobus piscibus. Ps. Mirabilia. Capitulum.

Nos autem fratres secundum isaac promissionis filii sumus/ & quomodo tunc is qui secundum carnem natus fuerat persequebatur eum qui secundum spiritum/ ita & nunc: sed quid dicit scriptura? eiice ancillam & filium eius.

¶ Ad vesperas. a. Sede a dextris. Ps. Dixit dominus. Cum. Scriptum est. R. Ad dextram. Chorus prosequatur totum R. Nos dominus: & in fortitudine magna cibavit eos nascentiis agrorum. Surrexerunt mel de petra & oleum de firma petra. V. Cibavit eos ex adipe frumenti: & de petra melle saturavit eos. Surrexerunt. Gloria patri. R. Ad. Hoc R. dicitur quotidie ad vesperas usque ad passionem domini quando de feria agitur. Hy. Ecce tempus. V. Angelis. a. Illi homines cum signum vidissent quod factum fuerat glorificabant deum & dicebant quia hic est salvator mundi. Ps. Magnificat. Oro. Concede.

¶ Feria secunda & quotidie per hebdomadam dicuntur a. & R. ad mat. secundum ordinem noct. historia. Ita tamen quod fer. non omittantur. Lectio. i.

Exo. 1 C. Oderant autem filios israel egyptii: & affligebant illudentes et invidentes eis: atque ad amaritudinem perducebant vitam eorum operibus duris lute & lateris: omnique famulatu quo in terre operibus premebantur. Lectio secunda.

Dixit autem rex egy-

psi obstetricibus he-
breorum: quarum vna
vocabatur sephora/ et
altera phua: precipiens
eis. Quando obstetri-
cabitis hebreas/ et par
tus tempus aduenerit:
si masculus fuerit/ in-
terficite eum: si femina
reseruate. Tu. Lec. iij.

Timuerunt autem ob-
stetrices deum: et non fe
cerunt iuxta preceptum
regis egypti: sed con-
seruabant mares. Qui
bus accersitis ad se:
ait rex. Quidnam est hoc
quod facere voluistis
vt pueros seruaretis?
Que responderunt. Non
sunt hebree sicut egy-
ptie mulieres. Ipse e-
nim obstetricandi ha-
bent scientiam: et priusque
veniamus ad eas pa-
riunt. Rn. Auferte ista
hinc (dicit dominus) et noli
te facere domum patris
mei domum negociatio-
nis. Benedictus. Ora.

Presta quesumus omnipo
tens deus: vt ob
seruationes sacras an
nua deuotione reco-
lentes / et corpore tibi
placeamus et mente.
Per. In vesperas.
an. Soluite templum
hoc (dicit dominus) et
post triduum reedifica-
bo illud: hoc autem di
cebat de templo cor-
poris sui. Psalmus.
Magnificat. Oratio.

Deprecationem no-
stram quesumus
domine benignus exau
di: et quibus supplican-
di prestas affectum/ tri-
bue defensionis auxi-
lium. Per dominum no-
strum Jesum christum.
Feria tertia. Lec. j.

Bene ergo fe- Exo. I. D
cit deus ob-
stetricibus: et
creuit popu-
lus/ conforta
tusque est nimis. Et quia
timuerunt obstetrices
deum: edificauit eis
domos. Precepit ergo
pharao omni populo
suo/ dicens. Quicquid
masculini sexus natum
fuerit in flumen proij

esse: quicquid feminini sexus est reseruate. Tu autem.

Lectio secunda.

Egressus est post hec vir de domo leui: & accepit vxorem stirpis sue. Que concepit et peperit filium: & videns eum elegantem, abscondit tribus mensibus. Lectio tertia.

Cumque iam celare non posset, sumpsit fiscellam scirpeam: et liniuit eam bitumine ac pice. Posuitque in ea infantulum / & exposuit eum in carecto ripe fluminis: stante procul sorore eius / & considerante euentum rei. in Quid me queritis interficere / hominem qui vera locutus sum vobis? Ps. Benedictus. Oratio.

Sacre nobis quesumus domine obseruationis ieiunia: et pie conuersationis augmentum / & tue propiciationis continuum prestent auxilium. Per dominum nostrum iesum.

Ad vesperas. Aña. Unum opus feci & admiramini quia totum hominem sanum feci in sabbato. Psalmus. Magnificat. Oratio.

Miserere domine quesumus populo tuo: & continuis tribulationibus laborantem propicius respirare concede. Per dominum nostrum Jesum.

Feria iiij. Lectio .i.

Ecce autem descendebat filia pharaonis vt lauaretur in flumine: & puelle eius gradiebantur per crepidinem aluei. Que cum vidisset fiscellam in papyrione / misit vnam e famulabus suis: & allatam aperiens cernensque in ea paruulum vagientem / miserta eius ait. De infantibus hebreorum est. Lectio .ij.

Cui soror pueri. Uis (inquit) vt vadam: & vocem tibi mulierem que nutrire possit infantulum? Respondit vade.

Perrexitq; puella: et vocavit matrē suā. Ad quā locuta est filia pharaonis accipe (ait) puerum istū: & nutri mihi. Ego dabo tibi mercedem tuā. Lectio tertia.

Suscepit mulier & nutrivit puerū/adultūq; tradidit filie pharaonis. Quē illa adoptavit in locū filij: vocavitq; nomen eius moyses dicens/q; de aqua tuli eum. Ev. Rabbi/ quis peccavit hic aut parētes eius q; cecus natus est? respōdit iesus & dixit: neq; hic peccavit neq; parētes eius: sed vt manifestentur opera dei in illo. ps. Benedictus. Oratio.

Deus qui & iustis premia meritorum/& peccatoribus per ieiunium veniam prebes: miserere supplicibus tuis: vt reatus nostri confessio indulgentiam valeat percipere delictorū. Per d. Ad vesperas. a. Ille homo q̄ dicitur Iesus lutū fecit ex sputo & liniuit oculos meos & modo video. ps. Magt. or.

Pateant aures misericordie tue dñe precibus supplicantium: & vt petentibus desiderata cōcedas / fac eos que tibi placita sunt postulare. Per dominum.

Feria quinta. Lec. i.



In diebus illis Postq̄ creverat moyses: egressus est ad fratres suos Exod. 3. b. viditq; afflictionē eorum: & virum egyptiū percutientem quendā de hebreis fratribus suis. Cumq; circūspexisset huc atq; illuc et nullū adesse vidisset: percussum egyptiū abscondit sabulo. Lec. ij.

Et egressus die altero: conspexit duos hebreos rixantes. Dixitq; ei qui faciebat iniuriam. Quare percutis proximū tuū? Qui respondit. Quis consti-

tuit te principem ⁊ iudicem super nos? Nu occidere me tu vis sicut heri occidisti egyptium. Lectio tertia.

Timuit moyses ⁊ ait Quomodo palam factum est verbum istud? Audivitque pharao sermonem hunc: ⁊ querebat occidere moysen. Qui fugiens de conspectu eius moratus est in terra madian: ⁊ sedit iuxta puteum. iii. Pater diligit filium: ⁊ omnia demonstrat ei que ipse facit. ps. Benedictus. Oratio.

Presta quesumus omnipotens deus ut quos ieiunia votiva castigant: ipsa quoque devotio sancta letificet: ut terrenis affectibus mitigatis facilius celestia capiamus. Per.

¶ Ad vesperas. an. Sicut pater suscitat mortuos ⁊ vivificat: sic ⁊ filius quos vult vivificat. ps. Magnif. Oratio

Populi tui deus institutor et rector peccata quibus impugnatur expelle: ut semper tibi placitus/ ⁊ tuo munimine sit securus. Per dominum.

¶ Feria sexta. Lectio. i.

Erant autem sacerdoti madian septem filie que venerant ad hauriendam aquam: ⁊ impletis canalibus adaquare cupiebant greges patris sui. Supervenere pastores: et eiecerunt eas. Exod. 2 C Lec. ii.

Surrexit itaque moyses: ⁊ defensis puellis adaquavit oves earum. Et cum revertissent ad raguel patrem suum: dixit ad eas Cur velocius venistis solito? Responderunt. Vir egyptius liberavit nos de manu pastorum: insuper ⁊ hausit aquam nobiscum potumque dedit ovibus. Lectio. iii.

At ille. Ubi est inquit? Quare dimisistis hominem? Vocate eum ut comedat panem. Iuravit ergo moyses quod habitaret cum eo. Ac-

cepitq; sephozam filij eius vxozē: que peperit ei filiū quē vocauit gersam dicens. Aduena fui in terra aliena. Alterum vero peperit quem vocauit eliezer/ dicens. Deus enim patris mei adiutoz me9/ et eripuit me de manu pharaonis. An Lazar9 amicus noster dozmit: eamus & a somno excitemus eum. Ps Benedictus. Oratio.

Deus qui ineffabilibus mundū renouas sacramentis: presta quesumus/ vt ecclesia tua eternis proficiat institutis/ & temporalibus non destituatur auxilijs. Per do.

¶ Ad vespas. Dñe si hic fuisses lazar9 non esset moztu9: ecce iā fetet quatriduan9 in monumento. Ps Magnificat. Oratio.

Da quesumus omnipotens deus: vt qui infirmitatis nostre conscij de tua virtute cōfidim9: sub tua sēper protectione gaudeam9. Per dominū.

¶ Sabbato. Lectio i.

Post multū vero tēpozis moztuus est rex egypti. Et ingemiscentes filij israel propter opera: vociferati sunt. Ascēditq; clamoz eozum ad deū ab operibus: & audiuit gemitum eozum: ac recozdat9 est federis quod pepigit cum abzaham isaac / & iacob. Et respexit dominus filios israel: & liberauit eos.

Lectio secunda.

Moyses aūt pascebat oues ietro soceri sui sacerdotis madian. Cūq; minasset gregē ad interioza deserti: venit ad montem dei ozeb. Apparuitq; ei domin9 in flāma ignis de medio rubi: & videbat q rubus arderet et non combureretur. Dixit ergo moyses. Vadam et videbo visionē hanc magnam: quare nō cō

buratur rubus.
Lectio tertia.
Cernens autem dominus q pergeret ad vidēdum: vocauit eum de medio rubi et ait. Moyses moyses. Qui respondit. Assum. At ille. Non appropies (inquit) huc. Solue calciamentū de pedib9 tuis locus enim i quo stas terra sancta est. Et ait Ego sum deus patris tui: deus abraham/ de9 isaac/ et deus iacob. an. Ego sum lux mundi: qui sequitur me / non ambulat in tenebris/ sed habebit lumē vite dicit dominus. ps. Benedictus. Oratio.

Fiat quesum9 domine per gratiā tuam fructuosus nostre deuotionis affect9 quia tunc nobis proderunt suscepta ieiunia/ si tue sint placita pietati. Per dominū nostrum Jesum christū. Ab hac die vsq ad centinū octauarū pasche nichil fiat ex festo nouem lectionū nisi solū modo de festo duplici/ et hoc abhinc vsq cenam domini tantum. Si aliquod duplex festū in hoc sabbato vel in sabbato sequenti contigerit: vespere stans de dominica et solemnis memoria de festo.

Dñica in passione tota sit visto. et festū sancti gregorij differat in crastī. Ad. 2. vesp. q erūt de festo fiat solēnis mēo. de do. Hist. do. sit p heb. incipiēdo cum duobus lectis et in 5. feria sit 7. R. visto. cum duobus respōsorijs fe. Festa vero sctorū edwardi/ cuthberti/ et bñdicti differantur vsq ad translationem eorundem. 1. A

Dominica in passione de seruitio dominic. Ad primas vesperas fiat mēo. de sctō edwardo et festa sanctorum cuthberti et bñdicti diffe- 2. A

cantur vsq; ad transl. eorũdẽ. Feria quarta dr
octauũ ℟. histo. cũ. 2. ℟. fer. Sabbato de annũ
ciatione. Secunde vespere erũt de dominica &
solennis memoria de festo licet fest. loci fuerit

3. A ¶ Dominica in passione de seruitio dominic.
Ad I. vesperas fiat solẽnis memoria de annun-
ciatione. Feria quarta dicitur octauum respõ.
cum duobus responsoriis feriale.

4. A ¶ Dominica in passione de seruitio dominic.
Feria tertia de sancto ambrosio. ca. hym. Ecce sa
cerdos. & festũ sancti Richardi differa. vsq; ad
transla. eius. Feria. 5. dr 8. ℟. cũ. 2. ℟iis fer.

5. A ¶ Dñica i passione de ser. dñi. Feria 4. & sab.
dicitur 8. ℟. cũ duobus respõsoriis ferialib9.

1. B ¶ Dñica in passione de seruitio do. Ad pri. ves.
que erunt de dominica fiat solen. memoria de
sancto gregorio & fest. sanctorum differantur
vsq; ad transla. eorũ. Et i quarta feria & sabba.
dicitur 8. ℟. cum 2. responsoriis ferialibus.

2. B ¶ Dominica in passione de seruitio dominic. &
festũ sanctorũ differan. vsq; ad transla. eorum
Feria quarta dicitur 8. ℟. cũ 2. ℟iis feriale.

3. B ¶ Dominica in passione de seruitio dominice.
Feria quarta et sabbato dicitur 8. ℟. cum duo
bus responsoriis ferialibus.

4. B ¶ Dominica in passione de seruitio do. & nihil
de sancto Richar. vsq; ad transl. eius. Secunde
vespere erunt de sancto ambrosio & solen mẽo.
de dominica & in. 5. fe. dr. 8. ℟. cũ 2. ℟iis fer.

5. B ¶ Dominica i passione de seruitio do. In quar
ta feria & sabbato dicitur 8. ℟. cũ 2. ℟iis fer.
In quinta feria dicitur me. de sancto tyburtio
ad vesperas & ad matutinas de sancta maria.

¶ Dominica in passione de servitio do. ⁊ festa sanctorum eddwardi cuthberti/ ⁊ benedicti differe. usque ad transl. eorum: ⁊ in quarta feria ⁊ sabbato dicitur. 8. Rx. cum responsoriis ferialibus. 1. C

¶ Dominica in passione de servitio dominic. ⁊ festum sancti benedicti differe. usque ad transl. eius: ⁊ in quarta feria dr. 8. Rx. cu͂ Rxiis feria. 2. C

¶ Dn͂ica i passione de servitio do. ⁊ in. 4. fer. ⁊ in sabbato dr. 8. Rx. cum Rxiis fer. ⁊ festu͂ sancti Richardi differe. usque ad transla. eius. 3. C

¶ Dominica in passione de servitio do. ⁊ festu͂ sancti ambrosii differe. in crasti. Secunde vespere erunt de sancto ambro. ⁊ solen. memoria de dominica. Feria quinta dr. 8. Rx. cum Rxiis feria. 4. C

¶ Dn͂ica i passione de servi. do. Feria 4. ⁊ sabbato dr octavu͂ Rx. cu͂ responsoriis ferialibus. 5. C

¶ Dn͂ica i passione de servi. do. Feria. 4. dr 8. Rx. cum Rxiis fe. Feria. 5. de sancto gregorio. 1. D

¶ Dominica in passione de servitio dominic. ⁊ festum sanctoru͂ differe. usque ad transla. eorum Feria quarta ⁊ sabba. dr. 8. Rx. cu͂ Rxiis feria. 2. D

¶ Dominica in passione de servitio do. ⁊ in. 6. feria. dr 8. Rx. cu͂ Rxiis fer. Feria quarta de annuntione ⁊ solennis memoria de ieiunio. 3. D

¶ Dominica i passione de servitio dominicali ⁊ festum sancti Richardi differe. usque ad transl. eius: ⁊ in. 4. fer. dicitur. 8. Rx. cum Rxiis feria. 4. D

¶ Dn͂ica i passione de servi. do. Ad primas vesperas solen. memo. de festo. In 4. feria ⁊ sabbato dicitur octavum Rx. cum Rxiis ferialibus. 5. D

¶ Dominica i passione de servitio dominicali In quinta fe. dr 8. Rx. cu͂ Rxiis ferialibus. Feria quarta de sancto grego. capm. Ecce sacerdos. 1. E

2.C ¶ Dñica in passione de seruitio dñicali. Feria quarta & sabbato dicitur octauũ R. cum R. feriis fe. Festa differantur vsq ad traslationẽ. eorũ.

3.C ¶ Dñica i passiõe de seruitio dñicali. Feria v. dicitur 8. respõ. cũ R. feriali. Feria tertia de annunciatione. & solẽnis mẽoria de ieiuñ.

4.C ¶ Dñica in passiõe de serui. do. & in quarta feria. 8. respõ. cũ respõ. ferialib9. Festũ sancti richardi differatur vsq ad transla. eius. Feria sexta de sctõ ambrosio capitu. Ecce sacerdos.

5.C ¶ Dñica i passiõe de seruitio domi. & in quarta feria sabbato dicitur R cũ responso. feria.

1.D ¶ Dñica in passione de seruitio dñicali. Feria quinta dicitur octauũ responsoriũ cũ responsoriis ferialib9. Feria tertia de sancto gregorio capitulum. Ecce sacerdos.

2.D ¶ Dominica in passione de seruitio dominica. Feria quarta & sabbato dicitur 8. R. cũ respõ. feria. & festa differantur vsq ad trãsla. eorũ.

3.D ¶ Dominica in passione de seruitio dominicali. Secunde vespere erũt de sancta maria: & solẽnis memoria de dominica. Feria secũda de anũcia. & solẽnis mẽoria de ieiunio. Feria quinta dicitur 8. R. cum responsoriis ferialibus.

4.D ¶ Dominica in passione de seruitio dñicali: et nichil de sancto richardo vsq ad transla. eius Feria quinta de sancto ambrosio. caþ. Ecce sacerdos. Fe. 4. dicitur 8. R. cũ R. feriis ferialib9.

5.D ¶ Dominica i passione de seruitio dominicali. Feria quarta & sabbato dicitur 8. responso. cũ responsoriis ferialibus.

1.E ¶ Dñica in passione de dominicali. Secunde vespere erunt de sancto Gregorio. Capitulum.

Ecce sacerdos. ꝛ solemnis memoria de domi nica. Feria quinta dicitur ℟.cū ℟ijs ferialī.

Dominica in passione de dominicali. Festū annunctia. differatur licet festū loci fuerit. Secūde vespere erūt de annūcia. ꝛ solemnis memoria de dominica. In quarta feria ꝛ sabbato dicitur octauum ℟m. cum responsorijs fe. Festum sanctorū differatur vsq ad transla. eorū. 2. G

Dñica in passione de dñica. Feria secūda de annūcia. ꝛ solēnis mēoria de ieiunio. Feria 5. dicitur 8.℟.cū ℟ijs ferialibus. 3. G

Dominica i passione de dominicali ꝛ nichil de sancto richardo vsq ad trāslationē eius. Feria quarta de sancto ambrosio capitulum. Ecce sacerdos ꝛ solennis memoria de ieiunio. Feria quinta dicitur 8.℟.cū responso. feria. 4. G

Dominica in passione de dñicali. In quarta feria sabbato dicitur octauū responsorium cum responsorijs ferialibus. 5. G

Dominica in passione domini ad vesp. ān. Benedictꝰ. ps. ipsū. Deinceps nulla dicit neuma in fine ān. vsq ad octa. pasc. ℣. tū et Benedicā. ꝛ kyrie el. ꝛ grad. ꝛc. huiusmodi cum neuma dicuntur more solito vsq ad cenā domini. kyrie el ey. son. vero semper cum sua neuma dicitur. cū.

Iudica domine cau sam anime meꝫ: ꝛ deffensor vite mee domine deus meus. ℟. Circundederunt me vi ri mendaces sine cau sa flagellis ceciderūt me. Sed tu domine de fensor vindica me. ℣. Quoniam tribulatio proxima est et non est qui adiuuet. Sed tu domine deffensor vin. The 3. F

Non dicitur. Gloria. sed reuertatur ℟. Circumdederunt. Hymnus.

Uexilla regis prodeant/fulget crucis mysterium: quo carne carnis conditor / suspensus est patibulo.

Confixa clauis viscera/tendens manus vestigia / redemptionis gratia hic immolata hostia.

Quo vulneratus insuper mucrone dire lancee: vt nos lauaret crimine / manauit vnda sanguine.

Impleta sunt que concinit dauid fidelis carmine: dicendo nationibus / regnauit a ligno deus.

Arbor decora et fulgida/ornata regis purpura: electa digno stipite/tam sancta membra tangere.

Beata cuius brachiis precium pependit seculi: statera facta est corporis/predamque tulit tartari. Ad istum. ℣.

O crux aue, conuertat se chorus ad altare vsque ad inceptionem psalmi. Magnificat.

O crux aue spes vnica/hoc passionis tempore: auge piis iustitiam/reisque dona veniam.

Te summa deus trinitas collaudet omnis spiritus quos per crucis mysterium salua rege per secula. Amen. ℣. Dederunt in escam meam fel. ℟. Et in siti mea potauerunt me aceto. An. Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso et testimonium perhibet de me qui misit me pater. Ps. Magnificat. Oratio.

Quesumus omnipotens deus familiam tuam propitius respice: vt te largiente regatur in corpore / te seruante custodiatur in mente. Per. ¶ Ad completorium an. Miserere. Ps. Cum inuocarem. Capitulum. Tu in no. ℟. In manus tuas. Hymnus. Cultor dei. et cetera ewmia

sicut notatur ad com-
pletorium post psalte.
¶ Ad matutinas. Invi-
tato. Hodie si voce do
mini audieritis. Noli-
te obdurare corda ve-
stra. ps. Venite. & dici-
tur in Gloria. sed post
.i.iii. & v. versus/repe-
tatur. Nolite obdura-
re. post. ii. & iiii. H. to-
tum repetatur invita-
torium & sic fiat quo-
tidie usq ad cenā do-
mini ad matutinas de
temporali tantum: &
causa subest quia non
dicitur Gloria. in fine
psalmi. Venite. Hym°.
Pange lingua glo-
riosi/prelium cer
taminis: & super cru-
cis trophea dic trium
phum nobilem: quali-
ter redemptor orbis
immolatus vicerit.
De parentis proto-
plasti fraude facta con
dolens quando pomi
noxialis morte morsu
corruit: & ipse lignum
tunc notavit / damna
ligni ut solveret.
Hoc opus nostre salu
tis ordo depoposcerat
multiformis proditoris
ars ut artē falleret: et
medelā ferret inde ho
stis unde leserat.
Quando venit ergo
sacri plenitudo tempo
ris: missus est ab arce
patris nat° orbis cōdi
tor: atq ventre virgina
li caro factus prodiit.
Gloria & honor deo us
q quo altissimo: una
patri/filioq inclyto pa
raclito: cui laus est & po
testas per eterna scl'a.
Amē. ¶ In primo noc.
An. Vulpes foveas ha-
bent & volucres celi ni
dos: filius autē homi-
nis nō habet ubi caput
suū reclinet. ps. Beat°
vir. Hec sola. ān. dici-
tur in. j. noc. super oēs
psalmos antē lec. & fi-
niātur sī cum Gloria.
sicut in preceden. domi
nicis: ita tamen quod
quotiens dicit̄ Glia.
post psal. exaltetur si
necesse fue. & sic fiat ī
sequentibus noct. hu-

ius do. & in sequentib⁹ diebus usq; ad cenam do. ꝟ. Et de mann. &c. Crux alta. &c. Hac die incipiatur hiere. & legatur quotidie usq; ad pascha quando de temporali agitur. Tamen cu fuerint noue lc. de temporali: tūc in i. no. tantum de prophetia hiere. legātur. Lectio. i.

Hiere. c. I. a

Verba Hieremie filij helchie de sacerdotib⁹ qui fuerūt in anathoth i terra beniamin: quod factū est verbum domini ad eū in diebus iosie filii amon regis iuda/ in tertiodecimo anno regni eius. Et factum est in diebus Joachim filij iosie regis iuda/ usque ad consummationem undecimi anni Sedechie filij iosie regis iuda: usque ad transmigrationem hierusalem in mense quinto. Et sunt uniantur omnes lectio. de prophe. cum hac clausula. Hec di. [illegible]

nisi in tribus noctib⁹ ante pascha. ꝟm. Isti sunt quos obseruare debetis tēporib⁹ suis Quartadecima die ad vesperam pascha domini est & in quintadecima solennitatem celebrabitis altissimo domino. ꝟ. Locutus est domin⁹ ad moysen dicens/ loquere filiis israel & dices ad eos. Quartadecima die ad. Hec prenotata [illegible] dicitur per hebdo. sequentem sed ad has matu. tantū Lectio ii.

Et factum est (inquit hieremias) verbum dñi ad me: dicens. Priusq̄ te formarem in utero noui te/ & anteq̄ exires de uulua sanctificaui te: et prophetam in gentibus dedi te. Et dixi/ A.a.a domine deus/ ecce nescio loqui: quia puer ego sum. Et dixit dominus ad me. Noli dicere quia puer sum: quoniā ad oia que mit

tam te/ibis: & vniuersa
quecunq mandauero
tibi loqueris. Ne ti-
meas a facie eorū: qr
ego tecū sū vt eruā te
dicit dñs. Hec dicit.
℟. Multiplicati sunt
qui tribulant me: & di
cent/non est salus ipsi
in deo eius. Exurge do
mine saluum me fac
deus meus. ℣. Nequā
do dicat inimicus me-
us preualui aduersus
eum. Exurge. Lect. iij.

ET misit dñs ma-
num suam: & teti
git os meum. Et dixit
dominus ad me. Ecce
dedi verba mea in ore
tuo ecce constitui te ho
die super gentes & su-
per regna: vt euellas &
destruas/ & disperdas
& dissipes / & edifices
& plantes. Et factum
est verbum domini ad
me dicens. Quid tu vi
des hieremia? Et dixi
Virgam vigilantem
ego video. Et dixit do
minus ad me. Bene vi
disti: quia vigilabo
ego super verbum me
um vt faciā illud. ℟.
Qui custodiebant ani
mā meā consiliū fece-
runt in vnū: dicentes.
Deus dereliquit eum:
persequimini & compre
hendite eū: quia non
est qui liberet eū. De⁹
meus ne elongeris a
me/deus me⁹ in adiu-
toriū meū intende. ℣.
Omnes inimici mei ad
uersum me cogitabāt
mala mihi: verbū ini-
quum mādauerūt ad-
uersum me dicentes.
De⁹ me⁹. Nunc ℣. nō
sequat. Gloria patri.
sed ℟. reincipiat. Idē
modus seruet in vj. et
ix. ℟. & i quotidianis
℟. super hoc. & in iij.
℟. ad ma. & quotidie
stat hoc modo vsq ad
pascha quando de tem-
porali agitur tantum.
In secundo noc. An.
Sicut exaltat⁹ est ser
pens in cremo: ita ex-
altari oportet filiū ho
minis. ps. Conserua. ℣.
De ore leonis libera me

dixit. Et a cornibus vnicornium humilitatem meam. Sermo beati Joannis episcopi. Lec. iiii.

Magnum hieremie sanctissimi meritum: magnum in eum collatum est diuinitus donum. Magnum (inquam) hieremie est meritum: qui ante promeretur quam nascitur/ante sanctificatur quam editur ante propheta constituitur quam mundi exordio potiatur. Dicuntur eius merita: et ab eo necdum exercentur officia. Dona narrantur: nec tamen donorum cause tractantur. Promotio dicitur: et necdum promotionis negocium aperitur. R. Deus meus es tu: ne discedas a me. Quoniam tribulatio proxima est et non est qui adiuuet. V. Deus deus meus respice in me. Quoniam. Lectio. v.

Noli (inquit dominus) putare hieremia quod hodie te prophetam constituo: aut nunc primum ad istam gentem corrigendam premitto. Olim enim michi probatus ac notus es olim consecratus ac dignus/oli propheta gentibus institutus. Te mihi aptum te idoneum presciencia ipsa monstrauit. Tibi prophetandi presagium et fiduciam predicandi attribui. Per te prophete officia: et mee dispositionis nuncia proferri ad illos institui. R. m. Tota die contristatus ingrediebar domine: quoniam anima mea impleta est illusionibus. Et vi faciebant qui querebant animam meam. V. Et qui inquirebant mala michi locuti sunt vanitates et dolos tota die meditabantur. Et vim faciebant. Lectio. vi.

Et enim nemo exterreat: nemo tibi formidinem vanam incutiat. Inter me et ipsos tu eris medius: qui iussa proferas/precepta ostendas mandata edo

tas. Nec poteris reti=
cere que loquor: ne si=
lendo possis afferre p=
niciem/qui predicãdo
poteris conferre salu=
tem. Quid est (inquit)
dominator domine?
Cur iuniori tam onero
sum pondus imponis?
Cur ad corrigendũ po
pulum etatem paruu=
lam dirigis? Cur pro=
phetandi mihi tãtam
operã credis? Ego eñ
nec ad exequendũ ido
neus: qui etate precmor
sermone impedior/of=
ficio terreor. Noli (in=
quit dominus) dicere
quia iunior ego sum.
Hoc enim per te fieri
volui: hoc enim per te
impleri precepi vt iu=
nior senes/ & ineloqũs
eloquentes obiurges.
6 ℟. Deus meus eripe
me de manu peccato=
ris/ & de manu contra
legẽ agentis & iniqui.
Quoniã tu es patiẽtia
mea. ℣. Eripe me de
inimicis meis deus meus
et ab insurgentibus
in me libera me. Quo=
niã tu es. ¶ In. iij. noc.
Añ. Recordare mei do
mine & erue me ab his
qui persequuntur me.
ps. Celi enarrant. ℣.
Ne perdas cũ impiis
deus animam meam.
℟. Et cum viris san=
guinum vitam meam.
¶ Secundũ Joannem.

In illo tpe. Dixit Ca. 8. F.
Jesus turbis iu=
deorũ: et principibus
sacerdotum. Quis ex
vobis arguet me de
peccato? Si veritatem
dico: quare vos nõ cre
ditis mihi? Qui ex deo
est/ verba dei audit. Et
reliqua. Homelia btĩ
gregorij pape. Le. vij.
Pensate fratres cha
rissimi mansuetudinẽ
dei. Relaxare peccata
venerat: et dicebat.
Quis ex vobis arguet
me de peccato? Nõ de=
dignatur ex ratione o=
stendere se peccatorẽ
non esse: qui ex virtu=
te diuinitatis poterat
peccatores iustificare.

Sed terribile est val=
de quod subditur. Qui
ex deo est: verba dei au
dit. Propterea vos nō
auditis: quia ex deo nō
7 estis. ℟. Adiutor et su=
sceptor meus es tu do
mine: et in verbū tuum
speraui. Declinate a
me maligni et scruta=
bor mandata dei mei.
℣. Iniquos odio habui
et legē tuā dilexi. De=
clinate a me. Lec. viii.
Si enim ipse ver=
ba dei audit qui
ex deo est: et audire ver
ba dei non potest quis=
quis ex illo nō est: in=
terroget se vnusquisque
si verba dei i aure cor
dis percipit et itelligit
vnde sit. Celestē patriā
desiderare veritas iu=
bet / carnis desideria
conterere / mundi glo=
riam declinare / aliena
non appetere / propria
largiri. Penset ergo
apud se vnusquisque no
strum / si hec vox dei in
cordis eius aure conua
luit: et quia iam ex deo
sit agnoscit. ℟. In te 8
iactatus sum ex vtero
de ventre matris mee
deus me⁹ es tu: ne di=
scedas a me. Qm̄ tri=
bulatio proxima est / et
non est qui adiuuet. ℣.
Salua me ex ore leo=
nis: et a cornibus vni=
cornium humilitatē meā.
Qm̄ tribula. Lect. ix.
Nam sunt nōnulli
qui precepta dei
nec aure cordis pcipe
re dignant. Et sunt nō
nulli qui hec quidem
corporis aure pcipiūt
sed nullo ea mētis de
siderio amplectuntur.
Et sunt nonnulli q̄ li=
benter verba dei susci
piunt / ita vt etiā fleti
bus compungantur: sed
post lachrymarū tem=
pus ad iniquitatē re=
deunt. Hi profecto ver
ba dei non audiūt: q2
hec exercere in opere
contēnunt. Vitā ergo
vestrā fratres charis=
simi āte mētis oculos
reuocate: et alta cōside
ratione pertimescite.

hoc quod ex oreberitatis sonat. Propterea vos non auditis; quia ex
9 deo non estis. Rn. In proximo est tribulatio mea dñe (et non est qui adiuuet) vt fodiant manus meas et pedes meos: libera me de ore leonis: Vt enarrem nomen tuum fratribus meis. V. Erue a framea deus animam meam: et de manu canis vnicam meam. Vt enarrem. Rn. In proximo. Rn. fer. Ne perdas cum impiis deus animam meam et cum viris sanguinum vitam meam. Redime me dñe. V. Eripe me dñe ab homine malo: a viro iniquo libera me. Redime. Rn. Ne auertas faciem tuam a puero tuo dñe. Quoniam tribulor velociter exaudi me. V. Intende anime mee et libera eam/ propter inimicos meos eripe me. Quoniam. Hec duo Rn̄ia feriat. semper dñe pariter in vno die quotiens dicenda xx. iiij. noctur. per hebdomade fer. temporali. V. Intende anime mee et libera eam. R. Propter inimicos meos eripe me. Iste V. dicitur quotidie ante lau. vsque ad cenam domini quando de tpali agitur. In lau. an.

Vide domine afflictionem meam: quoniam erectus est inimicus meus. Ps. Miserere mei deus. 1
An. In tribulatione inuocaui dominum et exaudiuit me in latitudine. 2
Ps. Confitemini. An. Iudicasti dñe causam anime mee/ defensor vite mee domine deus meus. Ps. Deus deus 3
meus. An. Popule meus quid feci tibi? aut quid molestus fui? responde mihi. Ps. Benedicite omnia. An. Nunquid 4
redditur pro bono malum/ quia foderunt foueam anime mee? Ps. Laudate. Capitulum. 5

Christus assistens pontifex futurorum bonorum per am- Heb. ix. C.

plius ꝙ perfectius tabernaculum nõ manu factum/id eſt non hui⁹ creationis:neqꝫ p ſanguinem hircorum aut vitulorum ſed per ꝓprium ſanguinem introiuit ſemel in ſãcta eterna redemptione inventa. Hymnus.

Luſtra ſex qui iã peracta tempus implens corporis / ſe volente natus ad hoc paſſioni deditus/agn⁹ in cruce levatur immolandus ſtipite.

Hic acetum fel arundo ſputa clavi lancea/ mite corpus perforatur ſanguis vnda profluit:terra / pontus/aſtra mundus quo lavãtur flumine.

Crux fidelis inter omnes arbor vna nobilis : nulla ſilva talem profert fronde flore germine:dulce lignũ/ dulces clavos / dulce pondus ſuſtinet.

Flecte ramos arbor alta/tẽſa laxa viſcera ta et rigor lenteſcat ille quem dedit nativitas: vt ſuperni membra regis miti tendas ſtipite.

Sola digna tu fuiſti/ ferre ſecli precium/ atqꝫ portum preparare nauta mundo naufrago:quẽ ſacer cruor perunxit fuſus agni corpore.

Gloria et honor deo.
℣. Eripe me de inimicis meis deus meus.
℟. Et ab inſurgentib⁹ in me libera me. Añ.
Quis ex vobis arguet me de peccato?ſi veritatẽ dico / quare vos nõ creditis mihi? qui eſt ex deo verba dei audit/propterea vos nõ auditis quia ex deo nõ eſtis. Benedict⁹. Or Queſum⁹ oĩps de⁹. ꝛc.

Ad primã. Añ. Ego demonium non habeo/ ſed honorifico patrem meum dicit dñs. ps. Deus deus me⁹ reſpi. Ab hac die ꝫ deinceps vſqꝫ ad octa paſchẽs

V. ℟. Jesu christe sed post ch. statim V. abb no solo puero ex parte cho. loco nec habitu mutato. V. Exurge dñe adiuua nos. ℟. Et libera nos propter nomen tuum. Hoc eodẽ modo dicit quotidie vsq; ad cenã dñi quando de tẽporali agitur tantum.

Ad .iii. ãn. Ego gloriam meã non quero: est qui querat et iudicet. ps. Legẽ pone. V. Christus assistens. ℟. Erue a framea. Chorus prosequatur totũ deus animam meam. Et de manu canis vnicã meam. Clericus V. Eripe me dñe ab homine malo: a viro iniquo libera me. Et de manu canis. V. De ore leonis.

Ad .vi. ãn. Amẽ amẽ dico vobis: si quis sermonem meũ seruauerit/mortem non gustabit in eternum. Psalmus. Defecit. Capitulum.

Heb. ii. D. Sanguis christi q per spiritũ sanctum semetipsum obtulit immaculatũ deo emundabit conscientiã nostrã ab operib' mortuis: ad seruiendũ deo viuenti. ℟. De ore leonis. Chorus prosequatur totum Libera me dñe. Et a cornib' vnicornium humilitatem meã. Clericus V. Erue a framea deus animã meam: & de manu canis vnicam meam: Et a cornibus. V. Ne perdas cum impijs deus animam. Ad .ix. ãn. Abraham pater vester exultauit vt videret diẽ meũ/vidit & gauisus est. ps. Mirabilia. V.

Ideo fratres christus noui testamẽti mediator est: vt morte intercedente repromissionẽ accipiãt qui vocati sunt eterne hereditatis. ℟. Principes. Chorus prosequatur persecuti sunt me gratis: & a verbis tuis formidauit cor meũ. Letabor ego super eloq eodẽ

tus. Clericus V. Quasi q inuenit spolia multa. Letabor. V. Eripe me dñe ab homine malo. R. A viro iniquo libera me. ¶ Ad vespe. aña. Sede a dextris meis. ps. Dixit dñs dño meo. Cap. Christus assistens. R. Usqquo. Cuius prosequatur totum exaltabitur inimicus me9 super me. Respice & exaudi me domine deus me9. Clericus V. Qui tribulāt me exultabunt si mot9 fuero: ego aūt in mia tua sperani. Respice. nō dicit Gloria sed R. reincipiatur. Hoc R. dicitur quotidie ad vespe. per hebdo. quando de temporali agitur. Hy9. Vexilla regis prodeunt. V. Dederunt in escam meā fellā. Amē amen dico vobis: āteq̄ abraham fieret ego sum sustulerunt lapides iudei vt iacerent in ieſū: Jesus aūt abscondit se & exiuit de templo. ps. Magnificat. Oratio. Quesumus omnips deus.

¶ Feria. ij. in passione domini. Ad matuti. Inuitato. Adoremus dominū. Qui nos redemit p crucem. ps. Venite exultemus domino. Hoc inuita. dr quotidie ad matu. vsq ad cenā dñi quādo de feria agit. Hy9. Pange lingua gloriosi. Ad noctur. aā. Dñs defēsor. ps. Domin9 illuminatio. & alie aīe cum suis psal. de noct. more solito dicūt: & sic fiat in singulis noctu. quotidie vsq ad cenam domini quando de feria agit. Quotidie p hanc hebdomadam dicunt V. & R. ad matuti. secundū ordi. noct. R. & V. historie domini. excepto. j. resp. quod non dicet: ita tamē q resp. fer. non omittant. Lect. j.

Et factum est verbum dñi secundo ad me dicens. Quid tu vides? Et dixi. Ollam

succensam ego video: & faciē ei⁹ a facie aquilonis. Et dixit dñs ad me. Ab aquilone pādetur malum sup omnes habitatores terre. Quia ecce conuocabo oēs cognationes regnoꝝ aquilonis: dicit domin⁹ Et venient & ponēt vnusquisq̧ solium suū in introitu portarum hierusalem: & sup omnes muros eius in circuitu: & sup vniuersas vrbes iuda. Et loquar iudicia mea cū eis sup omnem malitiā eoꝝ qui dereliquerūt me: & libauerūt diis alienis & adorauerunt op⁹ manuū suarū. Lectio.ij.

Tu ergo dñs. Tu accinge lumbos tuos: et surge & loquere ad eos omnia que ego p̄cipio tibi. Ne formides a facie eorum: nec enim timere te faciam vultum eoꝝ. Ego quippe dedi te hodie in ciuitatem munitā/ & in columnā ferreā/ & in murum ereū sup omnem terram: regib⁹ iuda et principib⁹ ei⁹ & sacerdotibus & populo terre. Et bellabūt aduersus te & non preualebunt: quia ego tecum sum (ait dominus) vt liberem te. Lectio.iij.

Et factum est verbū domini ad me dicens. Vade & clama in auribus hierusalē / dicēs. Recordat⁹ sum tui miserans adolescentiam tuam: & charitatē desponsationis tue quando secuta es me in deserto/ in terra q̄ non seminat. Sāctus israel dño: primitie frugum ei⁹. Oēs q̄ deuorāt eū delinquūt: mala veniēt sup eas dicit domin⁹.

In laudibus aīe et p̄ illius ferie. Capl̄m.

Domine demōstrasti mihi & cognoui: tu ostēdisti mihi studia eorum/ & ego quasi agnus mansuetus qui portatur ad victimā. Hiere. ii. D

Ps⁹. Lauda ser qui.

℣. Eripe me de inimicis. an. In die magno festiuitatis stabat ies⁹ et clamabat dicens: si quis sitit veniat ad me et bibat. ℣. Bñ⁹. Oratio.

Sanctifica quesumus domine nostra ieiunia: et cunctarum nobis propitius / indulgentiam largire culparum. Per dominum nostrum. Ad primã. an. Anime impiorum aduersum me et grauatum est cor meum super eos. ps. Deus in nomine tuo saluum. Ad tertiã. an. Iudicasti domine causam anime mee defensor vite mee domine deus me⁹. ps. Legẽ. Cap̃m.

Faciem meã non auerti ab increpantib⁹ et conspuentibus in me: dñs de⁹ auxiliator meus/ et ideo non sum confusus. ℟. Erue a framea. ℣. De ore leonis. Ad sextã. an. Popule me⁹ quid feci tibi/ aut quid molestus fui tibi responde mihi. ps Defecit. Capitulũ

Dominus de⁹ auxiliator meus: et ideo non sum confus⁹: ideo posui faciem meã vt petram durissimã/ et scio quoniã non confundar. ℟. De ore leonis. ℣. Ne perdas cum impiis. Ad. ix. ã. Num quid redditur pro bono malum: quia foderunt foueam aie mee. ps. Mirabilia. Cap̃m. Hier. 11. D

Confundantur qui me persequuntur et non confundar ego/ paueant illi et non paueam ego/ indue super eos diẽ afflictionis/ et duplici contritione contere eos dñe deus noster. ℟. Principes. ℣. Eripe me dñe ab homine malo. Supradict⁹ ordo hymi. cap. et ã. seruetur quotidie vsque ad cenam dñi. ℟. et ℣. ad oẽs hor. p heb. dicant a capite ieiu. vsque ad cenã do. i fer. dieb⁹ tm. Ad vesperas aie ex pi fer. Cap̃m. Iudicasti Hier. 17. C

dñe. Not ch. b. ad vs.
vsq ad .iiij. fer. ante pa
scha qñ de feria agit.
Rx. Usquequo. Hy⁹ Ve-
xilla regis prodeunt.
V. Dederũt. an. Si quis
sitit veniat et bibat: et
de ventre eius fluẽt aq̃
viue. ps. Magnif. Oro.

Da q̃s dñe populo
tuo spiritũ veri
tatis et pacis: vt te to-
ta mẽte cognoscat/ et q̃
tibi placita sunt pia de
uotiõe exerceat. Per.

Feria. iij. Lectio. i.



Audi-
te ver
bũ do
mini
dom⁹
iacob
et oẽs
cog-
nationes dom⁹ israel.
Hec dicit dñs. Quid
inuenerunt patres ve
stri in me iniquitatis
qr elongauerunt a me/
et ambulauerũt post va
nitatem/et vani facti
sunt. Et non dixerunt.
Ubi est dñs qui ascen
dere nos fecit de ter-
ra egypti / qui tradu-
xit nos per desertum/
per terrã inhabitabilẽ
et inuiã/p terrã sitis et
imaginẽ mortis/ et per
terrã in qua non ãbu-
lauit vir neq habita-
uit homo. Hec di. Le. ii.

Et induxit vos in ter
ram carmeli/vt come-
deretis fructũ eius et
bona illius. Et igres-
si contaminastis terrã
meã/ et hereditatẽ meã
posuistis in abomina-
tionẽ. Hec di. Lec. iij.

Sacerdotes non dixe
runt vbi est dñs/ et te-
nentes legem nescie-
runt me/ et pastores p-
uaricati sũt in me. Et
prophete prophetaue-
runt in baal/ et idola se
cuti sũt. Propterea ad
huc iudicio contẽdam
vobiscum ait dñs/ et cũ
filijs vestris discepta
bo. Hec dicit dñs oĩs
ãn. Tempus meũ non
dum aduenit: tempus
autem vestrum semp
est paratum. ps. Benz-

dict⁹ domin⁹. Oratio.
Nostra tibi domine quesumus sint acceptare ieiunia/que nos et expiando gratia tua dignos efficiant/et ad remedia perducant eterna. Per dominum. ¶ Ad vesp. an. Uos ascendite ad diem festum hunc: ego non ascendam quia tempus meum nondum advenit. ps. Magnificat. Oratio.
Da nobis quesumus domine perseverantem in tua voluntate famulatum/ut in diebus nostris et merito et numero popul⁹ tibi serviens augeatur. Per dominum.
¶ Feria.iiij. Lectio.j.



Transite ad insulas cethim et videte/et in cedar mittite et considerate vehementer: et videte si factum est huiuscemodi: si mutavit gens deos suos. Et certe ipsi non sunt dii. Populus vero meus mutavit gloriam suam in idolum. Hec di. Lectio.ij.
Obstupescite celi super hoc: et porte ei⁹ desolamini vehementer dicit domin⁹. Duo enim mala fecit ppl's me⁹. Me dereliquerunt fontem aque vive: et foderunt sibi cisternas dissipatas/que continere non valent aquas. Lect.iij.
Nunquid servus est israel: aut vernacul⁹? Quare ergo factus est in predam? Super eum rugierunt leones et dederunt vocem suam: posuerunt terram ei⁹ in solitudinem. Civitates ei⁹ exuste sunt: et non est qui habitet in eis. Hec di. an. Oues mee vocem meam audiunt/et ego dominus agnosco eas. ps. Benedict⁹. Oratio.
Sanctificato hoc ieiunio deus tuorum corda fidelium miserator illustra: et qui-

bus devotionis p̄stas affectum/prebe suppli cantib⁹ pium benign⁹ auditū. Per dominū.
¶Ad vespe.ān. Multa bona opera operat⁹ sū vobis: propter quod opus vultis me occi dere? ps. Magt. Oro.
Adveniat q̄s dn̄e misericordia tua sperata supplicibus/ ꝛ eis celestis munificen tia tribuatur: quaten⁹ ꝗ recte petenda postu lent/ ꝛ postulata perci piant. Per dominum.
¶Feria.v. Lectio.j.



Filij quo ꝗ mē phe os ꝛ taph ne: es constuprauerunt te vsꝗ ad verticem. Nū quid non istud sanctū est tibi: quia dereliqui sti dominum deū tuū/ eo tempore quo duce bat te per viam? Hec dicit domi. Lectio.ij.
Et nūc quid tibi vis in via egypti: vt bibas aquam turbidā? Et q̄d tibi cum via assyrio℞: vt bibas aquam flu minis? Arguet te ma licia tua: ꝛ auersio tua icrepabit te. Hec. Lc.iij.
Scito ꝛ vide q꞉ ma lum ꝛ amarum est re liquisse te dominū deū tuum/ ꝛ non esse timo rem ei⁹ apud te: dicit dn̄s deus exercituum. A seculo confregisti iu gum meū: rupisti vin cula mea ꝛ dixisti. Nō seruiam. Hec dicit do. ān. Quid molesti estis huic mulieri? opus em̄ bonum operata est in me. ps. Benedict⁹. Or̄.
Presta q̄s omnipo tens deus: vt di gnitas cōditionis hu mane per immoderan tiā sauciata/ medicina lis parsimonie studio reformetur. Per do.
¶Ad vesp. ān. Mittēs hec mulier in corpus meum hoc vnguentum

ad sepeliendum me fecit. Ps. Magnificat. Oratio.

Esto quesumus domine propitius plebi tue: ut que tibi non placent respuens/ tuorum potius repleatur delectationibus mandatorum. Per dominum nostrum.

Feria. vi. Lectio. i.



In omni enim colle sublimi: et sub omni ligno frondoso tu prosternebaris meretrix. Ego autem plantaui te vineam electam: omne semen verum. Quomodo ergo conuersa es mihi in prauum vinea aliena? Hec dicit. Lectio. ii.

Si laueris te nitro et multiplicaueris tibi herbam borith: maculata es in iniquitate coram me/ dicit dominus deus. Quomodo dicis non sum polluta: post baalim non ambulaui? Uide vias tuas in conualle: scito quid feceris. Hec dicit domi. Lectio. iii.

Cursor leuis explicans vias suas onager assuetus in solitudine in desiderio anime sue attraxit ventum amoris sui. Nullus auertet eam. Omnes qui querunt eam non deficient in menstruis eius inuenient eam. Hec di. An. Appropinquabat autem dies festus et querebant principes sacerdotum quomodo iesum interficerent: sed timebant plebem. Ps. Bndi. Oratio.

Cordibus nostris quesumus domine auxilium gratie tue benignus infunde: ut peccata nostra castigatione voluntaria cohibentes: temporaliter potius maceremur quam suppliciis deputemur eternis. Per dominum.

Ad vespe. An. Principes sacerdotum consilium fecerunt ut iesum occiderent: dicebant autem/

non in die festo: ne for te tumultus fieret in pplo. ps Magnt. Oro.

Concede nobis qs dñe veniã peccatorũ & religionis augmentum: atq; vt in nobis tua dona multiplices/tuis fac mandatis promptiores. Per do.

¶ Sabbato. Lectio.i.

Prohibe pedẽ tuũ a nuditate: et guttur tuũ a siti. Et dixisti. Desperaui: nequaq̃ faciã. Adamaui quippe alienos: & post eos ambulaui. Quomodo cõfunditur fur quãdo deprehenditur: sic cõfusi sũt domus israel/ipsi & reges eorũ/principes et sacerdotes & prophete eorum. Dicentes ligno: pater meus es tu: & lapidi/tu me genuisti. Hec dicit. Lec.ii.

Uerterant ad me tergum & non faciẽ: et in tẽpore afflictionis sue dicent. Surge & libera nos. Ubi sũt dii tui quos fecisti tibi. Surgant et liberent te in tempore afflictionis tue. Secundum numerum quippe ciuitatum tuarum erãt dii tui iuda. Hec di. Lectio.iii.

Quid vultis mecũ iudicio contẽdere? Omnes dereliquistis me dicit domin⁹. Frustra percussi filios vestros disciplinam non receperunt. Deuorauit gladius vester prophetas vestros: quasi leo vastator generatio vra. Hec dicit domin⁹ de⁹.

an. Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum anteq̃ patiar. ps. Benedict⁹ dominus. Oratio.

Proficiat quesumus domine plebs tibi dicata pie deuotionis affectu: vt sacris actionib⁹ erudita: quãto maiestati tue fit gratior: tanto donis potiorib⁹ augeatur. Per dominum nostrũ iesũ.

1.A ❡ Dominica in ramispalmarum de seruitio dominice. Et festum annunciationis differatur vsqꝫ ad quintam feriam post octauas pasche.

2.A ❡ Dñica in ramispalmarum de seruit. do. Ad I. vesperas que erunt de dominica. fiat solen. mẽo. de annunciat. btẽ marie: licet festũ loci fuerit.

3.A ❡ Dominica in ramispalmarũ de seruitio dominicali ⁊ festũ sancti richardi differatur vsqꝫ ad transl. eius. Feria tertia de sancto ambrosio. cꝫ. Ecce sacerdos. Feria secunda dñr exeque mortuorum cum ix. lec. ⁊ cũ missa in crastino.

4.A ❡ Dominica in ramispalmarũ de ser. do. ⁊ ceteris ferijs de ieiunio: ⁊ nihil de martyr. nisi memo. ad vespe. ⁊ ad matuti. de sancta maria.

5.A ❡ Dñica i ramispalmarũ de ser. do. Feria 3. dñr exequie mortuorũ cum ix. lec. cũ missa in cras.

1.B ❡ Dominica in ramispalmarum de seruitio dominicali/⁊ festum annunciationis differat̃ vsqꝫ ad quintam feriam post octauas pasche.

2.B ❡ Dñica i ramispalmarũ de ser. do. Feria 3. dñr exequie mortuorũ cũ ix. lect. cũ missa in crasti.

3.B ❡ Dominica in ramispalmarum de seruitio dominicali et festum sancti Richardi differatur vsqꝫ ad trans. eius. Secunde vespere in dominica erunt de festo ⁊ solẽ. memo. de dominica.

4.B ❡ Dñica i ramispalmarũ de ser. do. Feria 3. dicuntur exequie mortuorũ cum nouem lectionũ.

5.B ❡ Dominica i ramispalmarũ de ser. do. Festum scti Georgij differat̃ in 9. diẽ mensis maij: sed caue de trãs. s. Nicolai: qꝛ vbi celebrat̃: tũc festũ sancti Georgij differat̃ vsqꝫ ad 11. diẽ maij.

1.C ❡ Dñica i ramispalmarũ de ser. do. Et festũ annunciationis differat̃ vsqꝫ ad 5. fe. post oct. pas.

¶ Dominica in ramispalmarum de ser. do. Feria 2 C
3. dñi exequie mortuorum cũ ix. lect. Festũ sancti
Richardi differatur usq; ad trans. a. eius.
¶ Dominica in ramispalmarum de seruitio do 3. C
minicali/ et festũ sancti Ambrosii differatur in
crastĩ. Secunde vespere in dominica erunt de
festo: et solennis memoria de Dominica.
¶ Dominica in ramispalmarum de seruitio do 4 C
minicali. In 4. feria fiat memoria de martyri-
bus ad vespe. et ad matutinas de sãcta maria.
¶ Dñica in ramispalmarũ de serui. do. et festũ 5. C
sancti Georgii differat ad quintã diem maii.
¶ Dominica in ramispalmarũ de seruitio do. 1. D
Feria 4. de annũciatione. Secunde vespere e-
runt de cena dñi et solen. mẽo. de annunciatio.
¶ Dominica in ramispalmarũ de serui. domini. 2 D
et festa sctõrũ differant usq; ad trãsla. eorum.
¶ Dominica in ramispal. de ser. do. et festũ scti 3. D
Richardi differat usq; ad trãsl. et festũ s. Am-
brosii differatur usq; ad fer. 3. post oct. pasche.
¶ Dominica in ramispalmarum de seruitio do 4.
minicali. Ad primas vespe. que erunt de domi D
nica fiat solennis memo. de sancto Ambrosio.
¶ Dominica i ramispal. de ser. do. Feria 3. dñi 5. D
exequie mortuorũ cũ ix. lc. cum missa in crastĩ.
¶ Dominica in ramispalmarum de seruitio do 1. E
minicali/ et festa sanctorũ Edwardi/ Cuthber-
ti/ et Benedicti differat usq; ad transla. eorũ.
¶ Dominica in ramispalmarum de ser. do. In do. 2. E
dñi exequie mortuorũ cum ix. lect. Feria 3. fe-
stum annunciationis et solen. memoria de ieiu.
¶ Dominica in ramispalmarum de seruitio do 3. E
minicali/ et festum sancti Richardi differatur.

vsq ad transl. eius: et festū sancti Ambrosii differatur vsq ad tertiam feriā post octa. pasche.

4. E ¶ Dominica in ramispalmarum de seruitio dominicali. Feria tertia dicuntur exequie mortuorum cum nouem lect. cum missa in crastino.

5. E ¶ Dominica in ramispalmarum de seruitio dominicali. Feria tertia dicātur exeq̄uie mortuorum cum nouem lectio. cum missa in crastino.

1. F ¶ Dominica in ramispalmarū de seruitio dñice & festa sanctorꝝ differant vsq ad trāsl. eorū.

2. F ¶ Dominica in ramispalmarum de seruitio dominice. Secunde vespere erunt de annunciatione & solennis memoria de dominica.

3. F ¶ Dñica in ramispalmarū de seruit. do. & nihil de sctō Richardo vsq ad transl. & festū scti Ambrosii differat vsq ad 3. feriā post oct. pasche.

4. F ¶ Dñica in ramispalmarꝝ de seruitio dñice. Feria 3. dicunt exequie mortuorꝝ cū missa in cras.

5. F ¶ Dominica in ramispalmarum de seruitio dominice. Feria tertia dicuntur exequie mortuorum cum missa in crastino.

1. G ¶ Dñica in ramispalmarꝝ de ser. do. & festa sanctorum ix. lectio. differat vsq ad transl. eorum.

2. G ¶ Dñica in ramispalmarum de seruitio dñice. Festū annūciationis differat in crast. & 2. ves. erunt de annūciatione. & solen. mēo. de dñica. Feria secunda de annunciatione. Feria tertia dicunt exequie mor. cū ix. lect. cū mis. in crast.

3. G ¶ Dominica in ramispalmarū de seruitio do. & festum sancti Richardi differat vsq ad transl. Feria 4. de sctō ambrosio cū. Ecce sacerdos & solen. memoria de ieiunio. Secūde vespere erunt de cena domini & solen. memo. de dñica.

¶ Dn̄ica in ramispalmarū de seruitio do. Fe- 4 G
ria .3. the exequie mortuorū cū missa in crast.
¶ Dn̄ica in ramispalmarū de seruitio do. Fe- 5. G
ria .3. dicuntur exequie mortuorum cum nouē
lectionibus & cum missa in crastino.

Dn̄ica in ramispal-
mar. Ad vesp. añ. Bñ-
dictus. Ps. Ipsū. Cp̄m.
Phil. Hoc fratres senti-
2. a. te in vobis qđ et
in christo iesu: qui cū
in forma dei esset non
rapinā arbitratus est
esse se equalē deo: sed
semetipsum exinani-
uit formam serui acci
piens. R. Circundede-
runt me. Vs. In hebd.
proxima precedē. Hoc
R. dī quotidie ad ve-
sper. vsq ad cenā dñi:
nisi in secūdis vespe-
ris huius do. Hy. Ve
xilla regis prodeunt.
V. Dederūt. In Clari
fica me pr̄ apud temet-
ipsum claritate quam
habui priusq̄ mundus
fieret. Ps. Magt. Orō.
Omnipotens sempiterne
deus qui huma-
no generi ad imitādū
humilitatis exemplū
saluatorē nostrū car-
nem sumere & crucem
subire fecisti: concede
propiti⁹ vt & patiētie
ipsius habere documē
ta/& resurrectionis cō
sortia mereamur. Per
do. ¶ Ad matu. Inuit.
Ipsi vero non cognoue
runt vias meas. Qui-
bus iuraui in ira mea
si introibunt in requiē
meā. Ps. Venite. Hy.
Pange lingua gl'iosi.
¶ In .j. noc. hec sola ā.
dicitur sup oēs ps.
ān. Quid molesti estis
huic mulieri? op⁹ eñ
bonū operata est i me.
Ps. Beat⁹ vir. V. Erue
a framea. Lectiones i
primo noctur. de pro-
pheta hieremie p ordi
nem leguntur. Lecti. j.
U Facte verbū dñi.
Mundo colliendo

fact⁹ sum israeli. Quare ergo dicit populus meus: recessimus / non veniemus vltra ad te? Nunquid obliuiscetur virgo ornamenti sui: aut spōsa fascie pectoralis sue? Popul⁹ vero me⁹ oblit⁹ est mei dieb⁹ innumeris. Hec di. ℟.
1 In die qua inuocaui te dñe dixisti: noli timere: Judicasti causā meā ⁊ liberasti me deus me⁹. ℣. In die tribulationis mee clamaui ad te / quia exaudisti me. Judicasti. Lectio .ij.

Quid niteris bonā ostendere viā tuā ad querendā dilectionem: que insuper et malitias docuisti vias tuas / ⁊ in alis tuis inuent⁹ est sanguis animarū pauperū ⁊ innocentium? Nō in fossis inueni eos: sed in omnib⁹ que supra memoraui. Et dixisti. Absq; peccato ⁊ innocēs ego sum: ⁊ propterea auertatur furor tuus a me. Hec dicit. ℟. Fratres mei elōgauerūt a me: ⁊ noti mei: Quasi alieni recesserūt a me. ℣. Amici mei et proximi mei. Quasi. Lectio .iij.
2

Ecce ego iudicio contendā tecum: eo q dixeris / non peccaui. Quā vilis facta es nimis iterās vias tuas. Et ab egypto cōfunderis: sicut cōfusa es ab assur. Nā et ab ista egredieris et manus tue erunt sup caput tuum: quā obtriuit dñs confidentiā tuam ⁊ nihil habebis prosperum. Hec. ℟. Domin⁹ iesus ante sex dies pasche venit bethaniam vbi fuerat lazar⁹ mortuus. Quem suscitauit iesus. ℣. Conuenerunt aūt ibi multi iudeorū vt lazarum viderent. Quem. Repetatur ℟. Dñs iesus. ¶ In .ij. nocturno. Añ. Mittēs hec mulier in corpus meū hoc vnguentum: ad sepeliendū me fecit. Ps.
3
4

Cōserua. B. De ore leo
nis. Sermo beati ma-
ximi epi. Lectio. iiii.

PSalmi vicesimi
primi qui lectus
est seriē decursuri/di-
ligēter prius debem⁹
intendere quid in sup-
scriptione cōtineat: vt
cognita eius origine
intelligentiā ipsius fa-
cilius cōsequamur: et
manifestato capite pos-
sint rectius mēbra di-
stribui. Inscribitur aūt
ita. In finem pro susce-
ptione matutina psal-
m⁹ ipsi dauid. Nisi fal-
lor: susceptio matutina
solis ortū semp ante-
uenit. Et priusq orbē
radiorū clar⁹ splēdor
illuminet/ matutinum
noctiū tenebris termi-
nū ponit: ac resoluta
sensim caliginū cecita-
te reb⁹ cunctis facies
qdā ac lumē infundit.
4 R. Insurrexerūt in me
viri iniqui/ absq mia
quesierunt me interfi-
cere: et nō pepercerunt
in faciē meā spuere/ et
lanceis suis vulnera-
uerunt me: et concussa
sunt omnia ossa mea.
Ego autē estimabam
me tanq mortuum su-
per terram. B. Et dede-
runt in escam meā fel
et in siti mea potauerūt
me aceto. Ego autem
estimabam. Lectio. v.

ET cum veluti sub
vna macerie tene-
brarum mundus in cōfu-
sione iacuerit: interue-
niēte matutino diuer-
sa specierū varietate
distinguitur. Hoc est/
cum omnia ceca ante
fuerint: tunc oculi om-
niū reparant. Mox em
quodammodo aufert
oculos mundo: aurora
restituit Ac ita āte ma-
tutina susceptione per-
fruimur: vt gloriosius
postmodum solis splē-
dore potiamur. R. No- 5
li esse mihi domine a-
lienus: parce michi in
die mala: confundan-
tur omnes qui me pse-
quuntur. Et non con-
fundar ego. B. Cōfun-

dātur os inimici mei
qui querunt animam
meam vt auferant eā.
Et non cō. Lectio. vi.

SEd quoniā (sicut
dicit apostolus)
lex spiritualiter data
est/ & spiritalibus spi=
ritalia comprobanda
sunt: solem hic iustitie
arbitror designari/ hoc
est xp̄m dominum. Qui
nobis ignorātie tene=
bris & peccatorū ceci=
tate submersis celestis
doctrine sue lumē infu=
dit: & quos nō habeba
mus oculos cordis in=
seruit. Et velut radios
quosdā ap̄los suos mi
sit: qui nos de nocte te=
terrima delinquentie
liberarēt: et paulatim
resolutis in nobis te=
nebris pctōrū/ matuti
na nos susceptione cō
suescerent: vt perfecti
facilius possimus to=
lerare solis ardorem.
6 R. Cogitauerunt autē
principes sacerdotum
vt & lazarum interfice
rent. Propter quē mul
ti veniebant et crede=
bāt in iesum. V. Testi
moniū ergo phibebat
turba que erant cū eo
quando lazarum voca
uit de monumēto: & su
scitauit eū a mortuis.
Propter quem multi.
Repetatur R. In. iii.
noct. an. Magister di=
cit/ tempus meū prope
est apud te facio pas=
cha cū discipulis me=
is. Ps. Celi enarrāt. V.
Ne pdas cum impiis
deus animam meam.
Euangelium. Secū
dum Mattheum.

IN illo tpe. Cū ap Cap.
propinquasset Je 21. A
sus hierosolymis & ve
nisset bethphage ad
montē oliueti: tūc mi=
sit duos discipulos di
cens illis. Ite i castel=
lum qđ contra vos est
& statim inuenietis asi
nam alligatā: & pullū
cum ea. Soluite & ad=
ducite michi. Et reli.
Omelia venera. bede
presbyteri. Lectio. vii.

MEdiator dei & hoim

Homo christus iesus:
qui pro humani gene-
ris salute passurus de
celo descendit ad ter-
ras/appropinquāte ho
ra passionis sue hiero
solymā venit: vt p hoc
etiā clarescerent q nō
inuitus/sed spontane⁹
pateretur. In asino ve
nire/⁊ a turbis rex ap
pellari ac laudari vo-
luit: vt etiam per hoc
quisq eruditi⁹ agnosce
ret ipsum esse christū:
quem sic illo venturū
prophetia olim pmis-
sa signauerat. Dicite
filie syon. Ecce rex tu⁹
venit sedens super asi
nam et pullum filium
7 subiugalis. ℟. Attēde
dñe ad me: ⁊ audi vo-
ces aduersariorū meo
rum. Nunquid reddit
pro bono malum: quia
foderunt foueā anime
mee. ℣. Recordare qđ
steterim in conspectu
tuo vt loquerer p eis
bonum/⁊ auerterē in-
dignationem tuam ab
eis. Nunquid. ff. viij.

Ante quinq dies
pasche venire vo
luit: sicut ex ioannis e-
uangelio didicim⁹. Vt
etiam per hoc ostende
ret se esse agnum im-
maculatum: qui pecca
ta tolleret mundi. A-
gnus quippe pascha-
lis cuius immolatio-
ne populus israeliti⁹
est de egyptiaca serui
tute liberatus ante qn
q dies pasche (id est
tertiadecima luna) ius
sus est tolli/⁊ quarta-
decima luna ad vespe
rum immolari. Signi
ficans eum qui est suo
nos sanguine erat re-
dempturus/ante qnq
dies pasche (id est ho
dierna die) magno pre
cedentium sequentiū-
q populorum gaudio
ac laudatione deduct⁹
venit in templum dei:
⁊ erat quotidie docēs
in eo. ℟. Conclusit vi- 8
as meas inimicus: in-
sidiator factus est mi
hi sicut leo in abscōdi
to: repleuit me inebria-

uit me amaritudine: & duxerunt in lacū mortis vitā meā/& posuerunt lapides cōtra me Vide dñe iniquitates illorum/& iudica causam anime mee/defensor vite mee. ℣. Fact⁹ sum in derisum omni populo meo/canticum eorum tota die. Vide dñe iniqui. Lectio. ix.

Quinta demū pacta die vbi veteris pasche sacramēta hactenu⁹ obseruata cōsummauit ac noua deinceps obseruanda discipulis sacramenta tradidit: egressus est in montē oliueti: & tētus a iudeis & mane crucifix⁹. Ipsa nos die a demoniaca dñatione redemit: qua antiquus ille hebreorū popul⁹ p immolationē agni iugum egyptie seruitutis abiecit. Ergo dominus ad instar agni paschalis ante quinq̄ dies quā pati inciperet/lacū passionis adire voluit. ℟. Cū audisset turba quia venit Jes⁹ hierosolymā: Cum ramis palmarum processerunt ei obuiā. ℣. Et cū appropinquasset ad ascēsum mōtis oliueti: oēs turbe gaudentes & deū voce magna collaudātes. Cū. repetat̄ ℟. Cū audisset. ℣. Intēde aie mee.

¶ In laudibus. Ana.

Dñs deus auxiliator meus: & ideo non sum confusus. ps. Miserere mei. 1

Añ. Circundantes circundederūt me & in nomine dñi vindicabor in eis. ps Confitemini dño. 2

Añ Judica causam meā: defende quia potens es domine. ps. De⁹ de⁹ meus. 3

Añ Confundantur qui me psequuntur & non confundar ego domine deus meus. ps Benedicite oia. 4

An. Cū angelis & pueris fideles inueniātur triumphatori mortis clamātes osanna in excelsis. ps. 5

Laudate dominum de
celis. Co. Hoc fratres
sentite. Hy⁹. Lustra
sex. ℣ Eripe. an. Tur-
ba multa q̄ cōuenerat
ad diē festū clamabat
dño: benedictus q̄ ve-
nit in nomine dñi osā-
na in excelsis. ps. Be-
nedictus domin⁹. Or.
Omīs sēpiterne de⁹.
¶ Ad .j. an. Osanna fi-
lio dauid: benedictus
qui venit in nomine do
mini / rex israel osan-
na in excelsis. ps. De⁹
deus meus respice.
¶ Ad .iij. an. Pueri he-
breorū vestimenta pro
sternebāt in via & cla-
mabant dicentes / osā-
na filio dauid / benedi-
ctus qui venit in no-
mine domini. ps. Le-
gem pone. Co. Hoc fra
tres. ℟ Fratres mei.
Chorus prosequat to
tū elongauerūt a me:
& noti mei: Quasi alie
ni recesserūt a me. Cle
ricus. ℣ Amici mei et
proximi mei. Quasi. re
petat ℟ Fratres mei.

℣ Erue a framea de⁹
animam. ¶ Ad .vj. an.
Pueri hebreorū tollen
tes ramos oliuarū ob-
uiauerūt dño clamān
tes & dicētes: osāna in
excelsis. ℣ Defecit. ca.
Humiliauit semet- Phil. 2.b.
ipsum christ⁹ pro
nobis obediens vsq;
ad mortē: mortem aūt
crucis. ℟ Attēde. Cho
rus prosequat totum
℟. Clericus ℣. Recor
dare. repetē hoc ℟. su-
pra admatu ℣ De ore
leo. ¶ Ad .ix. ā. Oēs col
laudant nomen tuū et
dicūt: benedictus qui
venit in nomine domi
ni osanna in excelsis.
ps. Mirabilia. Ca. In.
Deus pr̄ exaltauit eodē
christum suum: &
donauit illi nomē qḋ
est super omne nomen
vt in nomine iesu om-
ne genu flectat / cele-
stiū terrestrium & in-
fernorum. ℟ Saluum
me fac. Chorus prose-
quat totum. Deus: qm̄
intrauerunt aque vsq;

ad aiam meā:nō auer tas faciē tuam a me. Quoniā tribulor exau di me deus. Clerici℣. Intende anime mee & libera eā:propter ini micos meos eripe me Quoniā tribu. repetat ℟. ℣. Ne perdas cum impijs. ¶ Ad vespe. A. Sede a dextris. ℣. Di xit dominus dñō meo. Cpm Hoc fratres sen tite in vobis. ℟. Cogi tauerunt autē princi pes. ℣. Testimoniū er go. repetatur ℟. Hy⁹. Vexilla regis pdeūt. ℣⁹. Dederunt. an. Oc currunt turbe cum flo rib⁹ & palmis redem ptori obuiā et victori triūphanti digna dāt obsequia:filiū dei ore gentes predicant:& in laudes Christi voces tonant per nubila/osā na. ps. Magnificat. or. Omnipotēssēpiterne. ¶ Feria. ij. Inuitator. Adoremus. ps. Veni te. Hy⁹ Pange lingua gloriosi. Ad nocturn. an.

e psalmi fer. ℣. Erue a framea. Lectio prima.

Vulgo dicitur. Si dimiserit vir v xorem suam:z recedēs ab eo duxerit virū al terum:nunquid reuer tetur ad eā vltra? Nū quid nō polluta erit & cōtaminata mulier il la? Tu autem fornica ta es cum amatorib⁹ multis:tamē reuerte re ad me (dicit dñs) et ego suscipiā te. Hec. ℟. Synagoga populo rū circundedit me:et non reddidi retribuē tibus mihi mala. Con sumetur dñe nequitia peccatorū/diriges iu stum. ℣. Judica me do mine secundum iusti tiam meam super me. Consumet. Lectio. ij.

Leua oculos tuos in directū: & vide vbi nūc prostrata sis. In vijs sedebas expe ctans eos: quasi latro insidians in solitudi ne. Et polluisti terrā i fornicationib⁹ tuis/et

Hieb. 3.

in maliciis tuis. Quā-
obrem prohibite sunt
stille pluuiarū: et sero-
tinus imber non fuit.
Hec dicit. ℟. Oppro-
brium factus sum ni-
mis inimicis meis: vi
derunt me et mouerūt
capita sua. Adiuua me
dñe deus me⁹. ℣. Lo-
cuti sunt aduersū me
lingua dolosa: et sermo
nibus odii circundede-
rūt me. Adiuua. lec. iii.
Frons mulieris
meretricis facta
est tibi: noluisti erube-
scere. Ergo saltē a mo
do voca me/pr̄ me⁹ dux
virginitatis mee tu es
Nunquid irasceris in
ppetuum/aut pseuera
bis in finem? Ecce lo-
cuta es/et fecisti mala
et potuisti. Hec. ℟. Di
xi impii dixerunt: op-
primamus virū iustū
iniuste/et deglutiam⁹
eum tanq̄ inferi viuū:
auferam⁹ memoriam
eius de terra: et de spo
liis eius sortem mitta
mus inter nos: ipsi em̄
homicide thesauriza-
uerunt sibi malū/insi-
pientes et maligni ode
runt sapientiā. Et rei
facti sunt in cogitatio
nibus suis. ℣. Hec co-
gitauerūt et errauerūt
excecauit illos mali-
tia eorū. Et rei fa. ℣.
Intende anime mee.
¶ In laudibus. Aña.
Faciem meā nō auer 1
ti ab increpantibus et
conspuentibus in me.
ps. Miserere. añ. Fra- 2
mea suscitare aduer-
sus eos q' dispergunt
gregem meū. ps. Ver-
ba. añ. Appēderūt mer 3
cedem meam triginta
argenteis quos appre
ciatus sum ab eis. ps.
Deus deus meus. añ.
Inūdauerūt aque sup 4
caput meū: dixi perii/
inuocabo nomē tuum
dñe deus. ps. Confite-
bor. añ. Labia insurgē 5
tiū et cogitationes eo-
rum vide dñe. ps. Lau
date. Cpm. Dñe demō
strasti. Hy⁹ Lustra. ℣.
Eripe me de inimicis.

An. Non haberes pote statem in me nisi de su per tibi datum fuisset. Ps. Benedictus, Dns.

Da q̃s omñs deus: ut qui in tot adversis ex nostra infirmitate deficimus / intercedente unigeniti filii tui passione respiremus. Qui te. ¶ Ad .j. An. Anime impiorum. Ps. Deus in nomine. ¶ Ad .iij. ☧ ad alias horas dicunt ãn. ☧ cap. sicut in fe. precedẽ. prime hebd. Via & ℣. sicut in dñica palmarũ. Et sic fiat quotidie usq; ad cenã dñi/ quãdo de feria agitur. Cetera oia sicut in fe. p̃cedenti proxime hebdo. Ad vesperas. ãn. Potestatem habeo ponendi animam meam: et iterum sumendi eam. Ps. Magnificat. Oratio.

Adiuua nos deus salutaris noster: ☧ ad beneficia recolenda quibus nos instaurare dignat⁹ es tribue venire gaudẽtes. Per dñm. ¶ Feria .iij. ℟. De ore leonis. ℣. Et a cornibus. Lectio .j.



Et dixit dñs ad me: in diebus iosie regis. Nunquid vidisti q̃ fecerit auersatrix israel? abijt sibimet sup oẽm montẽ excelsũ: et sub omni ligno frõdoso: ☧ fornicata est ibi. Et dixi cũ fecisset hec oĩa: ad me reuertere/ ☧ nõ est reuersa. Hec di. ℟. Saluũ me fac. requ. re in dñica palmarum ad horã nonã. Lec. ij. 1

Et vidit p̃uaricatrix soror ei⁹ iuda: q̃ p eo q̃ mechata esset auersatrix israel dimisissẽ eã/ ☧ dedissẽ ei libellũ repudij. Et nõ timuit p̃uaricatrix iuda soror ei⁹: sed abijt ☧ fornicata est etiã ipsa. Et fact 3

litate fornicatiōis sue
contaminauit terrā: et
mechata est cū lapide
2 et ligno. Hec. R. De⁹ is
rael ppter te sustinui
improperiū/operuit re-
uerētia faciē meā: ex-
traneꝰ factꝰ sū fratri-
bꝰ meis et hospes filiis
mātris mee. Qm̄ zelꝰ do
mꝰ tue comedit me. V.
Improperia improperā
tiū tibi ceciderūt sup
me. Qm̄ zelꝰ. Lect. iij.
Et in omnibꝰ his nō
est reuersa ad me pre-
uaricatrix soror eiꝰ iu
da in toto corde suo:
sed in mēdacio/ait do
minꝰ. Et dixit dn̄s ad
me. Justificauit animā
suā auersatrix israel
comparatione preuari
catricis iuda. Hec di.
3 R. Dixerunt impii apud se nō recte cogitā
tes: circūueniamus iu
stum qm̄ contrariꝰ est
operibꝰ nostris. Pro-
mittit se scientiā dei
habere / et filiū dei se
nominat/et gloriatur pa
trē se habere deū/ vi-
deamꝰ si sermones il-
lius veri sunt/et si est
verus filiꝰ dei liberet
illū de manibus nr̄is:
morte turpissima con-
dēnemus eū. V. Tanq̄
nugaces estimati su-
mus ab illo: et abstinet
se a viis nostris tanq̄
ab immūdiciis/et pro-
fert nouissima iustorū.
Promittit se scientiā
dei habe. Vꝰ. Intende
anime mee et libera.
¶ In laudibus. aña.
Uide dn̄e et cōsidera/ 1
quoniā tribulor velo-
citer exaudi me. ps. Mi
serere. a. Discerne cau 2
sam meā domine: ab
homine iniquo et dolo
so eripe me. ps. Judi-
ca me deꝰ. an. Dn̄ tri- 3
bularer clamaui ad do
minū / de vētre inferi
exaudiuit me. ps. Deꝰ
deus. an. Dn̄e vim pa- 4
tior responde p me qr
nescio qd dicā inimicis
meis. ps. Ego dixi. an.
Dixerūt impii/oppri- 5
mamꝰ virū iustū quo-
niam cōtrariꝰ est ope-

ribus nostris. ps. Laudate dnm de celis. cp. Dne demonstrasti. hy. Lustra sex. vs. Eripe me de inimicis meis. An. Nemo tollet a me aiam meã: sed ego pono eã/ et iterũ sumo eã. ps. Benedictus. Oro.

Omnipotens sempiterne deus: da nobis ita dnice passionis sacramenta peragere/ ut indulgẽtiam percipere mereamur. Per eũdẽ.

Ad vespe. an. Quoti die apud vos erã in tẽplo docens et non me tenuistis: et ecce flagellatũ ducitis ad crucifigẽdũ. ps. Magt. Or.

Tua nos deus misericordia: et ab omni surreptione vetustatis expurget/ et capaces sãcte novitatis efficiat. Per dominũ.

Hac die dns vigilie mortuorũ cũ ix. ps et ix. lectio. solenniter in conventu et cum missa in crastino nisi aliquod festũ duplex impediẽrit: et tunc stat predic. fer. aliqua fer. preceden. istius heb. vel in dn. vel in secũda fer.

Feria. iiij. S Ne p̃das cũ impiis. Lec. j.

Vade et clama sermones istos contra aquilonẽ: et dices. Revertere aversatrix israel ait dns: et nõ avertam faciẽ meam a vobis/ quia sanctus ego sum dicit dns: et nõ irascar in perpetuũ. Hec dicit dns. R. Dominus
1
mecum est tanq̃ bellator fortis: propterea persecuti sunt me et intelligere nõ potuerũt: dne probans renes et corda. Tibi revelavi causam meã. V. Deus deus meus respice in me: quare me dereliquisti? Tibi reve. Lect. ij.

Verũtamẽ scito iniquitatẽ tuam: quia in dominum deũ prevaricata es. Et dispersisti vias tuas alienis sub omni ligno frõdoso: et vocẽ meã non audisti.

2 Dicit dñs. ps. Noli es. | Libera me de sāgui- 1
se q̃re i co psalma. x. iii. | nibus deus de⁹ meus:
Convertimini filij re | et exaltabit ligua mea
vertentes dicit dñs: q2 | iustitiā tuā. ps. Mise-
ego vir vester. Et assu | rere. an. Cōtumelias et 2
mam vos: vnum de ci- | terrores passus sū ab
uitate/ et duos de cog- | eis: et dñs mecum est
natione: et introducā | tanq̃ bellator fortis.
vos in syō. Et dabo vo | ps. Te decet. an. Ipsi 3
bis pastores iuxta cor | vero in vanum quesie-
meū: et pascēt vos sciē | runt animā meā: itroi
tia et doctrina. Hec di | bunt in inferiora ter-
3 cit dñs. Contumelias et | re. ps. Deus de⁹ me⁹.
terrores passus sū ab | an. Omēs inimici mei 4
eis qui erant pacifici | audierunt malū meum
mei/ et custodiētes la- | dñe: letati sūt quoniā
tus meū: dicētes. De- | tu fecisti. ps. Exultauit.
cipiam⁹ eū/ preualea- | an. Alliga dñe in vin- 5
mus illi: sed tu domi- | culis nationes gentiū
ne mecū es tanq̃ bel- | et reges eorum in cō-
lator fortis: cadant in | pedibus. ps. Laudate.
opprobrium sempiter | Cōm. Dñe demonstra-
num: et videā vindictā | sti. Hy⁹. Lustra sex. ṽ.
in eis q2 tibi reuelaui | Eripe me de. an. Simō
causam meam. ṽ. Oēs | dormis? non potuisti
inimici mei aduersum | vna hora vigilare me
me cogitabāt mala mi | cū. ps. Benedict⁹. or.
hi: verbum iniquū mā | Presta q̃s omnipo
dauerunt aduersū me | tens deus: vt qui
dicentes. Decipiamus | ex nostris excessib⁹ in
eum preualeamus. ṽ. | cessanter affligimur/
Intende anime mee. | per vnigeniti filij tui
Ad laudibus. Aña. | passionē liberemur. q.

Si aliquod dupl'. fes. seu aliqua predicatarũ fe. istius heb. cõtige. nihilomin⁹ or. do fe. de fe. ꝛ lau. ꝛ aliis super pos. Bñdict⁹ ꝛ Mgt. seruabitur tn. sequentibus fe. ꝛ tunc R. ꝛ de super laud. illius fes. scꝫ in qua fest. cõtige. in illo anno sine non dñr: V. tamen ante fe. per ord. dñr. Hac die ad has vespe. ꝛ adhuc ad missam in crast. pul sent cãpane vt in w. ꝛ tunc post pulsationem ad mis. non pulsentur vsqꝫ ad Glia in excel. in vigil'. pasche. Nec abhinc vsqꝫ ad cõple. in eadem vigil'. lumi natis vt i do. accendãtur. Omnes añe super pos. cum suis pis ad has vesp. in. ii. forma incipiantur. Sacerdos vero ad orõnẽ dicẽdã absqꝫ cappa serica et absqꝫ ceroferarijs ad gradũ cho. accedat ha bitu nõ mutato: cũ so lo puero sibi librũ cũ lũie ministrãte. Cho. tñ nõ regit. ad ves. V. Beatus. Ps. Nisi dñs edificauerit. Capitulũ

Omnes nos quasi oues errauimus/ vnusquisqꝫ in viã suã declinauit: et dñs posuit in eo iniquitatem oĩm nostrã: oblatus est quia ipse voluit/ ꝛ nõ aperuit os suũ. R. Cir cundederunt. ꝛ dicitur in. ii forma ab vno so lo clerico nec habitu mutato. Hy⁹. Vexilla regis prodeunt. V. De derant in escã. Añ. Tã to tempore vobiscum eram docens vos in templo/ ꝛ nõ me tenui stis: modo flagellatũ ducitis ad crucifigen dum. Ps. Magnt. Oro.

Respice qs domi ne super hanc fa miliam tuã/ pro qua do minus noster Iesus xps non dubitauit ma nibus tradi nocentiũ: ꝛ crucis subire tormẽ tum. Qui tec. Hec orõ dicit ad oẽs hor. i his

tribus noctib⁹ seque. nisi ad vesp. in cena dñi et ad vespe. in vigilia pasc. Ad has vesp. non dñr preces / nulla fiat prostratio neq; mēs. ꝑ penitentib⁹: nec incen sek altare: nec aliqua fiat mēo. propter solē-nitatē cene / nisi aliqđ festū dupl. in hac. iiij. fer. celebrandum fue. Hac die non dñr vesp-pere de sctā maria in conuentu: nec cetera q̄ dici solēt/ nisi tātū fer iii. dici vsq; in crastī. octa. pasche. Tamē ex-tra conuē. dicent vespe. ꝛ matu. quotidiane de sctā maria. Si festum annūciatio. btē marie vel aliud dup. fest. for te hac die cōtige. ibi so len. celebret. Vesp. ta-men de fer. suppaditto modo dñr: ꝛ solē. mēo. de fest. Si vero ab hac die vsq; ad oct. pasche aliquod fest. dup. cōti ge. differ. vsq; post oct. pasche ꝛ vbi conueniē ti⁹ possit celebrari ce-lebretur. Ad cōple. añ. Misererere incipiatur in. ij. forma. ps. Cū in uocarē. Cp. Tu in no-bis. R. In man⁹ tuas. ꝟ dr in. ij. forma. Hy⁹. Custos dei. ꝟ. Custodi nos. añ. O rex gl'iose. ꝛ incipiat in superiori gradu. ps. Nūc dimit. Deinde dñr. iij. ꝟ. i. ij. forma. Sequunt preces ꝛc. oia vt in do. dieb⁹ more solito absq; oro tra. ꝛ fine ps. Miserere-re. Propter solē. cene nō dr ps. Ante leuaui. nec abhinc vsq; ad rece ptionē hist. De⁹ oim.

Feria quinta in ce-na dñi. Ad matu. xxiiij candele ante altare p̄-parentur: iuxta nume-rum xij. prophetarū et xij. apostolorū: et ante matuti. accēdant: qua rum singule ad incept. vniuscuiusq; añe ꝛ R. extinguant: qr totidē sunt candele quot añe et R. in hist'o. ꝛ signat crudelitatē iudeoꝝ in prophetis ꝛ apostolis.

Similiter fiat in. vi. fer. et in sabba. Ad has matutinas et etiam deinceps usque in diem pasche non dicitur Domine labia mea aperies. nec Deus in adiutorium meum. nec inuitatorium sed in superiori gradu incipiatur an. sine genuflexione hac die propter solennitatem cene. Omnes uero an. usque ad laud. in superiori gradu incipiant que his dimissis dicatur: singuli an. a singulis pueris loco nec habitu mutato dicuntur lect. et Gloria cum suis an. iuxta ordinem clericorum: ut in dnicis diebus dicitur Gloria. omnino tacet usque ad vigiliam pasche nisi tantum post vii. psalmos penitentiales in die cene: et post officium misse ipso die si episcopus celebrauerit.

¶ In .i. nocturno. an. Zelus domus tue comedit me: et opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me. ps. Saluum me fac. An. Auertantur retrorsum et erubescant qui cogitant michi mala. ps. Deus in adiutorium. An. Deus meus eripe me de manu peccatoris. ps. In te domine speraui. ii. ps. sine neuma ps. Exurge deus. Responsiones ps. ordinatim dicantur. R. Et iudica causam meam. sequatur Pater noster. absque pronunciatione Et ne nos. nec clerici accipiant benedictionem ante lect. in his tribus noctibus. Tres prime lectio de lamentationibus hieremie sunt que a tribus pueris singulis per se cantando leguntur hoc modo. Lectio prima. Aleph.



Quomodo sedet sola ciuitas plena populo: Facta est quasi vidua dna gentium:

princeps prouinciarũ facta est sub tributo. Beth. Plorans plorauit in nocte: et lachryme eius in maxillis eius Non est qui consoletur eam: ex omnibus charis eius. Omnes amici eius spreuerant eam: et facti sunt ei inimici. Hierusalem hierusalem: conuertere ad dominum deum tuum. Et cũ hac clausula terminentur oẽs lec. de lamentationibus. ℟.

1 In monte oliueti orauit ad patrẽ: pater si fieri potest transeat a me calix iste/spiritus quidem promptus est/caro autem infirma. Fiat voluntate tua. ℣. Veruntamen non sicut ego volo / sed sicut tu vis. Fiat voluntas.

Lectio secunda. Gimel

MIgrauit iuda propter afflictionẽ et multitudinem seruitutis. Habitauit inter gentes: nec inuenit requiẽ. Oẽs persecutores eius apprehenderunt eam: inter angustias. Deleth. Vie siõ lugẽt: eo q non sint qui veniant ad solennitatem Omnes porte eius destructe: sacerdotes eius gementes. Virgines eius squalide: et ipsa oppressa amaritudine. He. Facti sunt hostes eius in capite: inimici eius locupletati sunt: quia dñs locutus est super eam propter multitudinẽ iniquitatũ eius. Paruuli eius ducti sũt in captiuitatẽ: ante faciem tribulantis. Hierusalem. ℟. Tristis est anima mea vsq ad mortem/sustinete hic et vigilate mecum: nunc videbitis turbã que circundabit me. Vos fugam capietis et ego vadam immolari pro vobis. ℣. Ecce appropinquabit hora et filius hominis tradetur in manus peccatorum. Vos fugã. Lectio. iij. Vau. 2

Et egressꝰ est a filia Sion oīs decor eius: facti sunt principes eiꝰ velut arietes nō inuenientes pascua Et abierunt absq; fortitudine: ante faciem subsequētis. Resp. Recordata est hierusalem dierū afflictionis sue: & preuaricationis omniū desiderabiliū suorū que habuerat a diebus antiquis/cū caderet populus eius i manu hostili: & non esset auxiliator. Viderunt eā hostes & deriserūt sabbata eius. Vers. Peccatū peccauit hierusalē: propterea instabilis facta est. Omnes qui glorificabant eam spreuerunt illā: q2 viderunt ignominiā eiꝰ. Ipsa autē gemens conuersa est retrorsū. Hierusalem. Resp. Ecce vidimus eū non habentē speciē neq; decorē: aspectus i eo nō est. Hic pctā nostra portauit: & pro nobis dolens; ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras. Cuius liuore sanati sumus. Vers. Vere languores nostros ipse abstulit: & infirmitates nostras ipse portauit. Cuius liuore sanati. repetatur. Resp.

¶ In secundo noc. An. Liberauit dn̄s pauperē a potente: & inopem cui nō erat adiutor. Ps. Deus iudiciū. An. Cogitauerunt impij & locuti sunt nequitiā: iniquitatem in excelso locuti sunt. Ps. Quā bonꝰ. An. Exurge dn̄e & iudica causam meā. Ps. Vt quid deus. Vers. Deus meus eripe me. Resp. De manu peccatoris.

Tres medie lectiones fiant de expositione ps. & legantur sine Iube domine: & sine pronunciatione Et ne nos. incipiatur. Lectio. iiij.

Exaudi deus orationē meā cū tribulor: a timore inimici eripe animā meam. 4

Noverit sanctitas ve-
stras dilectissimi / ca-
put vestrũ esse dominũ
Jesum christũ: omnes-
q illi coherentes / mẽ-
bra esse illius capitis.
Cuiusq voce iam habe-
tis notissimã: qm non
ex solo capite / sed etiã
ex corpe loquit. Modo
Tu aũt. sed ex verbis
lectionis sanĉ faciaut
4 lectores. ℟. Un⁹ ex di
scipulis meis tradet
me hodie: ve illi p quẽ
tradar ego Melius illi
erat si nat⁹ non fuisset.
℣. Qui intigit mecum
manũ in parapside: hic
me traditurus est in
man⁹ peccatorũ. Mel⁹
illi erat. Lectio quita.

Dicamus ergo et
nos: exaudi deus
oratione meã cũ tribu
lor: a timore inimici
eripe animã meã. Se-
uierunt inimici i mar-
tyres: quid orabat ista
vox corporis christi?
Hec orabat vt eruerẽn
tur ab inimicis: nõ vt
eos nõ possẽt occidere

inimici. ℟. Judas mer 5
cator pessimus osculo
petiit dñm: ille vt agn⁹
innocens non negauit
iude osculũ. Denario-
rum numero christum
iudeis tradidit. Plus.
Auaritie inebriatus ve
neno dum sitit lucrum
peruenit ad laqueum.
Denariorũ. Lectio. vi.

Ergo exauditi nõ
sunt qui occisi sũt
et deseruit deus contri
tos corde seruos suos
et sperantes in se despe
xit? Absit. Exaudieban
tur ergo et occidebãn-
tur: et tamen ab inimi-
cis eruebantur. Ergo
hec erat vox martyrũ.
A timore inimici eripe
animam meã non vt
me non occidat inimi-
cus: sed vt non timeã
occidentem inimicum.
Erue a timore inimici
et subde timore dñi.
Non timeam eum qui
habet potestatem occi
dendi corpus: sed ti-
meã eũ qui habet po-
testatẽ corp⁹ et animã

mittere in gehennam
6 ignis. R. Una hora nō
potuistis vigilare me
cum qui exhortabami
ni mori pro me ? Vel
iudā non videtis quo=
modo non dormit: sed
festinat tradere me iu
deis. V. Dormite iam
& requiescite: ecce ap=
propinquabit qui me
traditurus est. Vel.

In tercio nocturn. An.
Dixi iniquis nolite lo
qui adversus deū ini=
quitatē. Ps. Confitebi
mur. A. Terra tremuit
& quievit dū resurgeret
i iudicio deꝰ. Ps. Notꝰ
in iudea. A. In die tri
bulationis mee deum
exquisivi manibꝰ me=
is. Ps. Voce mea. A. V.
Homo pacis mee. R.
Ampliavit adversū me
supplantationē. Tres
ultime lectiones de
epistola pauli supradi
cto modo legantur & fi
niantur. Lectio. vii.

Fratres: conve=
nientibus vobis
in unum / iam non est
dominicam cenā man
ducare. Unusquisq; e=
nim suam cenā presu=
mit ad manducandum
Et alius quidē esurit:
alius autē ebrius est.
R. de secunda feria et cum R. Dicant nunc.
¶ Dominica quinta post pascha de scto augu- 5.A
stino. Ad 1. vesperas fiat solen. mẽo. de sctõ al
delmo: de domi. et processio. Feria 2. et 4. de fe.
cum R. de 4. fer. In 2. et in 4. feria dicuntur
responsa. de 2. fer. cum responso. Dicant nũc.
¶ Dominica quinta post pascha de do. In lau. 1.G
dẽs ãe dñr. Ad 1. vespe. fiat solẽ. mẽo. de sãcto
vitale et proces. Feria 2. et 4. de fer. cum R. de
2. et 3. fe. et R. de 4. fer. pretermittãtur. Feria
quinta de ascen. et nihil de marty. Ad 2. vespe.
procedat proces. ante crucem cum ãn. O crux
gloriosa. In redeundo de sctã maria cum oro.
Concede qs. Feria. vj. de cruce et mẽo. de ascẽ.
¶ Dominica quinta post pascha de do. In lau. 2.G
dẽs ãe dñr: et festum scti ioãnis differ. usq; in 3.
feriã. Secunde vespere erunt de sctõ Joanne
de beuerlaco: et mẽo. de do. et de resurre. Feria
2. de sctõ ioãne de beuerlaco episcopo omnia
de communi/et mẽo. de ieiunio et de resurrect.
Missa de ieiunio dicitur in processio. Ad vesp.
de apostolo fiat mẽo. de sctõ ioãne episcopo cũ
ãn. Filie hierusalem. R. Gaudete. Feria tertia
de apostolo: memo. de resurre. Feria 4. de fer.
cũ R. de 3. fe. et R. de 4. fe. preter. et missa do.
dr in proces. Feria 5. de ascen. et nihil de mar.
¶ Dominica quinta post pascha de do. In lau. 3.G
dẽs ãe dñr. Fer. 2. et 4. de fer. cũ R. de 3. et 4.
fe. Fer. 3. de s. maria et R. Dicãt nunc. pretermit.
¶ Dominica quinta post pascha de do. In lau- 4.G
dibus oẽs ãe dicuntur. Feria 2. et 4. de feria.
In 2. fe. dñr R. de 4. fe, et in 4. fe. dicunt R. ia
de 2. fer. cum R. Dicant nunc. Feria quinta de

ascensio. Ad secundas vesperas fiat memoria de sanctis sub ale. Feria tertia de sctā maria.

5.6 ¶ Dominica quinta post pascha de dominica. In laudibus omnes aῇe dicuntur. Ad I. vespe. que erunt de festo fiat solen. memoria de dominica & processio. Feria secunda & 4. de fe. cum ix. de tertia & 4. feria & nihil de scto germano nisi memo. ad vespe. & ad matu. de sctā maria.

¶ Dn̄ica quīta. Ad primas vesperas omnia fiāt sicut in oct. pasche usq ad ān. sup Magt. que erit ān. Magna et mirabilia.

Oratio.

Deus a quo bona cūcta procedūt/ largire supplicibus tuis ut cogitem⁹ te inspirāte que recta sūt: & te gubernante eadē faciam⁹. Per dominū.

Processio. vts. In redeundo de sctā maria dicit ā. ut patet supra in .ii. do. post oct. pasc. Si festum scti Aldelmi in hac dn̄ica cōtig. differatur usq ad .iii. fer. vacā. & tunc nulla cōmēo. btē marie fiat in hac hebdo. Ad matutinas / Inuitatorium/ hy⁹/ āe/ psalmi/ & ℣. sicut in precedē. meo[illegible] do. viup. notatum est.

¶ Secundū Joānem.

In illo tpe. Dixit Iesus discipulis suis. Amen amen dico vobis: si quid petieritis patrem in nomine meo: dabit vobis. Et rel. Omelia venerabilis bede pb. Lect. i. Cap 16

Potest infirmos mouere auditores quomodo in capite lectionis huius euāgelice discipulis saluator promittat. Si quid (inquiēs) petieritis patrē in nomie meo: dabit vobis. Cū non solū nostri similes multa q̄ patrem in christi noie videant petere non accipiant:

Veruntamen ipse apostolus paulus tertio dominum rogauerit ut a se angelus sathane a quo tribulabatur abscederet: nec impetrare potuerit. ℟. Sicut in dominica precedenti. Lect. ij.

Sed huius motis questionis antiqua iam patrum explanatione resecata est: qui veraciter intellexerant eos solum in nomine saluatoris petere / qui ea que ad perpetuam salutem pertinent petunt. Lect. iij.

Ideoque apostolum non in nomine saluatoris petijsse dicunt ut temptatione careret: quam ob custodiam humilitatis acceperat. Qui si hac caruisset saluus esse non potuisset: ipso affirmante cum ait. Et ne magnitudo reuelationum extollat me datus est mihi stimulus carnis mee / angelus sathane qui me colaphizet. ℣. In resurrectione. In laudibus. an. Angelus autem. Et alie antiphone que sequuntur hac die dicuntur. Capitulum.

Estote factores verbi et non auditores tantum fallentes vosmetipsos: quia si quis auditor est verbi et non factor / hic comparabitur viro consideranti vultum natiuitatis sue in speculo. Hymnus. Sermone blando. ℣. Surrexit dominus de sepulchro. an. Usque modo non petistis quicquam: petite et accipietis alla. ps. Benedictus. Oro. Deus a quo. Memoria de resurrect. ut supra. Ad primam. an. Angelus autem. ps. Deus in nomine tuo. an. Te iure. Ch. Estote factores verbi et non auditores. Ad terciam. Chm. Quicunque vult. Ad sextam. Capitulum. Jaco. I. D.

Qui autem perspexerit in lege perfecte libertatis et permanserit in ea / non auditor obliuiosus factus sed factor operis: hic bea- Jaco. I. D.

tus in facto suo erit.
Ad nonā. Capitulū.

Jaco I.D. Religio munda et immaculata apud deum & patrem hec est visitare pupillos & viduas in tribulatione eorum: et immaculatū se custodire ab hoc seculo. Ad vesperas. an. Alleluia. Dixit domin⁹. Cap. Estote factores. Hy⁹. Ad cenā. Mane nobiscum. An. Petite & accipietis ut gaudium vestrum plenum sit: ipse enim pater amat vos: quia vos me amastis et credidistis alleluia. ps. Magnificat. Oro. Deus a quo.

Feria .ij. in rogationibus. Ad matu. Inuitato. hy⁹. re. ps. & ps⁹ illi⁹ ferie ut supra notatum est. Ev. Luce.

Cap. II. A. In illo tpe. Dixit Jesus discipulis suis. Quis vestrum habebit amicū: & ibit ad illū media nocte: & dicet illi. Amice/commoda michi tres panes: qm amicus me⁹ venit de via ad me/ & nō habeo quod ponā ante illum. Et reli. Omelia venerabilis bede presbyteri. Lectio prima.

Rogat⁹ a discipulis salvator nō modo formā orādi: sed instātiā frequētiā cōtradidit orādi. Amic⁹ ergo ad quē media nocte venit: ipse de⁹ itelligit. Cui i media tribulatiōe supplicare: & tres panes (id est itelligētiā trinitatis qua presētis vite cōsolāt labores efflagitare debem⁹. R. Narrabo. Require in precedenti hebdomada. Lectio .ij.

Amicus qui venit de via: ipse noster est animus. Qui totiēs a nobis recedit: quotiens ad appetenda terrena ac tēporalia foris vagat. Redit vero celestiq alimonia refectus siderat: cū in se reversus superna ceperit ac spūalia meditari. R. In toto. Lectio tertia.

Nequo pulchre q̄ pe-
rierat adiungit non se
habere quod ponat an
te illum. Quoniā ante
post scti tenebras ad
deum suspiranti: nihil
preter eū cogitare/ ni-
hil loqui/ nihil libet in
tueri. ℟. In ecclesijs.

¶ In laudibus. Chm.

aco
d.

Confitemini alte
rutrum pctā ve-
stra: & orate pro inuicē
vt salvemini: multum
enī valet deprecatio iu-
sti assidua. Hoc chm.
dr ad has matu. tm̄. ā.
Petite et dabitur vo-
bis: querite & inuenie
tis: pulsate et aperie-
tur vobis alleluia.
℣. Benedictus. Orō.
Presta q̄s omni-
potens deus: vt q̄
in afflictione nostra de
tua pietate confidim⁹:
contra omnia aduersa
tua protectione muniā-
mur. Per dominū no.
Hec orō dicit ad has
matuti. tātum. Ad om-
nes vero alias horas
ch̄. & colla. de do. dn̄i.

Si aliquod fest. cū re
gimine chori hac die
vel in vigil. ascen. dn̄i
euen. nihil fiat de fes.
nisi continuctū fue. fes.
cū regiminie cho. tunc
fiat mēo. de festo cōiū
ter. Si aūt fest. cū re-
gimine cho. in hac. iiij.
fer. euene. totū serui-
tiū fiat de fest. & mēo.
de ieiu. tātum ad ma-
tuti. & expositio euāg.
Quis vestrū. eo anno
omnino pretermittat:
& post tertiā dr mis. de
fest. in choro. Missa ve
ro de ieiunio & proces.
post ix. more soli. Hac
die erunt vesp. de sā-
cta maria cū pleno ser
uitio in cra. si a fes.
cū regimine cho. vaca
ue. & nulla mēo de fe.
sed de aliquo ierō si ha
beatur: & de resur. mo
re solito. Si vero fes.
cū regimine chori in.
iij. fer. euene. tunc nul
la die per hāc hebdo-
madā fiat plen' seruī
tium de sācta Maria.
¶ Feria. iiij. Ad vespe.

An. Ecce nunc palā loqueris & prouerbium nullū dicis: nūc scim⁹ q̄ scis omnia/ & nō est opus tibi vt quis te interroget all'a. Ps. Magnificat. Orōdñicalis.
Feria. iiij. in vig. r. Sitello. Dñi. Ad matut. Inuitato. hy⁹. añe. & ps. Sex. vt s. notatum est.
℣. Surrexit dñs vere.
Secundum Joannem.
Joā. 17. a
IN illo tēpore. Subleuatis oculis Jesus in celum: dixit. Pater venit hora: clarifica filium tuum/ vt fili⁹ tu⁹ clarificet te. Et reliqua. Sermo ex commentario beati augustini episcopi. Lectio prima.

Clarificatum a patre filium secundum formā serui quē pater suscitauit a mortuis: et ad suā dexterā collocauit: res ipsa indicat & nullus ambigit christianus. ℟. Hymnum cātate. Lectio secunda.

SEd quoniā nō tātum dixit pater clarifica filium tuum: sed addidit etiā vt filius tuus clarificet te: merito queritur quomodo patrem clarificauerit filius/ cū sempiterna claritas pris nec diminuta fuerit i forma humana: nec augeri potuerit in sua perfectione diuina. ℟. Deus canticū. Lec. iii.

SEd i seipsa claritas patris nec augeri nec minui potest. Apud homines autem procul dubio minor erat/ quādo in iudea tātum modo deus not⁹ erat: nec dū a solis ortu vsq̄ ad occasum laudabāt pueri nomen dñi. Hoc aūt q̄ per euāgelium christi factum est: vt per filium pr̄ innotesceret gentibus: profecto patrem clarificauit et filius. ℟. All'a. Audiuimus. Re. iste hec iii. ℟s in iii. lec. precedētis he de. Si hec tria ℟ia in precedenti hebdo. dicta fuerint & ℟.

Dicat nunc. Dictum a3 fuerit. ... In hac die dicitur tercium R. Dicant nunc qui redempti sunt alleluia. A domino alleluia. Quos redemit de manu inimici: de regionibus congregavit eos. Alleluia. Gloria patri. Alleluia. Si aut omnia ... in precedenti hebdomada. et in ij. fe. rogationum dicta non fuerint: tunc R. Dicant nunc. Eo anno ... omittantur. Quod si festum cum regimine chori ... fe. rogationum celebratum fuerit: tunc R. Resurrexit dns. R. Maria vo. R. In toto. R. In ecclesiis. ... R. Deduc. et R. Cantate. R. Bonu est. ... in hebdo. precedenti non fuerint cantata: tunc enim hac die dicuntur: quia non omittuntur. In laudibus. Cap. m.

Multitudinis credentium erat cor unum et anima una: nec quisque eorum que possidebat aliquid suum esse dicebat/sed erant illis omnia communia. Clarifica me pr apud temetipsum claritate quam habui priusquam mundus fieret alleluia. Ps. Benedictus. Oratio.

Presta qs omnipotens deus: ut nostre mentis intentio quo unigenitus filius tuus dominus noster venture solennitatis gloriosus auctor ingressus est semp intendat: et quo fide pergit/conversatione perveniat. Per eundem. Hec oratio dicitur hac dicitur ad omnes horas. Memoriam de sancta maria an. Paradisi porta. Post partum. Or. Famulorum tuorum. Or. Concede nos famulos. Ps. Deinde ... non dr oro. Gloriam tuam. ... ad ... tum ... sed eius loco ... ad complet. ... ad proces. dicetur oro. Concede quesumus misericors

deus. Oratio de omni bus sctis. an. Scti tui dne. vel an. Scti et iusti. vt Vox leticie. Or. Infirmitatem. vel Oi de dne. Et tunc quando fit meo. de sctam maria vel de omnibus sanctis ad vesp. vel ad matu. dnt orones predicte. Nulla fiat meo. de cru ce ad vas matuti. nec abhinc vsq ad Deus oim. ¶ Ad iii. Capitu. Multitudinis creden. ¶ Ad sextam. Capitulum.

Actu 4. D Virtute magna red debant apli testimonium resurrectionis Jesu christi domini nostri: et gratia magna erat in omnibus illis. ¶ Ad nonam. Capitulum.

Ibid Quotquot possessores agrorum aut domorum erant / vendentes afferebant precia eorum que vendebant: et ponebant ante pedes apostolorum: Dividebat autem singulis prout cuiq opus erat. Si aliquod fest. cum regimine cho. in hac vigi. euene. non dicetur: sed ad matu. tantum fiat meo. de vigi. Tamen ad primas vesper. nulla fiat memo. de fe. Missa vero de fest. post iii. ho. Missa aut de vigi. ad pce scz vbi fiat statio. ¶ In vigilia ascensio. dni. ad vesp. cap hos. an. Non vos relinquam orphanos alla: vado et venio ad vos alla: et gaudebit cor vestrum alla. Hymnus Dns edi. et ceteri hy. fer. Capitu.

Actu. 1. A. Primum quidem sermonem feci de omnibus o theophile que cepit iesus facere et docere: vsq in diem qua precipiens aplis per spiritum sanctum quos elegit assumptus est. R. Non conturbetur cor vestrum: ego vado ad patrem/ et dum assumptus fuero a vobis mittam vobis alleluia. Spiritum veritatis: et gaudebit cor vestrum alla. V. Ego rogabo patrem

dium paraclitum da-
bit vobis. Spiritum
veritatis & gaudebit.
Gloria patri et filio:
et spiritui sancto. Al-
leluia. Hymnus.

Eterne rex altissi
me/redemptor et
fidelium: quo mors so
luta deperit/datur tri-
umphus gratie.

Scandens tribunal
dextere / patris pote-
stas omnium: collata
est iesu celitus/que nõ
erat humanitus.

Ut trina rerũ machi-
na/celestiũ terrestriũ:
et infernorum condi-
ta/flectat genu iã sub
dita.

Tremunt videntes
angeli/versa vice mor-
taliũ: culpat caro/pur-
gat caro/regnat deus
dei caro.

Tu esto nostrum gau
dium / qui es futurus
premium: sit nostra in
te gloria/per cũcta se-
per secula.

Gloria tibi dñe / qui
scandis supra sydera:
Sax.

cum patre & sctõ spũ/
in sempiterna secula.
Amen. Isti duo ṽ. in fi-
ne omniũ hymnorum
eiusdẽ metri dicantur
vsq ad pẽtecosten nisi
in hymnis Impleta sunt:
scilicet ad primas ve-
speras inuẽtionis san
cte crucis: quã do infra
octa. ascensio. domini
celebratur: & nisi in cõ
mẽo. beate Marie: tũc
enim dicetur Gloria
tibi domine/qui nat⁹.
Post predictum versũ.
Tu esto nostrum. ṽ.
Ascendens christus in
altum. Captiuã du-
xit captiuitatem. añ.
Pater manifestaui no
men tuum hominibus
quos dedisti mihi: nũc
autem pro eis rogo nõ
pro mundo: quia ad te
vado alleluia. ps Ma
gnificat. Oro Presta
q̃s omnipotens deus.
vt sup. in matutinis.
¶ Ad completoriũ. añ.
Alla. vt s. ps Cum in-
uocarem. Cap. Tu in
nobis. Hy⁹ Jesu no-
CM

stra redēptio. ħ. Custo di nos. ān. alla. Ascendens christus in altū. ps. Nunc dimit. quere hec omnia ad cōpletorium post psalterium.

¶ In die ascēsionis domini. Ad matutinas. Inuitatoriū. Alleluia christum ascendentem in celum: Venite adoremus alla. ps. Venite exultem⁹. Hymn⁹. Eterne rex altissime.

¶ In .i. noctur. ān. Eleuata est magnificētia tua super celos de⁹ alleluia. ps. Domine dominus noster. ān. Dñs in tēplo sancto suo: dominus in celo alla. ps. In domino confido. ān. A summo celo egressio eius ꝛ occursus ei⁹ alleluia. ps. Celi enarrāt. ħ. Eleuata est magnificentia tua. ꝶ. Super celos deus alla.

Lectiones legātur in cappis sericis. Euāg.

Cap. viii. C ¶ Secundū Marcum. In illo tpe. Recūbētibus vndecim discipulis apparuit illis Jesus: ꝛ exprobrauit incredulitatē illorum ꝛ duritiā cordis: quia his qui viderant eū resurrexisse nō crediderant. Et reliqua.

Homelia bti Gregorii pape. Lectio prima

Quod resurrectionē dominicā discipuli tarde crediderunt: non tā illorum infirmitas ꝙ nostra (vt ita dicā) futura firmitās fuit. Ipsa nāq3 resurrectio illis dubitantibus per multa argumēta monstrata est. Que dū nos legētes agnoscimus: quid aliud ꝙ de illorū dubitatiōe solidamur. Minus enim mihi maria magdalena prestitit que citius credidit ꝙ thomas qui diu dubitauit. Ille etenim dubitando vulnerum cicatrices tetigit: et de nostro pectore dubitationis vulnus amputauit. Tu autē domine miserere nostri. ꝶm.

1 Post passionem suã p dies quadraginta apparens eis et loquens de regno dei alla. Et videntibus illis eleuatus est alla. Et nubes suscepit eũ ab oculis eorum alleluia. ℣. Et cõuescens precepit eis ab hierosolymis ne discederent: sed expectarent promissionẽ patris. Et cũ. Lect. ij.

Ad insinuandã quoqz veritatẽ dominice resurrectiõis: notãdum nobis est quid lucas referat dicens. Conuescens precepit eis ab hierosolymis ne discederẽt. Et post pauca. Videntibus illis eleuatus est: et nubes suscepit eũ ab oculis eorum. Notate verba: signate mysteria. Conuescens eleuatus est: comedit et ascẽdit: vt videlicet per effectum comestionis/ veritas patesceret car-

2 nis. ℟. Oĩs pulchritudo dñi exaltata est super sydera: species ei⁹ in nubib⁹ celi. Et nomen eius in eternũ permanet alleluia. ℣. A summo celo egressio eius et occursus eius vsqz ad summũ eius. Et nomen eius. Lectio. iij.

Marc⁹ vero (priusqz dñs celum ascenderet) eum de cordis atqz infidelitatis duritia icrepasse discipulos memorat. Qua in re quid aliud considerandũ est: nisi quod idcirco dñs tunc discipulos increpauit cum eos corporaliter reliquit: vt verba que recedens diceret/ in corde audientium arctius impressa remanerent. Increpata igitur eorũ duritia: quid ammonẽdo dicat audiam⁹. Euntes in mundũ vniuersum: predicate euãgelium omni creature. ℟. Viri galilei qd admiramini aspicientes in celum: alla. Quemadmodum vidistis eũ

ascendentem in celũ:
ita veniet: allelnia al
leluia alleluia. ℣ Cũ
q intuerentur in celũ
euntem illum/ecce duo
viri astiterunt iuxta il
los in vestibus albis:
qui & dixerunt. Quem
admodum vi. Gloria
patri & filio. Alleluia.
℟ Ascendo ad patrem
meum et patrem ve-
strum. ℣ Deum meũ
& deum vestrum all'a.
¶ In laudibus. Aña
1 Viri galilei quid as-
picitis in celum? hic
iesus qui assumpt⁹ est
a vobis in celũ/sic ve
niet alleluia. ps. Dñs
2 regnauit. añ. Cũq; in-
tuerentur in celũ eun
tem illum: dixerũt al-
leluia. ps. Jubilate. ã.
3 Eleuatis manibus fe
rebatur in celum & be
nedixit eis alleluia. ps.
Deus deus meus. añ.
4 Exaltate regem regũ
& hymnum dicite deo
all'a. ps. Benedicite.
5 añ. Videntib⁹ illis ele
uatus est & nubes su-
scepit eũ in celo all'a.
ps. Laudate. Cap. Pri-
mum quidem sermonẽ
feci de omnib⁹. Hy⁹.

Tu christe nostrũ
gaudium manẽs
olympo preditũ: mun-
di regis qui fabricã/
mundana vincẽs gau-
dia.

Hinc te precantes q̃-
sumus ignosce culpis
omnibus: & corda sur-
sum subleua ad te su-
perna gratia.

Vt cum rubente cepe
ris clarere nube iudi
cis: penas repellas de
bitas/reddas coronas
perditas.

Tu esto nr̃m gaudiũ.
Gloria tibi domine q̃
scendis. ℣ Ascendit
de⁹ in iubilatione. ℟.
Et domin⁹ in voce tu-
be alleluia. an. Ascen-
do ad patrem meum &
patrẽ vestrũ: deũ meũ
& deum vestrum all'a.
ps. Benedictus. Oro.

Concede quesum⁹
omnipotens de⁹:
vt qui hodierna die vn-

nigenitum tuum redēptorem nostrum ad celos ascendisse credimus/ipsi quoq; mente in celestibus habitemus. Per eundem.

¶ Ad primā. ān. Uiri galilei. ps. Deus i nomine. ān. Gratias tibi. ps. Quicunq; vult. ℟. Jesu christe. alleluia. ℣. Qui sedes.

¶ Ad. iii. ān. Cumq; intuerentur. ps. Legem pone. Cā. Primū quidē. ℟. Eleuata est magnificētia tua/all'. all'. ℣. Super celos deus. All'a all'a. Gloria pat'. Eleuata. ℣. Ascendit deus in iubilatione.

¶ Ad. vi. ān. Eleuatis manib. ps. Defecit. Cā.

Actu. 2. A. Conuescēs precepit eis ab hierosolymis ne discederēt sed expectarēt promissionem patris: quā audistis (inquit) per os meum. ℟. Ascendit de9 in iubilatiōe: Alleluia alleluia. ℣. Et domin9 in voce tube. Alleluia.

℣. Ascendens christ9 in altum. ¶ Ad nonā. ān. Uidentibus illis. ps. Mirabilia. Capi.

Ioannes quidem baptizauit aqua: vos autem baptizabimini spiritu sancto nō post multos hos dies. Actu. 1. A.

℟. Ascendens christus in altū: Alleluia alleluia. ℣. Captiuam duxit captiuitatem: Alleluia. Gloria pa'. Ascendens christus. ℣. Ascēdo ad patrem meū. Et hoc modo dicuntur hore per totam octa. quādo de ascensione agit nisi in die domi.

¶ Ad vesp. ān. Uiri galilei. ps. Dixit dominus. Cōfitebor. Beatus vir. Laudate pueri. In exitu isr ael. Qui predicti psalmi cum predicta ān. dicunt singulis diebus per octauā quādo de octaua fit seruitiū. Cā. Primum quidē. ℟. Ite in orbem vniuersum: et predicate dicentes alleluia. Qui

cate dicentes alleluia. Qui crediderit et baptizatus fuerit saluus erit. Alleluia alleluia all'a. ℟. Paraclit⁹ autem spiritus sanctus quem mittet pater in nomine meo: ille vos docebit oia / et suggeret omnia quecunq; dixero vobis. Qui credide. Gloria patri. All'a. Hy⁹. Eterne rex altissime. ℣. Ascendens christus in altu͂. ℟. Captiuã duxit captiuitatẽ. An. O rex glorie domine virtutu͂ qui triumphator hodie sup omnes celos ascẽdisti / ne derelinquas nos orphanos: sed mitte pmissum patris in nos spiritum veritatis alleluia. ℣. Magnificat. Oratio. Concede q̃s.

¶ Feria sexta in crastino ascensionis dñi: et quotidie per octa. inuitato. et hym͂. sicut in die ascen. dñi dicitur Super psalmos. ã Exaltare domine in virtute tua: cantabim⁹ et psallemus alleluia. ℣. Domine in virtute. an. Exaltabo te dñe quoniam suscepisti me alleluia. ps. Ipsum. an. Ascendit deus in iubilatione et dominus in voce tube alleluia. p. Omnes gẽtes. ℣sus. Eleuata est magnifi.

¶ Hac die incipietur actus apostolorum: et legãtur quotidie p octa. nisi in dñica infra octa. die quãdo de ascẽsione legit. Lectio. i.



Rimum quidem sermonem feci de omnibus (o theophile) q̃ cepit Jesus facere et docere vsq; in die͂ qua precipiens apostolis p spiritum sanctu͂ quos elegit assumptus est. Quibus et prebuit seipsum viuum post passionem suam in multis argumentis: p dies quadraginta apparens eis et loquens de

2

1 regno dei. ℟. Si enim nõ abiero/paraclitus non veniet ad vos: si autem abiero mittam vobis eum; cum autẽ venerit / ille docebit vos. Omnem veritatẽ alleluia. ℣. Non enim loquetur a semetipso: sed quecũq; audiet loquetur: et que ventura sunt annunciabit vobis. Omnem veritatẽ alleluia. Lectio scd'a.

Et conuescens pcepit eis ab hierosolymis ne discederent: sed expectarent promissionem patris: quam audistis (iquit) per os meum. Quia ioãnes quidem baptizauit aqua: vos autẽ baptizabimini spiritu sancto / non post multos

2 hosdies. ℟. Ascendẽs christus in altum alleluia: captiuã duxit captiuitatem. Dedit dona hominib9 alleluia alleluia. ℣s. Ascendit deus in iubilatione: et dominus in voce tube. Dedit dona hominibus alle. Lectio. iij.

Igitur qui conuenerant interrogabant eum/dicẽtes. Domine/si in tempore hoc restitues regnum Israel? Dixit autem eis Non est vestrum nosse tempora vel momenta que pater posuit in sua potestate; sed accipietis virtutem superuenientis spiritussancti in vos. ℟. Non re- 3
linquã vos orphanos alleluia: vado et venio ad vos. Et gaudebit cor vestrũ. Alleluia alleluia. ℣. Pacem meã do vobis: pacem relinquo vobis. Et gaudebit. Gloria patri. Alleluia. ℣. Ascendo ad patrem meũ. Iste ℣. dicitur quotidie ante lau. per octa. et in oct. quãdo de ascensio. agitur. ¶ In laud. quotidie p octa. dicatur hec sola ãn. Viri galilei. ps. Dominus regnauit. Cum. Primum quidẽ. et alia

cha hym. et ℣. sicut in die ascensio. Dni quotidie dicantur per oct. nisi in do. an. ℣ Euntes in mundum universum predicate euangelium omni creature alleluia: qui crediderit et baptizatus fuerit saluus erit allelu. qui vero non crediderit/condemnabitur alleluia. ps. Bndictus. Oro. Concede quesumus.

Nulla die per oct. fiat memoria de cruce: nec de sancta maria neque de omnibus sanctis: quia chorus regitur. Si aliquod festum sine regi. cho. infra oct. contige. nihil fiat de fest. nisi tantum memo. ad vesp. et ad matuti. de die. et ad missam similiter. Quod si festum cum regi. cho. infra octa. contig. totum seruit. fiat de fest. et memo. de asce. etiam in do. et tunc nihil de do. fiet preter memo. tantum que precedet memo. de asc. nisi in oct. dicti fe. eius totum fiat ser. de oct. et fes. differatur in crastino nisi in crasti. sequatur aliquod aliud fest. cum regi. cho. tunc enim primum festum non differatur: sed in illo anno omnino pretermittatur nisi duplex fes. fuerit tunc enim totum fiat de fest. et de oct. tantum memo. Quando vero fit seruit. de aliquo scto infra oct. extra dnica nihilominus seruetur ordo an. et resp. de vi. fer. et de sab. in ferijs sequentibus ita quod in. ij. fer. dicuntur an. et resp. de vj. fer. si vacat. deinde per ordinem. Ad vesp. an. Dixit dns. Cap. Primum quidem. Hym. Eterne rex altissime. ℣. Ascendens xps. an. Rogabo patrem meum et alium paraclitum dabit vobis allelu. ps. Magt. Oratio vts. Hoc eodem modo dicantur vespere quotidie per octa. nisi in dnica ad ij. vesp. ita tamen quod an. sup Magt. varianf.

Sabbato ad matu.

an. Nimis exaltat⁹ es alla: sup celos de⁹ alleluia. ps. Dns regnauit. exaltetur. an. Dns in syon alla: magnus et excelsus alla. ps. Dns regnauit irascantur. an. Dns in celo alleluia: parauit sedem suam alla. ps. Benedic. i. v. Eleuata est magnificentia. Lectio prima



T eritis mihi testes in hierusalem et in omni iudea et samaria et vsq ad vltimum terre. Et cum hoc dixisset videntibus illis eleuatus est: et nubes suscepit eum ab oculis eorum. R. Exaltare dne
1
alla. In virtute tua alleluia. v. Cantabimus et psallemus. In virtute tua alla. Lectio. ii.
Quumq intuerentur in celum euntem illum: ecce duo viri astiterunt iuxta illos in vestib⁹ albis qui et dixerunt. Viri galilei quid statis aspicientes in celum? R. Nonis nubem ascensum tuum domine. Qui
2
ambulas super pennas ventorum alla. v. Qui facis angelos tuos spiritus/ et ministros tuos ignem vrentem. Qui ambulas. Lectio. iii.
Hic iesus qui assumptus est in celum: sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in celum. Tunc reuersi sunt hierosolymam a monte qui dicitur oliueti: sabbati habens iter. R. Non conturbetur. cetera
3
in vigilia ascensionis dni. Ad vespera s. a. Nisi ego abiero paraclitus non veniet ad vos: dum autem assumptus fuero mittam vobis alla. ps. Benedict⁹, oro vts. Si aliquod festum cu regi. cho. in hoc sabba. conti. ii. ves. erunt de fest. et memo. tantu de octa. et nihil de dnica.

1.A ¶ Dominica infra octa.ascensio.de sancto Jo̅ne de beuerlaco:omnia de co̅i R̄.3.a duob' ca̅tetur.Ad 1.vesperas fiat me̅o.de apostolo:& de ascensio.Nulla memoria de do,neqȝ processio. Ad matuti.fiat me̅o.de do.& de asce̅.mis.do.sȝ in choro:cu̅ a̅.Ca.Regnabit. Fer.vj.de scta̅ ma.

2.A ¶ Dominica infra octa.asce̅.de dn̄ica.Ad I.vesperas nulla memoria de dn̄ica neqȝ proces.

3.A ¶ Dominica infra octa.asce̅.de do.Ad primas vesperas nulla memoria neqȝ processio.Feria quinta de octa.ascen.Ad I.vesperas & ad matutinas fiat memo.de sancto vrbano:& nihil de sancto aldelmo in hoc anno.Secunde vespere erunt de scto̅ augustino & solen.memo.de oct.

4.A. ¶ Dominica infra octa ascensio.de do.Ad primas vesperas que erunt de sc̄to aldelmo fiat memoria de sancto germano & de ascen.nulla memo.de domi.neqȝ processio.Ad matuti. fiat memoria de sancto & de ascensio.Ad secundas vesperas de dominica.fiat me̅o. de ascen. Feria quinta de ascen.& memoria de sancto. Feria sexta de sancta maria:et memo.de marty.

5.A ¶ Dominica infra octa.ascensio. de domi. Ad primas vesperas nulla memo.neqȝ proces. Ad matutinas memo.de ascensio. Ad secundas vesperas memor.de sanctis & de ascensio. Feria quinta de octa.& memor.de confesso.Secunde vespere erunt de octa.& memo.de sc̄to edmu̅do & de marty.Feria.6. de sancto edmundo et memo.de marty.cum a̅n. Lux perpetua.minor.

1.B ¶ Dominica infra octa.ascensio. de domi. Ad primas vesperas que erunt de sancto Joanne fiat memo.de ascen.& nihil de do.neqȝ proces.

¶ Dominica infra octa.ascen.de dominica. Ad 2.B
1.vespe.nulla fiat mēoria neq; proces. ad matu.Ad secundas vesperas fiat memo.de ascen.
Feria quinta de octa.ascē.et mēo.de sctā potētiana.Festū sancti dūstani differat in cra.Secūde vesp.erunt de octa.et mēo.de s.dūstano.
¶ Dñica infra octa.ascēsio.de dñica:nulla me 3.B
moria neq; proces.ad matu.et in secundis vesperis fiat memoria de ascēsio.Feria quinta de sācto augustino et mēo.de octa.solēniter.ad 2.
vesperas solen.memoria de ascē.et de sctā maria.cū ān.Sub tuā.cū pleno seruí.in crastino.
¶ Dominica infra octa.ascensio.de domini.ad 4 B
1.vesp.nulla memo.neq; processio.Feria quinta de octa.et memoria de mar.Secunde vespere erunt de octa.et memoria de sancta maria.
cum ān.Sub tuā.cum pleno seruitio in crasti.
¶ Dñica infra octa.ascē.de dñica.Ad 1.vespe 5.B
ras memoria de mar.sed nulla mēo.de ascensio.neq; proces.Ad matutinas mēo.de festo et de ascē.Feria quinta de octa.et mēo.de mar.tātū:et festū sancti edmundi differatur in crasti.
Sabbato de vigil.et nihil de apostō.eo anno.
¶ Dñica infra octa.ascensio.de domini.Ad 1. 1.C
vespe.de que erunt de apostolis fiat memo.de ascen.sed nihil de dominica neq; processio.Feria quinta de octa.Ad secundas vesp.mēo.de sctā maria cū ān.Sub tuā.cū pleno ser.i cra.
¶ Dominica infra octa.ascensio.de dominica. 2 C
Ad primas vesperas nulla memo.neq; proces.
ad matu.fiat mēoria de ascēsione.Feria quarta de sancto dūstano:et memoria de sācta potentiana et de ascensio.Secūde vespere erūt de

octa. et memoria de festo. Ad secundas vespe=ras memoria de sancta maria cũ ãn. Sub tuã. cum pleno servitio in crastino.

5. C ¶ Dominica infra octa. ascensio. de do. Ad pri=mas vespe. nulla memo. de do. neq̃ processio. Feria 4. de sancto augustino ⁊ solen. memo. de octa. Feria quinta de octa. Ad 2. vesperas me=moria de sancta maria cum ãn. Sub tuam.

4 C ¶ Dominica infra octa. ascensio. de domi. Ad primas vesperas nulla memoria neq̃ processio. Feria sexta de sancta maria.

5. C ¶ Dominica infra octa. ascẽ. de do. Ad primas vespe. nulla mẽo. neq̃ proces. Feria quarta de sancto edmundo/ ⁊ memo. de marty. ⁊ de octa. Secunde vespere erunt de octa. ⁊ mẽo. de san=cto edmundo. Feria quinta de octa. Secunde vespere erunt de apostol. Feria. vi. de aposto.

1. D ¶ Dominica infra octa. ascen. de cruce: ⁊ solẽ. mẽo. de marty. ⁊ de ascen. ⁊ proces. ad matuti. solen. mẽo. de marty. de do. ⁊ de ascẽsio. missa do. būm capi. Ad secundas vesperas que erũt de cruce solen. memoria de domi. ⁊ de ascen=sio. Feria quinta de octa. prime vespere erunt de octa. ⁊ memoria de apostolis. Ad secundas vesperas que erunt de octa. memoria de sancto Joãne de beuerlaco cum pleno servitio in cra=sti. omnia de communi unius confessoris.

2. D ¶ Dominica infra octa. ascensio. de do. Ad pri=mas vesperas memo. de marty. tãtum ⁊ nulla proces. Ad matuti. memo. de sanctis ⁊ de ascen=sio. Feria 5. de octa. Secunde vespere erant de octa. ⁊ memoria de s. maria cum ãn. Sub tuã.

3. D ¶ Dominica infra octa ascensio. de dominica.

Ad primas vesperas nulla memoria nec pro=cessio. Ad matutinas memoria de ascensio.

¶ Dominica infra octa. ascē. de do. Ad matutī. mēo. de ascē. Secunde vespere erunt de sācto aldelmo: & memoria de sctis: de do. & de ascē=sio. Feria tertia de sancto augustino. Ad 1. ves=peras memoria de sācto aldelmo cum ān. Z ux perpetua maior. & de oct. Feria 6. de s. maria. 4 D

¶ Dominica infra octa. ascensio. de dominica. Ad primas vesperas memo. de sancta petronil la tantum & nulla processio. Ad matutinas me moria de virgine & de ascensione. Feria sexta de sancta maria. 5 D

¶ Dñica infra octa. ascensio. de do. Ad primas vesperas que erunt de cruce: mēo. de ascensio. tantum & ān. & R. de sabbato hoc anno preter mittantur. Feria secunda de octa. ān. & R. de sexta feria. Feria sexta de sancta maria. 1 E

¶ Dominica infra octauas ascensionis de do=minica. Ad primas vespe. de nulla memoria ne=c processio. Ad matutinas memoria de ascen=sio. Ad 2. vesperas mēo. de mar. & de ascensio. 2 E

¶ Dñica infra octa. ascensionis de dominica. Ad primas vesperas nulla memo. nec proces=sio. Secunde vespere erunt de sācto dunstano: et memoria de virgine et de dominica et de a=scensio. Feria sexta de sancta maria. 3 E

¶ Dominica infra octa. ascensionis de sancto Aldelmo. Ad primas vespe. memoria de sancto vrbano: et de ascensio. nulla processio. Ad matu tinas memoria de sāctis: de domi. & de ascen. Missa do. in cho vz ad altā missā memo. de sā=cto & de ascēsio. tātum. Ad scdas vesperas que 4 E

erunt de sancto augustino memo. de sancto al delmo cum an. Lux perpetua. maior. et de do. et de ascen. Feria sexta de sancta maria. Sabbato de vigi. R. Tempus. Ego rogabo et Si enim.

5. E ¶ Dominica infra octa. ascensio. de domini. Ad primas vesperas memo. de sancto tantum: et nulla proces. Ad matuti. memoria de sancto et de ascensio. Feria sexta de sancta maria.

1. A ¶ Dominica infra octa. ascen. de dominica. Ad Ad primas vesperas nulla memoria neque pro ces. Ad matuti. memo. de ascē. Secunde vespere erunt de apostolo mēo. de do. et de ascen. Feria secunda et tertia de sanctis et memo. de octa uis. Feria quarta antiphona et R. de sabbato.

2. A ¶ Dominica infra octa. ascēsionis. Ad primas vesperas memo. de marty. tātum et nulla pro cessio. Ad matutinas memoria de marty. et de ascensio. Feria sexta de sancta maria.

3. A ¶ Dominica infra octa. ascensionis de sancto dunstano. Ad I. vesperas mēo. de sancta poten tiana et de ascensio. et nulla proces. tertium R. a duobus cantetur ad matutinas memo. de sā cta potentiana: de domini. et de ascensio. Missa do. dicitur in capitulo ad altam missam memo ria de sancta potentiana et de ascen. Sabbato de vigi. R. Tempus. Ego rogabo et Si enim. nihil de sancto aldelmo/ꝯ festū sancti augusti ni differatur usque ad 3. feriā post festū s. trinita.

4. A ¶ Dominica infra octa. ascensionis de sancto augustino. Ad primas vesperas mēoria de san cto aldelmo cum an. Lux perpetua. maior. et de ascensio. tantum: et nulla proces. Ad matu ti. solen. mēo. de do. et de ascensio. Missa domi

nicalis dicitur in capso. ad altam missam meo. de ascensio. & de omnibus sanctis tatum. Ad secundas vesper. memo. de do. & de ascen. Feria secunda de ser. octa. an. & rz. de 6. feria. Feria 6. de scta maria: & meo. de virgi. Sabbato de vigi. rz. Tempus. Ego rogabo & Si enim.

¶ Dominica infra octavas ascensionis de dominica. Ad primas vesperas nulla memoria neque processio. Ad matutinas memoria de ascensio. Feria sexta de sancta maria. 5. H

¶ Dominica infra octa. ascensio. de apostol. et meo. de ascen. nulla proces. Ad matutinas memoria de do. & de ascensio. Missa dominica. dicitur in ch. ad altam missam meo. de asce. & de omnibus sanctis. Secunde vespere erunt de sancto Joane episcopo & confessore: oia de commun: & memoria de apostolo. de do. & de ascensio. Feria secunda de sancto Joane de beverlaco: oia de cf. Feria tertia de servi. octa an. et rz. de 6. feria. Feria sexta de scta maria. Sabbato de vigilia. rz. Tempus. 1. G

¶ Dnica infra octa. ascensio. de domi. Ad I. vespe. nulla meo. neque proces. Ad matutinas memoria de ascensio. Feria 6. de sancta maria. 2. G

¶ Dominica infra octavas ascesio. de domini. Ad I. vesperas que erunt de festo fiat memoria de ascensio. & nulla memoria de dominica neque processio. Feria secunda de servi. octa. antiphone & rz. de sexta feria. Feria quinta de octa. Ad secundas vespe. que erunt de octa. memoria de sancto aldelmo & de sancto urbano cum pleno servitio in crastino. Festum scti augustini differatur usque ad 3. fe. post festu trinitatis. 3. G

4 G ¶ Dominica infra octa. ascensionis de domi.
Ad primas vesperas que erunt de sctõ augusti
no memo. de ascen. solenniter: sed nulla mẽo.
de do. neque processio. Ad matutinas memo. de
ascensio. Feria quinta de octa. Secunde vespe
re erunt de octa. et memoria de sctã maria cũ
antiphona. Sub tuam. et de marty.

5 G ¶ Dominica infra octauas ascensionis de do
mini. Ad primas vesperas nulla memoria ne
que processio. Feria quinta de octaua et ad se
cundas vesperas de octa. fiat memoria de san
cta maria cum antiphona. Sub tuam. cum ple
no seruitio in crastino.

¶ Dominica infra oct. ascẽsio. domini. Ad primas vesperas totum fiat seruitiũ de ascensio. et nihil de dñica: nec etiã memoria. Super psalmos. ãn. Viri galilei. ps. Dixit dñs domino meo. Ca. Primum quidem. Hy. Eterne rex altissime. Vt. Ascendens xps in altum. an. Domin9 quidem Jesus postquam locutus est eis ascendit in celum: et sedet a dextris dei alleluia. ps. Magnificat. Oro. Concede quesumus.

¶ Ad matutinas. Inuitato. hy9. antiphone/ psalmi et Usus sicut in die ascensionis domini. Euangeliũ ¶ Secundum Joannem.

In illo tpe. Dixit Jesus discipulis suis. Cum venerit paraclitus quẽ ego mittã vobis a patre spiritum veritatis qui a patre procedit/ ille testimonium perhibebit de me. Et reliqua. Homelia venerabilis Bede presbyteri. Lectio. j. Cap. 15. D

Notandum in primis quod dominus spiritum

veritatis et a se mittē dum esse testatur: ꝙ eū dē mox a patre ꝑcede se subiungit. N̄ꝭ quia idem spiritus aliter procedit a patre ꝙ cū a filio mittitur/aut alio tempore a patre ꝑ cedit ꝙ cum a filio mittitur. Sed ideo filius eum a se mitti ꝛ a patre procedere dicit: vt aliam patris / aliam esse suam personam designet: ac in eadem distinctione personarum vnam esse operationē ac voluntatem suam cum patris voluntate ꝛ operatione denūciet ℟. Tempus est vt revertar ad eum qui me misit (dicit dominus) nolite contristari nec conturbetur cor vestrū Rogo pro vobis patrē vt ipse vos custodiat. Alleluia alleluia. V. Pacem relinquo vobis: pacē meā do vobis Rogo pro vobis. 'c.ij.

Cum eni eiusdem spiritꝰ sancti gratia datur hominibus: mittitur profecto spiritus a patre/ mittitur et a filio: procedit a patre / procedit ꝛ a filio: quia ꝛ eius missio ipsa processio est qua a patre procedit ꝛ a filio. Venit et sua sponte: quia sicut coequalis est patri ꝛ filio ita eandem habet voluntatem cum patre ꝛ filio communem. Spiritus eni vbi vult spirat. Et sicut apostolus (numeratis donis celestibus) ait. Hec autē omnia operatur vnus atꝗ idem spiritus: diuidens singulis prout vult. ℟. Ego rogabo patrem et alium paraclitum dabit vobis vt maneat vobiscum in eternum. Spiritū veritatis alleluia. Vsus Si non abiero / paraclitus non veniet ad vos: si autem abiero/ mittam vobis eum. Spiritum veritatis.

Lectio tercia.

Aduenieus autem spiritus testim omnium perhibuit de domino: quia discipulorū cordibus aspirans omnia que de illo erant scienda mortalibus clara illis luce reuelauit: q videlicet equalis et consubstantialis erat patri ante secula: q consubstantialis factus est nobis in fine seculorum: q de virgine sine peccato natus vixit in mundo: q quando voluit moriendo transiuit de mūdo: q vere passus est & mortuus: q verā carnē in qua passus est ad celos ascendendo leuauit: & in paterna glorie dextera collocauit. R. Viri galilei. V. Ascēdo ad patrem meum.

¶ In laudib9 hec so. an. Viri galilei. ps. Dns regnauit. Capitulum.

I. pe. 4. B

Estote prudentes & vigilate in orationib9 ante omnia autem mutuam in vobismetipsis charitatē continuam habentes quia charitas operit multitudinem peccatorum. Hy9. Tu christe. V. Ascendit de9 in iubilatione. A. Cū venerit paracletus quē ego mittam vobis spiritū veritatis qui a patre procedit: ille testimonium perhibebit de me alleluia. ps. Benedict9. Or.

Omnipotens sempiterne deus fac nos tibi semp & deuotam gerere voluntatē: & maiestati tue sincero corde seruire. Per dominū nostrū. Memoria de ascensione. an. Ascēdo ad patrē. V. Ascendēs christ9 i altū. Oro. Concede quesum9 omnipo.

¶ Ad primam. an. Viri galilei. ps. Deus in nomine tuo. An. Te iure. ps. Quicunque. ¶ Ad tertiam & ad alias horas an. R. & V. sicut in die ascensionis dnī dnt cū hac oratio. Omnipotens sempiterne deus.

¶ Ad tertiã. ca. Estote prudentes & vigilate.
¶ Ad sextam. Capitulũ
I. pe. 4. C
Estote hospitales invicẽ sine murmuratione: vnusquisq; eni sicut accepit gratiã in alterutrũ illam administrantes/ sicut boni dispensatores multiformis gratie dei.
¶ Ad nonã. Capitulum
I. pe. 4. C
Si quis ministrat tanq̃ ex virtute quã administrat deus vt in omnib⁹ honorificetur deus per Jesum christũ dominũ nostrũ
¶ Ad vesperas. a. Viri galilei. ps. Dixit dominus. Cpm. Estote prudẽtes. hy⁹. Eterne rex altissime. ℣. ascendẽs christus in altum. an. Hec locutus sum vobis: vt cum venerit hora/ eorũ reminiscamini qz ego dixi vobis alleluia. ps. Magnificat. Oratio. Omnipotẽs sempiterne de⁹. Memoria de ascensione. a. O rex glorie. ℣. Ascendit de⁹ in iubilatione. Oratio Concede quesumus. Si festum cũ regimine chori in hac dñica euene. totum fiat seruitiũ de festo & tunc in vigilia pẽtecostes dicatur primum ℟. Tempus est, & cetera responsoque intitulantur.

¶ Feria secunda ad matutinas Inuitatorium hy⁹/ añe / ps. ℣. & ℟. sicut in prece. feria sexta licet de festo alicuius sancti seruitium factum fuerit in prece den. sabba. Lectio. i.

Et cum introissẽt in cenaculũ: ascẽderunt vbi manebant petrus & Joannes iacobus/ & andreas/ philippus & thomas/ bartholomeus & matthe⁹/ iacobus alphei et simon zelotes et iudas iacobi. Tu. Lectio. ii.

Hi omnes erant perseuerãtes vnanimiter in oratione: cum mulieribus et maria matre iesu & fratribus eius.

In diebus illis exur=gens petrus in medio fratrum dixit. Erat au tem turba hominum simul fere centum vi=ginti. Lectio tertia.

Viri fratres oportet impleri scripturā quā predixit spiritus san=ctus per os dauid de iuda. Qui fuit dux eo=rum qui comprehen=derunt iesum: qui con=numeratus erat in no bis & sortitus est sor=tem ministerij huius.

An. Illi autem profecti predicauerunt vbiqꝫ domino cooperante et sermonem confirman=te sequentibus signis alleluia alleluia. ps. Benedictus. An. vespe ras. An. Euntes in mū=dū. ps. Magnificat aīa.

¶ Feria tertia. Inui=tatoriū. hymnus/ añe/ ps/. v. sicut in pre=ceden. sab. Lectio. i.

Et hic quidē posse dit agrū de mer=cede iniquitatis: & su=spensus crepuit me=dius: & diffusa sūt oīa viscera ei⁹. Lectio. ij.

Oportet ergo ex his viris qui nobiscū sunt congregati / in omni tempore quo intrauit & exiuit inter nos do=minus Jesus/ incipiēs a baptismate Joannis vsqꝫ ad diem qua as=sumptus est a nobis: testem resurrectionis eius nobiscum fieri v=num ex istis Tu autem domine Lectio tertia

Et statuerunt duos: ioseph qui vocabatur barsabas / qui cogno=minatus est iustus: et mathiam. Et orantes dixerunt. Tu domine qui corda nosti omniū ostende quem elege=ris ex his duobus v=num / accipere locum ministerij huius & apo stolatus de quo preua=ricatus est iudas vt a=biret in locum suum. Et dederunt sortes eis & cecidit sors sup ma=thiam. Et annumera=tus est cum vndecim

apostolis. An. Rogabo patrem. Ps. Benedict9 Ad vesperas. an. Nisi ego abiero. Ps. Magnificat anima mea dñm.

Feria quarta. Inuitatorium hymnus / ant. psalmi / Ṽsus et ṽs. sicut in sexta feria precedente. Lectio prima.



Dum complerentur dies pentecostes: erãt omnes discipuli pariter in eodẽ loco. Et factus est repente de celo sonus tanq̃ aduenientis spiritus vehementis: et repleuit totam domũ vbi erant sedentes. Et apparuerunt illis dispersie lingue sicut ignis: seditq; supra singulos eorum spiritus sanctus. Lectio scḋa.

Et repleti sunt omnes spiritu sancto: et ceperunt loqui variis linguis prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. Erant autem in hierusalem habitãtes iudei viri religiosi: ex omni natione que sub celo est. Facta autem hac voce conuenit multitudo et mente confusa est: quoniam audiebat vnusquisq; lingua sua illos loquentes. Tu. Lectio tertia.

Stupebant autẽ omnes et mirabantur adinuicẽ dicentes. Quidnam vult hoc esse? Alij autem irridebant: dicentes q2 musto pleni sunt. Stans autem petrus leuauit vocẽ suã: et locutus est eis. Viri iudei et qui habitatis in hierusalem / hoc vobis notum sit et auribus percipite verba mea. Non enim sicut estimatis hi ebrij sũt: cũ sit hora diei tertia. an. Illi autẽ profecti. Ps. Benedict9. Oratio vt s.

In octaua ascẽsionis dñi. Ad vesperas sup

hor. an. **Nonvos relin quam.** ps. **Misi dns epistaverit.** et ceteri psalmi ferales. Capitulum R. et cetera omnia sicut in primo die ad primas vesperas cum hac oratio. **Concede quesumus.** Ad matutinas. Inuitatorium et cetera omnia sicut in primo die. Et legantur lec. de expositio. euange. **Recumbentibus.** similiter sicut in primo die. In laudibus oes ane dicantur. Cetera oia etiã ad horas sicut in die cum an. **Te lune.** et oratio **Domine sancte pater.** Ad secundas vesperas oia fiant sicut in die: preter R. quod non dicetur. Si aliquod festum simp. cum regimine cho. hac die contigerit differatur usque in crastinum. vespe. tamen erunt de octa. et solen. memoria de fes. ¶ Quod si festum dupl. in octa. die contige. totum seruitium fiat de festo/ et sole. memoria de octa. ad utrasque vesperas et ad matutinas et ad missam. Hac die ad secundas vesperas que erunt de octa. propter aliquod festum simplex: fiat solen. memoria de sancta maria cum pleno seruitio in crasti. si a fest. cum regi. cho. vaca.

¶ Feria sexta ad vesperas super psalmos. an. **Alleluia alleluia alleluia.** ps. **Confitebor.** Cap. hy. et R. sicut in dominica scilicet ad secundas vesperas. an. **Hec locut⁹.** ps. **Magnificat.** Oratio ut. dicitur. Memoria de sancta maria. an. **Paradisi porta** R. **Sancta dei genitrix.** **Famulorum tuorum.** vel oratio. **Omnipotens sempiterne deus.** Memoria de omnib⁹ sanctis. an. **In celestibus.** R. **Vox letitie.** Oro. **Infirmitatem.** vel oro. **Vide domine.**

¶ Sabbato in vigilia pentecostes. Inuitatorium. **Alleluia alleluia**

alleluia. Ps. Venite exultemus. Hy. Eterne rex altissime. An. Alleluia alleluia alleluia. Ps. Cantate. Ps. Dns regnavit irascantur. Ps Misericordiam et iudicium. Ps. Elevata est.

¶ Secundum Joannem.

Cap. 14 B In illo tempore. Dixit Jesus discipulis suis. Si diligitis me: mandata mea servate. Et ego rogabo patrem: et alium paraclitum dabit vobis: ut maneat vobiscum in eternum. Et reliqua.

Homelia venerabilis Bede presbyteri. Lec. i.

Quia hodie sancti spiritus fratres charissimi: celebramus adventum: debemus et ipsi congruere solennitati quam colimus. Hoc enim ordine tante festivitatis huius digne gaudia celebramus: si nos quoque (domino opitulante) aptos reddiderimus ad quos spiritus sanctus advenire / et in quibus habitare dignetur. Ea solum modo ratione adventui et illustrationi sancti spiritus apti existimus si et corda nostra divino amore repleta / et corpora sint divinis mancipata preceptis. R. Non conturbetur. et require in vigilia ascensionis domini ad vesperas vel Hym. Tempus est. quando non est in dnica precedenti. Lec. ii.

Unde et in exordio lectionis huius evangelice discipulis veritas ait. Si diligitis me: mandata mea servate. Et ego rogabo patrem et a. ipse paraclitum dabit vobis. Paraclitus autem consolator interpretatur. Et spiritus sanctus recte paraclitus vocatus quia corda fidelium ne inter huius seculi adversa deficiant: celestis vite desiderijs sublevat ac reficit. R. Ego rogabo require in dominica

infra octauas ascensio
nis dñi. Lectio tertia.
Sed et nos fra=
tres charissimi si
christum perfecte dili
gimus: ita vt eiusdem
dilectionis veritatem
mandatorum eius ob
seruatione prebeamus
rogabit etiam pro no=
bis patrem / et alium
paraclitum dabit no=
bis. Rogabit patrem
per humilitatem: qui
dabit cum patre per
diuinitatem. Rȝm. Si
eni non abiero. require
ra in crastino ascensio.
℣. Ascẽdo ad patrem.
¶ In laudibus. Añ a.
Alleluia alleluia, ps.
Dñs regnauit. Capitm.
Act. 19. a Factum est cum a=
pollo esset corin
thi: et paulus peragra=
tis superioribus par=
tibus veniret ephesũ/
et inueniret quosdam
discipulos. Dixitq; ad
eos. Si spiritum san=
ctum accepistis credẽ=
tes? At illi dixerunt ad
eum. Sed neq; si spirit
tus sanctus est audiui
mus. hy. Tu christe.
℣. Ascendit deus in iu
bila. Si diligitis me
mandate mea seruate
alleluia allelu alla. ps
Benedictus. Oratio.
Presta quesumus
omnipotẽs deus
vt claritatis tue super
nos splẽdor effulgeat
et lux tue lucis corda
eorum qui per gratiã
tuam renati sunt/ san=
cti spiritus illustratio
ne cõfirmet. Per dñm.
in vnitate eiusdem.
Hec oratio dicitur ad
omnes hos. Memoria
de sancta maria et de
omnibus sanctis sicut
in vigilia ascensio. vbi
notatum est. Ad singu=
las horas antiphone
alleluiatice paschales
super hos dicantur et
et ℣. de ascẽsio. dicunt.
¶ Ad tertiã. Cp. Factũ
est cum apollo esset.
¶ Ad sexta. Capitulũ.
Ioannes baptiza= Luc.
uit baptismo peni
tentie populũ dicens

in eum qui venturus est post ipsū/vt crederent: hoc est in Jesum.

Ad nonā. Capitulū.

Act. 16. B Ingressus paulus in synagogas cum fiducia loquebatur per tres menses disputās et suadēs de regno dei. Omnes hore dicantur ante missam. Si in hac vigi. aliquod fest. euenē. nihil fiat de fest. nec post nec ante: nisi dupl. festū fuerit: tunc enim differatur post festū sancte trinitatis et fiant ibi. ix. lectio. vt de festis duplicib⁹ inter cenam dñi et octa. pasche contingentib⁹ prenotatū est ibi. &c.

¶ In die pentecostes per hebdomadam totum fiat de solennitate festi: et nihil in hoc anno de sancto Dunstano. 1. A

¶ In die pentecostes et per hebdomadam fiat seruitium de festo: et nihil in hoc anno de sancto aldelmo. Festum sancti augustini differatur vsque in tertiam feriam post festum sancte trinitatis. 2. A

¶ In die pentecostes et per hebdomadam totum seruitium de solennitate festi: et nihil de sanctis ibidem contingentibus. 3. A

¶ In die pentecostes et per hebdomadam totum seruitium de solennitate festi: et nihil de sanctis ibidem contingentibus. 4. A

¶ In die pentecostes et per hebdomadam totum seruitium de solennitate festi: et nihil de sanctis ibidem contingentibus. 5. A

¶ In die pentecostes et per hebdomadam de solennitate festi: et nihil de sancto Dunstano hoc anno. 1. B

¶ In die pentecostes et per hebdomadam de 2. B

solennitate festi: et nihil de sancto aldelmo. Festum sancti augustini differatur in tertiam feriam post festum sancte trinitatis.

3. B ¶ In die pentecostes et per hebdomadam de solennitate festi: et nihil de marty.

4. B ¶ In die pentecostes et per hebdomadem de solennitate festi: et nihil de sanctis ibidem contingentibus.

5. B ¶ In die pentecostes et per hebdomadam de solennitate festi: et nihil de sanctis ibidem contingentibus.

1. C ¶ In die pentecostes et per hebdomadam de solennitate festi: et nihil de sanctis/et festum sancti augustini differatur usque in tertiā feriā post festum sancte trinitatis.

2 C ¶ In die pentecostes et per hebdomadam de solennitate festi: et nihil de festis ibidem contingentibus.

3. C ¶ In die pentecostes et per hebdomadam de solennitate festi: et nihil de sanctis ibidem contingentibus.

4 C ¶ In die pentecostes et per hebdomadam de solennitate festi: et nihil de sanctis ibidem contingentibus.

5. C ¶ In die pentecostes et per hebdomadam de solennitate festi: et nihil de sanctis ibidem contingentibus.

1. D ¶ In die pentecostes et per hebdomadam de solennitate festi: et nihil de sanctis ibidem contingentibus.

2 D ¶ In die pentecostes et per hebdomadam de solennitate festi: et nihil de sancto dunstano.

3. D ¶ In die pentecostes et per hebdomadam de

solennitate festi: et nihil de sancto aldelmo: et festum sancti augustini differatur usq; in tertiam feriam post festum sancte trinitatis.

¶ In die pentecostes et per hebdomadam de solennitate festi: et nihil de sanctis ibidem contingentibus. 4.D

¶ In die pentecostes et per hebdomadam de solennitate festi: et nihil de sanctis ibidem contingentibus. 5.D

¶ In die pentecostes & per hebdomadam de solennitate festi. 1.E

¶ In die pentecostes per hebdomadam de solennitate festi: et nihil de sancto dunstano. 2.E

¶ In die pentecostes & per hebdomadam de solennitate festi: & nihil de sanctis in hac hebdomada contingentibus. Festum sancti augustini differatur usq; in tertiam feriam post festum sancte trinitatis. 3.E

¶ In die pentecostes & per hebdomadam de solennitate festi: & nihil de sctis ibidē contin. 4.E

¶ In die pentecostes & per hebdomadam de solennitate festi: et nihil de sanctis ibidem contingentibus. 5.E

¶ In die pentecostes et per hebdomadam de solennitate festi: et nihil de sanctis ibidem contingentibus. 1.F

¶ In die pentecostes et per hebdomadam de solennitate festi: et nihil de sancto dunstano neq; sancto aldelmo. 2.F

¶ In die pentecostes et per hebdomadam de solennitate festi: et nihil de sancto aldelmo Festum sancti augustini differatur usq; in tertiā feriam post festum sancte trinitatis. 3.F

4.A ¶ In die pentecostes et per hebdomadam de solennitate festi: ꝑ nihil de sanctis.

5.A ¶ In die pentecostes ꝑ per hebdomadam de solennitate festi: ꝑ nihil de sanctis.

1.C ¶ In die pentecostes et per hebdomadam de solennitate festi; et nihil de sancto dunstano hoc anno.

2.C ¶ In die pentecostes ꝑ per hebdomadam de solennitate festi: et nihil de sancto aldelmo: et festum sancti augustini differatur vsq; in tertiam feriam post trinitatem.

3.C ¶ In die pentecostes et per hebdomadam de solennitate festi: et nihil de sanctis ibidem contingentibus: et festum sancti augustini differatur vsq; in tertiā feriam post trinitatem.

4.C ¶ In die pentecostes et per hebdomadam de solennitate festi: et nihil de sanctis ibidem contingentibus.

5.C ¶ In die pentecostes et per hebdomadam de solennitate festi: et nihil de sanctis ibidem contingentibus.

¶ In vigilia penteco. Ad primas vesperas super ps. fer. An. Veni sancte spiritus reple tuorum corda fideliū: et tui amoris in eis ignem accende: qui per diuersitatem linguarum multarū gentes in vnitate fidei cō gregasti alleluia alleluia alleluia. ps. Benedictus. Capitulum.

Dum complerentur dies pentecostes: erant omnes discipuli pariter in eodem loco. Act. 2. Loquebantur varijs linguis apostoli alleluia. Magnalia dei Alleluia. ℣. Repleti sunt omnes

spiritu sancto ceperũt loqui. Magnalia. Gloria patri. alla. Hy⁹.

Iam christus astra ascẽderat/regressus vnde venerat: promisso patris munere/sanctũ datur⁹ spiritũ.

Solemnis vrgebat dies / quo mystico septemplici orbis volutus septies / signat beata tempora.

Dum hora cunctis tertia / repente mundus intonat: orantib⁹ apostolis deum venisse nunciat.

De patris ergo lumine decorus ignis almus est: quo fida christi pectora/calore verbi compleat.

Dudum sacrata pectora/tua replesti gratia: dimitte nunc peccamina / et da quieta tempora.

Sit laus patri cum filio/sancto simul paraclito: nobisq̃ mittat filius / charisma sancti spiritus. Amen.

Isti duo ℣⁹. dicuntur in fine omnium hym̃. per totam hebdo. nisi in hym̃ Veni creator.

℣. Spiritus domini repleuit orbem terrarũ. ℞. Et hoc quod continet omnia scientiã habet vocis alleluia. ãn. Si quis diligit me sermonem meum seruabit: ⁊ pater meus diliget eum ⁊ ad eũ veniemus et mansionem apud eum faciemus alleluia. ps. Magnificat. Oratio. Presta quesumus omnipotens de⁹. vt. ꝯ. Ad matutinas. Ad completoriũ. ãn. Alleluia alleluia alleluia alleluia. ps. Cum inuocarem. Cap̃m. Tu in nobis. hy⁹. Saluator mũdi. ℣⁹. Custodi nos. ãn. Alleluia. Spiritus paraclitus alleluia: docebit vos omnia alleluia. ps. Nunc dimit.

Ad matutinas. Inuita. Alleluia Spiritus dñi repleuit orbem terrarum. Venite adorem⁹

alleluia. ps. Venite. hy. Jam christus astra. an. Factus est repente de celo sonus aduenientis spiritus vehementis alleluia alleluia. ps. Magnus dominus. an. Confirma hoc deus quod operatus es in nobis a templo sancto tuo quod est in hierusalem alleluia alleluia. ps. Exurgat. a. Emitte spiritum tuum et creabuntur: et renouabis faciem terre alleluia alleluia. ps. Benedic. ii. v. Repleti sunt omnes spiritu sancto. R. Et ceperunt loqui alleluia. Lectiones legantur in cappis sericis. Secundum Johannem.

Cap. xiiij. C In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Si quis diligit me: sermonem meum seruabit. Et pater meus diliget eum et ad eum veniemus / et mansionem apud eum faciemus. Et reliqua. Homelia beati gregorii pape. Lectio .j.

Libet fratres charissimi euangelice verba lectionis sub breuitate transcurrere vt post diutius liceat in contemplatione tante solennitatis immorari. Hodie namque spiritus sanctus repentino sonitu super discipulos venit: mentesque carnalium in sui amorem permutauit. Et foris apparentibus linguis igneis: intus facta sunt corda flammantia Quia dum deum in ignis visione susceperunt per amorem suauiter intus arserunt. Ipse namque spiritus sanctus amor est Unde et ioannes dicit. Deus charitas est. R. Dum complerentur dies pentecostes erant omnes pariter sedentes alleluia: et subito factus est sonus de celo alleluia. Tanquam spiritus torrens: et repleuit totam domum alleluia alleluia. V. Dum ergo essent discipuli in vnum congregati propter metum iudeorum: sonus repente de celo venit super eos. Tanquam. Lectio secunda.

Qui ergo mente integra deũ desiderat: profecto iã habet quẽ amat. Neq̃ẽ enim quisq̃ possit deũ diligere: si eũ quẽ diligit non habet. Sed ecce si vnusquisq̃ vestrũ requiritur an diligat deũ: tota fiducia et secura mente respondet diligo. In ipso autẽ lectionis exordio audistis quid veritas dicit. Si quis diligit me: sermonẽ meũ seruabit. Probatio ergo dilectionis exhibitio est operis. Hinc i epistola sua idẽ ioannes dicit. Qui dicit diligo deũ/ & mandata eius non custodit mendax est. Vere deũ diligimus: si ad mandata ei⁹ a nostris nos voluptatib⁹ coartam⁹ Nã qui adhuc ad illicita desideria defluit/ profecto deũ nõ amat: quia ei in sua voluntate
2 contradicit. ℟. Repleti sunt oẽs spiritu sancto: et ceperunt loqui prout spirit⁹ sanctus dabat eloqui illis. Et conuenit multitudo dicentiũ all'a. ℣. Loquebantur variis linguis apostoli magnalia dei Et cõuenit. Lectio. iii.

Et pater meus diliget eũ & ad eum veniem⁹/ & mansionem apud eũ faciem⁹. Pensate fratres charissimi q̃ta sit ista solennitas habere in cordis hospitio aduentum dei. Certe si domũ nostram quisq̃ diues ac prepotens amicus intraret: omni festinatione domus mundaretur: ne quid fortasse esset qđ oculos intrantis amici offẽderet. Terga ergo sordes praui operis: qui deo preparat domũ mentis. Sed videte quid veritas dicat. Veniem⁹ & mansionẽ apud eũ faciem⁹ In quorũdã eteni corda venit: & mansionẽ non facit/ quia per compunctionem quidẽ in dei

reſpectum percipiunt: ſed tentationis tẽpore hoc ipſum quod cõpuncti fuerant obliuiſcun-
5 tur. ℟. Spiritus ſanctus procedens a throno apoſtolorum pectora inuiſibiliter penetrauit nouum ſanctificationis ſignum. Ut in ore eorum omnium genera naſcerẽtur linguarum alleluia. ℣. Aduenit ignis diuinus non comburens ſed illuminans: & tribuit eis chariſmatũ dona. Ut. Gloria. Alleluia. Hoc ℟. dr̃ in. iij. per totam hebdoma. ℣. Emitte ſpiritum tuũ & creabuntur. ℟. Et renouabis faciem terre. alleluia. In laud. añ.
1 Dum complerentur dies pentecoſtes erant omnes pariter ſedentes alleluia. ps. Domi-
2 nus regnauit. añ. Spiritus domini repleuit orbem terrarum alleluia. ps. Jubilate deo.
3 añ. Repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto. & ceperunt loqui alleluia. ps. Deus deus meus.
añ. Fõtes & omnia que 4
mouentur in aquis hymnum dicite deo alleluia. ps. Benedicite omnia. añ. Loque- 5
bantur variis linguis apoſtoli magnalia dei alleluia alleluia alleluia. ps. Laudate dñm de celis. Cap̃m. Dũ complerentur. Hymnus.

Impleta gaudent viſcera / afflata ſancto ſpiritu: voces diuerſas intonant / fãtur dei magnalia.

Ex omni gente cogniti / grecis latinis barbaris: cunctiſq; admirantibus / linguis loquuntur omnium.

Iudea tunc incredula / veſana torno ſpiritu / ructare muſti crapulam / alumnos chriſti concrepat.

Sed ſignis & virtutibus occurrit et docet petrus: falſa profari perfidos / Ioelis teſti-

monio.
Donum sacrata pe-
ctore/tua repleßi gra-
tia: dimitte nunc pec-
camina / et da quieta
tempora.
Sit laus deo patri/
summo christo decus:
spiritui sancto/trinus
honor vnus. Amen.
℣. Loquebantur va-
rijs linguis. ℟. Ma-
gnalia dei alleluia. An.
Accipite spiritum san-
ctum: quorum remise-
ritis peccata/ remittun-
tur eius alleluia. Ps.
Benedictus. Oratio.
Deus qui hodier-
na die corda fide-
lium sancti spiritus il-
lustratione docuisti: da
nobis in eodem spiri-
tu recta sapere: et de
eius semper consola-
tione gaudere. Per do-
minum. in vnitate e-
iusdem spiritus sancti
deus. Per omnia secu-
la seculorum. Amen.
¶ Ad primam. Hym. Dum
complerentur dies. Ps.
Deus in nomine. An.

Gloria tibi. Ps. Quicum
que vult. ℣. Iesu christe
summe alleluia. ℟. Qui
sedes. ¶ Ad terciam.
Deus in adiutorium.
Septem seniores ante
altare incipiant hym-
num. Hymnus.
Veni creator spiri-
tus/mentes tuo-
rum visita: imple su-
perna gratia / que tu
creasti pectora.
Qui paraclitus dice-
ris/donum dei altissi-
mi: fons viuus/ ignis/
charitas / et spiritalis
vnctio.
Tu septiformis mu-
nere/dextre dei tu di-
gitus/tu rite promissum
patris/sermone ditans
guttura.
Accende lumen sensi-
bus / infunde amorem
cordibus infirma no-
stri corporis / virtute
firmans perpeti.
Hostem repellas lon-
gius / pacemque dones
protinus: ductore sic
te preuio/vitemus om-
ne noxium.

Per te sciamus da patrem/noscamus atq; filium: te utriusq; spiritum/ credamus omni tempore. Sit laus patri cum filio.

Hic ordo seruetur per singulos. ℣. totius hymni. Hac die tantum in reliquis vero diebus vsq; ad iiij. et iiij. feria dicitur. Hy⁹. Veni creator. Ad. iij. loco nec habitu mutato sine thuri. Ceteris autem dieb⁹ vt in. v. vj. f. et in sabbato dicatur. Hy⁹. Nunc sancte nobis. vt de

cet. an. Spirit⁹ dni. ps. Legem pone. Ca. Dum complerentur. ℟. Repleti sunt oes spiritu sancto. Alleluia alla. ℣. Et ceperunt loqui. ℣. Loquebantur varijs. Ad vj. an. Repleti. ps. Defecit. Capim.

Act. 2. A Actus est repente de celo son⁹ tanquam aduenientis spiritus vehementis: et repleuit totam domum vbi erant apostoli sedentes. ℟. Loquebantur varijs linguis apostoli. Alleluia alleluia. ℣. Magnalia dei. ℣. Spirit⁹ dni. Ad nonam. an. Loquebantur. ps. Mirabilia testimonia. Capitulum

Apparuerunt illis Act. 2. A dispertite lingue tanquam ignis/seditq; supra singulos eorum spiritus sanct⁹. ℟. Spiritus dni repleuit orbem terrarum. Alleluia alleluia. ℣. Et hoc quod continet omnia scientiam habet vocis. ℣. Emitte spiritum tuum. Ad vesp. an. Dum complerentur. ps. Dixit dns. et c. ps. do. et dicat cum predicta. an. p totam heb. ch.

Conuenit multitudo et mente confusa est: quoniam audiebat vnusquisq; lingua sua illos loquentes. Act. 2. A Hoc chm. dicatur quotidie ad vesp. per heb. ℟. Spus sanct⁹ procedens. hy⁹. Beata nobis gaudia / anni reduxit orbita: cum paraclit⁹ spiritus/effulsit in discipulos.

Ignis vibrante lumi
ne/lingue figurā deui
lit: verbis vt essēt pro=
fluiꝫ charitate feruidi
Linguis loquuntur
omnium turbe pauent
gentiliū: musto made=
re deputant/ quos spi=
ritus repleuerat.
Patrata sunt hec my
stice/ pasche peracto tē
pore: sacro dierum nu=
mero/ quo; lege fit re=
missio.
Te nunc deus pijssi=
me / vultu precamur
cernuo: illapsa nobis
celitus largire dona
spiritus.
Dudū sacrata pecto=
ra/ tua repleſti gratia:
dimitte nunc pecca mi=
na/ ꝯ da quieta tēpora.
Sit laus. ꝟ. Spiritus
dñi repleuit. ꝟ. Hodie
cōpleti sunt dies pen=
tecostes alla: hodie spi
ritus sanct⁹ ī igne di=
scipulis apparuit ꝯ tri
buit eis charismatum
dona: misit eos in vni=
uersū mundū predica=
re ꝯ testificari/ qui cre=
diderit et baptizatus
fuerit saluus erit alle
luia. ꝫ. Magnificat.
Oratio. Deus qui hodi.
Ad cōpleto. āu. Alle=
luia. ꝫ. Cū inuocarē.
Cap̄m. Tu in. Hac die
ꝯ tribus diebus sequē
tib⁹ dicitur p hymno.
Alma chorus do=
mini / nunc pan=
gat nomina summi.
Messias/ soter/ emma
nuel/ sabaoth adonai.
Est vnigenitus / via/
vita/ manus/ omousiō.
Principiū/ primoge=
nitus/ sapiētia/ virtus
Alpha/ caput/ finis/ q3 si=
mul/ vocitatur ꝯ est oo
Fons et origo boni/
paraclit⁹/ ac mediator
Agnus/ ouis/ vitul⁹/
serpens/ aries/ leo/ ver=
mis.
Os / verbum / splen=
dor / sol/ gloria/ lux/ et
imago.
Panis / flos / vitis /
mons / ianua / petra /
lapisq3.
Angelus/ ꝯ sponsus/
pastorq3/ propheta / sa=

cerdos.

A thanatos/ kyrios/ theos / et pantoncrator/ isus.

Saluificet nos/sit cui secla per omnia doxa. Amen. Et reliquis diebus dicitur. hy⁹. Saluator. ℣. Custodi nos. Añ. Alleluia spirit⁹ paraclitus. ps. Nunc di.

¶ Feria secunda Inuitatoriū. hy⁹/añe/psi/et ℣. sicut in die penteco. dicātur. Similiter fiat singulis dieb⁹ per heb.

¶ Euangelium Secundum Joannem.

Cap. 3. In illo tempore. Dixit Jesus cuidā principi phariseorum Sic deus dilexit mundum vt filium suū vnigenitum daret: vt omnis qui credit in ipsum non pereat/sed habeat vitam eternam. Et reliqua. Sermo. ex consuenerabili beati augustini episcopi. Lctō. i.

Ergo quantum in medico est sanare venit egrotum. Ipse se interimit: qui precepta medici obseruare nō vult Venit saluator saluare mundū. Quare saluator dictus est mundi: nisi vt saluet mundum / vt non iudicet mundum. ℟. Apparuerunt apostolis dispertite lingue tanquam ignis alleluia. Seditq; supra singulos eorū spiritussanct⁹ alleluia alleluia. ℣. Loquebantur varijs linguis apostoli magnalia dei. Seditq;. Lectio secunda. 1

Saluari non vis ab ipso: ex teipso iudicaberis. Et quid dicam iudicaberis: Vide qđ ait. Qui credit in eum non iudicabitur. Qui autem non credit: quid dicturum putas: Jam (inquit) iudicatus est. Nondū apparuit iudicium: sed iam factum est iudiciū. ℟. Loquebantur. require in vigilia pentecostes ad vesperas. Lectio. iij. 2

Nouit enim dominus

qui sunt eius. Novit qui permaneant ad coronam: et qui permaneant ad flammā. Novit in area sua triticū: novit et paleam. Novit segetem: novit et zizaniam. Iam iudicat⁹ est qui non credit. Quare iudicat⁹ est? Quia non credit in nomine unigeniti filij dei. ℟. Spiritussanctus. ℣. Emitte spiritū. Iste versus dicitur quotidie ante lau. per hebdo. In lau. hec sola. ān. Dum complerentur. ps. Dñs regnavit. Cahm. Factus est repente. Hec cahm dr̄ quotidie ad lau. et ad. iij. per hebdo. hy⁹. Impleta gaudent. ℣⁹. Loquebantur varijs. aña. Sic deus dilexit mundum ut filiū suum unigenitum daret / ut omnis qui credit i ipso non pereat / sed habeat vitam eternam all'a. ℣. Benedict⁹. or.

Deus qui apostolis tuis sanctum dedisti spiritum concede plebi tue pie petitionis effectum: ut quibus dedisti fidem largiaris et pacē. Per dñm. in unitate eiusdē. Hec oratio dicitur ad oēs horas hac die tantū. Ad alias horas. ān. ℟. et ℣. sicut in die pentecos. singulis dieb⁹ per hebdomadā̄ dr̄ cū pprijs orationibus.

¶ Ad tertiam. Cahm.

Factus est repente de celo son⁹ tanq̄ advenientis spirit⁹ vehementis: et replevit totam domum ubi erant apostoli sedētes.

¶ Ad sextā. Capitulū.

Apparuerunt illis dispertite lingue tanq̄ ignis / seditq̄ supra singulos eorum spiritus sanctus.

¶ Ad nonā. Capitulū.

Repleti sunt oēs spiritu sancto: et ceperunt loqui varijs linguis: prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. Hic ordo capitu- Act. 2. A

lorum ad matuti. & ad alias hor. hui⁹ diei ser uetur per totā heb. Ad vesp. oia stāt sicut i die pente. Ad secūdas vesp. vsq₃ ad. antiph. super. Magnificat. & preter. R. q̄nō dicetur. Simi liter stat p totā heb. A. Non enim misit deus filiū suū in mundū vt iudicet mundū: sed vt mundus saluetur per ipsum alleluia. Ps. Magnificat. Oratio. Deus qui apostolis.

¶ Feria tertia. Secun dum Joannem.

Cap. 10. A In illo tempore. Dixit iesus disci pulis suis. Amen amen dico vobis. Qui nō in trat per ostiū in ouile ouium sed ascendit a liunde: ille fur est, et latro, Et reliqua. Ser mo ex cōmentario bea ti augustini epi. Lec. j.

Ouile christi est eccle sia catholica. Quicunq₃ in eam intrare volue rit per ostium intret/ id est per christum. Et ipsum verū deū & ve rum dei filiū predicet. Non solū predicet chri stum; sed christi gloriā querat non suā. Nam multi querendo gloriā suā oues christi spar serunt potius q̄ cōgre gauerunt. R. Aduenit ignis diuin⁹ non cōbu rens sed illuminās: nō consumens/sed lucens et inuenit corda disci pulorum receptacula munda. Et tribuit eis charismatū dona alle. alle. V. Inuenit eos cō cordes charitate: & il lustrauit illos inūdās diuinitas deitatis. Et tribuit. Lectio secūda

Humilis est enim ia nua filius dei christus Ipse enim dūs & salua tor noster exponit qđ proposuit dicēs. Amen amen dico vobis quia ego sum ostium ouium Per christū frames in tremus/vt nos intras se gaudeamus. Omnes quotquot venerunt fu res sunt & latrones.

Venerunt quasi ꝓpter me/ sed nõ ex me. Prophete non fuerunt fures nec latrones: quia non propter illũ sed ĩ
2 illo venerunt. ℟ Disciplinã ꝑ sapientiã docebat eos dñs alleluia firmauit ĩ illis gratiã spirit⁹ sancti. Et intellectu adimpleuit corda eorũ alleluia alľa. ℣ Spiritus dñi repleuit orbẽ terrarũ: ⁊ hoc quod continet omnia scientiam habet vocis. Et intelle. Lectio. iij.
Uenturus dñs mittebat precones: sed illorũ quos mittebat corda possidebat. Fur nõ venit nisi vt furetur ⁊ mactet ⁊ perdat. Ego veni vt vitã habeãt/ id est fidem que per dilectionẽ operatur. Per quã fideles in ecclesiã ingrediuntur vt viuãt
4 Justus autẽ ex fide vi-
5 uit. ℟ Spiritussanct⁹.
℣ Amen amen dico vobis: qui non intrat per ostiũ in ouile auiũ sed ascendit aliunde / ille fur est ⁊ latro: qui autẽ intrat per ostiũ/ pastor est ouium alleluia. ℟ Benedictus. Oratio.
Adsit nobis quesumus dñe virt⁹ spirit⁹ sancti: que ⁊ corda nostra clementer expurget: ⁊ ab omnibus tueatur aduersis. Per do. eiusdẽ. Hec oratio dr ad oẽs hor. Ad vesp.
An. Ego sum ostiũ dicit dñs: per me si quis introierit/ saluabitur ⁊ pascua inueniet alľa. Ds Magñt. Oõ. vts.
Feria quarta. Secundum Joannem.
In illo tempore. Cap. 6. E
Dixit iesus discipulis suis. Nemo potest venire ad me / nisi pater q̃ misit me traxerit illũ. Et. Sermo ex cõmẽtario b. au. e᷑i. le. i.
Magna gratie cõmendatio. Nemo venit nisi tract⁹. Quem trahat / ⁊ quem non trahat: quare illum trahat/ et illum non trahat: noli

velle iudicare: si non
vis errare. Semel ac=
cipe et intellige. Non
dum traheris? ora vt
traharis. Quid hic di=
cimus fratres. Si tra
himur ad christum: er=
go inuiti credimus/ er
go violentia adhibe=
tur: non voluntas exci
1 tatur. R. Facta autem
hac voce conuenit mul
titudo/ et mente confu=
sa est: quia audiebat v=
nusquisque lingua sua.
Illos loquentes ma=
gnalia dei alleluia al=
leluia alleluia. Vers.
Nonne ecce omnes isti
qui loquuntur galilei
sunt? et quomodo nos
audiuimus vnusquis=
que lingua sua. Illos lo
quentes. Lectio secunda.
Si trahitur (ait ali=
quis) inuitus venit.
Si inuitus venit/ non
credit/ si non credit/ nõ
venit. Non enim am=
bulando ad christum
currimus/ sed creden=
do. Nec mora corporis
sed voluntate cordis
accedimus. Sic se tan
gi voluit: sic tangitur
ab eis a quibus bene
tangitur: ascendẽs ad
patrem / manens cum
patre/ equalis patri.
R. Spiritus domini 2
repleuit orbem terra=
rum. Et hoc quod con=
tinet omnia/ scientiam
habet vocis alleluia
alleluia. V. Omnium
est enim artifex: omnẽ
habens virtutem: om=
nia prospiciẽs. Et hoc
quod. Lectio tertia.
Nolite cogitare inui=
tum trahi Inuitus tra
hitur animus/ et amo=
re. Da amantem/ et sen
tit quod dico. Da desi=
derantem/ da feruentẽ/
da in ista solitudine
peregrinantem atque si
tientem et fontẽ eter=
ne patrie suspirantem
Da talẽ: et sentit quod
dico. Si autem frigi=
do loquor: quid loquor
Tales erant illi qui in
uicem murmurauerãt
R. Spiritu sanctus. In 3
Amen amen dico vos

vis qui credit i me habet vitā eternam alleluia alleluia. Psalmus. Benedictus. Oratio. Mentes nostras quesumus domine paraclitus qui a te procedit illuminet: et inducat in omnem sicut tuus promisit filius veritatem. Qui tecum. in unitate eiusdem. Hec oratio dr ad oēs hor.

¶ Ad vesperas. An. Ego sum panis vivus qui de celo descēdi: si quis manducauerit ex hoc pane viuet in eternum et panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita alleluia all'a. Ps. Magt. Oratio. vts.

¶ Feria quinta. Secundum Lucam.

Cap. 9. A In illo tempore. Conuocatis iesus duodecim apostolis: dedit illis virtutem et potestatem super omnia demonia: et vt languores curarent. Et reliqua. Sermo. ex commenta. venerabi. bede presbiteri. Lectio. i.

Concessa primum potestate signorum misit eos predicare regnum dei: vt promissorū magnitudine attestaretur etiam magnitudo factorum: fidemque daret verbis virtus ostensa: et noua facerent qui noua predicarent. Unde nunc quoque cum fidelium numerositas excreuit/ intra sanctā ecclesiam multi sunt qui virtutum vitam tenent sed signa virtutū non habent: quia frustra miraculum foris ostenditur/ si deest quod intus operetur. Ista que in secunda feria dicuntur. Lectio secunda.

Et ait ad illos. Nihil tuleritis in via: neque virgam/ neque peram/ neque panem/ neque pecuniam/ neque duas tunicas habeatis. Solet queri quomodo Matheus et lucas commemorauerunt dixisse dominum discipulis suis

ut non virgã ferrent: cũ dicat Marcus/ precepit eis ne quid tollerent in via nisi tantum virgam. Lectio tertia.

Quod ita soluitur ut intelligamus sub alia significatione dictã virgam que secundũ marcum ferenda est: sub alia illã que secundũ Mattheũ Lucam nõ est ferẽda. Cũ eni secũdum mattheũ diceret eis. Nolite possidere aurũ neq argentũ / et cetera cõtinuo subiunxit. Dign⁹ est eni operarius mercede sua. Ubi satis ostẽdit cur eos hec possidere ac ferre noluerit: nõ q necessaria nõ sint sustẽtationi huius vite: sed q sic eos mittebat ut eis hec deberi mõstraret ab illis quib⁹ euãgeliũ credẽtib⁹ nũciarẽt. ãn Conuocatis iesus duodecim apostolis dedit illis virtutẽ potestatẽ super oia demonia: et ut languores curarẽt: misit illos predicare regnũ dei: sanare infirmos all'a. all'a. ps Benedict⁹. Oratio

Presta quesumus omnips et misericors deus ut spiritus sanct⁹ adueniens templũ nos glorie sue dignanter inhabitando pficiat. Per d. in unitate eiusdẽ. Hec aũ dr ad oẽs hor. ad vesp. ã.

Egressi duodecim apostoli circuibant per castella: euãgelizantes curãtes ubi alla alla ps Magnĩt. Oro. vts.

¶ Feria sexta. Secundum Lucam.

In illo tempore. Factum est in vna dierũ: iesus sedebat docens. Et reliqua. Cap. 5. D

Sermo ex cõmẽta. venera. bede presby. sc. s.

Ubi dñs sedẽs doceret quando scribis et phariseis consedentibus paralyticũ curauit lucas breuiãdi gratia preterijt. Sed Matthe⁹ marc⁹ q eadẽ narrãt

questionẽ facere viden tur. Quã quidem mat theus in ciuitate sua. Marcus in capharnaũ hoc eũ fecisse testatur. Que difficilius questio solueretur: si matthe⁹ etiam nazareth nomi naret. R. que in tertia feria dicuntur. Lec. ij.

Nunc ergo vel ipsa galilea in qua erat na zareth: intelligẽda est dicta ciuitas christi. Ad distinctionẽ videli cet transmarine regio nis gerasenorum: de qua transfretando sicut mattheus scribit vene rat galilea m. Vel cer te ipsa capharnaum ci uitas christi dicta est: quam non nascendo: sed virtutib⁹ illustran do suam ipse fecerat. Et ecce viri portantes in lecto hominẽ qui e rat paralyticus: et que rebant eũ inferre et po nere ante iesũ. Lec. iij

Curatio paralytici hu ius: anime post diutur nam illecebre carna lis inertiã ad christũ suspirãtis indicat sa nationẽ. Que primo om niũ ministris q̃ eã su bleuent et christo offe rãt/ id est bonis docto rib⁹ q̃ spẽ saluationis opemq̃ intercessionis suggerãt indiget. An.

Factũ est in vna dierũ et iesus sedeba t docẽs et erant pharisei seden tes et legisdoctores q̃ venerãt ex omni castel lo galilee et iudee et hierusalẽ: et virt⁹ dñi erat ad sanandum eos alleluia alleluia. Ps. Benedictus. Oratio.

Da quesum⁹ eccle sie tue miseri cors de⁹: vt spũ sãcto cõgregata hostili nul latenus incursione tur betur. Per eunsdẽ. Hec oratio dr̃ ad oẽs horas.

¶ Ad vesp. añ. Tulit er go paralyticus lectum suũ in quo iacebat ma gnificãs deũ: et omnis plebs vt vidit / dedit laudẽ deo alleluia. Ps. Magnificat. Ora. vt s.

¶ Sabbato. Secundũ Lucam.

Cap. 4. B In illo tempore. Surgens iesus de synagoga: introiuit in domum simonis. Socrus autem simonis tenebatur magnis febribus. Et reliqua. Homelia ex commentario venera. bede presby. Lec. j.

Et virum a demonio liberatum moraliter animum ab immunda cogitatione purgatum diximus significare: consequenter femina febribus tenta/sed ad imperium domini curata/carnem ostendit a concupiscentie sue feruore per continentie precepta frenatã. Omnis enim amaritudo & ira & indignatio & clamor & blasphemia spiritus immundi feruor est. Rñ. que in quarta feria dñe. Lectio. ij.

Fornicationem vero & immunditiam/ libidinem & concupiscentiam malam/ & auaritiam que est simulachrorum seruitus: febrem illecebrose carnis intellige. Et rogauerunt illum pro ea: & stans super illam imperauit febri: et dimisit illam. Modo saluator regatur: modo vltro curat egrotos: ostendens se contra peccatorum quoque passiones & precibus semper annuere fidelium: et ea que ipsi in se minime intelligunt /vel intelligenda dare/vel etiã non intellecta dimittere Iuxta quod psalmista postulabat. Delicta quis intelligit: ab occultis meis munda me domine. Lectio. iij.

Et continuo surgens ministrabat illis. Naturale est febricitantibus incipiente sanitate lacescere: & egrotationis sentire molestiã. Sed sanitas que domini confertur imperio: tota simul et sine molestia redit. Nec so

lum ipsa redit: sed et tanto robore comitante/ut his continuo qui se adiunxerant ministrare sufficiat: et iuxta legis tropologiam membra que seruierant immunditie ad iniquitatem: ut fructum facesent morti: seruiant iustitie in vitam eternam. An. Vespere autem facto cum sol occidisset veniebant ad eum omnes male habentes: at ille singulis manus imponens curabat eos alleluia. Psalmus. Benedictus. Oratio.

Mentibus nostris quesumus domine spiritum sanctum benignus infunde: cuius et sapientia conditi sumus et prouidentia gubernamur. Per dominum. in unitate eiusdem spiritussancti deus Per omnia secula seculorum. Amen.

Hec oratio dicitur ad omnes horas. Si aliquod festum in hac hebdoma. euene. idem ordo seruetur qui i hebdoma. pasche nisi de ieiu. Itaque completo. septiformi festum pentecos. septem diebus: octa. die/idest proxima die do. post pente. fiat plenum seruitium de sancta trini. in quo tamen non eat processio ad vesperas ante crucem sicut i ceteris sabbatis per estatem.

¶ Pars hyemalis breuiarij ad usum Sarum cum pica seu ordinatione de tempore nouissime recognita accuratissimeque castigata Feliciter finit.

¶ Incipit pprium de sanctis tempore hyemali.
¶ Sanctorum saturnini et Sisinnij martyrum. Oratio.

Deus qui nos beatorum martyrum tuorum saturnini atque sisinnij concedis natalitijs perfrui: eorum nos tribue meritis adiuvari. Per dominum. Quandocunque hoc festum sanctorum saturnini et sisinnij infra adven. domini contigerit nihil fiat de fes. nisi tantum memoria ad vesperas et ad matutinas beate marie virginis ante memo. de sancto spiritu cum hac. An. Gaudent in celis. Alius. Letamini in domino. Oratio ut supra.

¶ In vigilia sancti andree apostoli. Ad vesperas super psalmos per sola. an. Unus ex duobus qui secuti sunt dominum erat Andreas frater Simonis petri alleluia. psalmi fer. Et dicuntur psalmi feria. semper ad primas vesperas in omnibus festis sanctorum quando una sola. an. dicetur super psalmos. Hoc etiam in secundis vesp. sanctorum observetur: nisi in fes. per octa. beate marie: et nisi in fest. et octa. apostolorum: et evange. et nisi in fest. omnium sanctorum et reliquiarum: et dedica. ecclesie: et similiter per octa. eiusdem: et nisi in fest. corporis christi et per octa. eiusdem ubi octa. fiunt cum regimine chori et nisi i fest. sancte anne. Ad primas vesperas. Capitulum.

Corde creditur ad iustitiam/ore autem confessio fit ad salutem: dicit enim scriptura omnis qui cre- Ro. 10. C

vit i illa non confunde: tur. V. Homo dei.

Andrea pie sanctorum mitissime/ obtine nostris reatibus veniam: et qui gravamus sarcina peccaminum sublevet tuis intercessionibus. Annue christe.

Dilexit andream dominus. In odorem suavitatis. Ambulans iesus iuxta mare galilee vidit petrum et andream fratrem eius et ait illis: venite post me / faciam vos fieri piscatores hominum: at illi relictis retibus et navi secuti sunt eum. Magnificat.

Quesumus omnipotens deus: ut beatus andreas apostolus tuum pro nobis imploret auxilium: ut a nostris reatibus absoluti/ etiam a cunctis periculis eruamur. Per dominum.

Quando vero festum sancti andree apostoli die dominica differ. in ii. fer. tunc ad primas vesp. dicetur ista. Oratio.

Maiestatem tuam domine suppliciter exoramus: ut sicut ecclesie tue beatus andreas apostolus extitit predicator et rector/ ita apud te sit pro nobis perpetuus intercessor. Per.

Si hoc fest. infra adventum contig. fiat tunc solem. inde. de adven. et postea de sancta maria. Sine extra adventum. fiat infra hoc fest. euch. semper fiat proces. ad. i. vesp. post oes inde. ad altare sancti andree si habeatur: cum cereo fera. et thu. et puero librum defe rente ansacer. sine cruce cho. sequente: habitu non mutato: cantando. Resp. Vir iste. cum suo. V. Rectores simul dicant. V. Dilexit. V. canitur sacerd. thu. illud alta. et postea dicat. V. In omnem terram. Deinde oratio de sine. Dominus vo. sed cum Oremus. Oratio. Maiestatem. que ut dicitur: Per christum dominum nostrum. Nec preces fiat nec subsequatur.

Dñs vo. nec Benedi-camus. Quando orati Maiestatē. &c. ad .i. vesp. tunc ad proces. dr ista oro. Quesum⁹ oñs de⁹ In redeundo extra ad uen. dicatur. ā. de scta ma. infra vero adue. de omnib⁹ festis in redeū do. ān. Saluator mundi salua nos oēs: sancta dei genitrix virgo semper maria ora pro nobis precibus quoqꝫ sanctorū apostolorum martyrū/ & confessorū atqꝫ sanctarū virginū suppliciter petim⁹ vt a malis omnib⁹ eruamur/ bonisqꝫ omnibus nunc & semper perfrui mereamur. ℣ Letamini. Oratio. Infirmitatē. Et sic fiat processio. in omni fes. sancto: &c. ad i. vespe. post oēs mēo. que habentur per totum annum: quorū altaria sunt in ecclesia: cum proprijs vel de cōmuni: & cū ℟⁹. et oratione de sanctis: ita tñ q̄ qñ oratio de virg. &c. ad vesp. vt s. diximus tunc ad proces. dicatur oratio de die. Similiterqꝫ oratio de fest. &c. ad vesp. tūc ad proces. dicitur oro de cōmuni: nisi propria habeatur vt in fest. sancti nicolai: & sancte katherine: & consimilib⁹: & semper in reuertendo de sancta maria: nisi quando ad vesperas memoria de ea facta fuerit prius: tunc enim in reuertendo dicitur de omnibus sanctis vt s. Nec debet festi. eorū celebrari ad eorū alta. ad vesp. matu. vel alie hore secundū vsū Sar. nisi cantū missa de sancto in mane et hoc ad placitum more duplicis fes. cū Credo. quodcunqꝫ festū fuerit Non cantantur vesp. de sancta maria in cho. hac die nec in aliquo dnīca. fest per annū vt notatū est in .i. dñ. aduen. dñi: semper exceptis vltimo. Benedicam⁹.

executor officii in stal lum suum revertatur ibique cappam sericam exuat ubi prius eandē assumpsit: quod in omnibus festis duplicib9 obser. quando collecta ad gradum chori dicitur
¶ Ad completoriū extra aduentum omnia stant sicut in fes. sancte trinitatis. Infra aduen. vero completo. non mutatur nisi solummodo hymnus: et dicatur vs9. Saluator mundi.
¶ Ad matutinas Inuitatorium. Adorem9 victoriosissimum regem christum. Qui victorē per crucis tropheum: coronauit beatum andream apostolum. ps. Venite. Hy9. Andrea pie. Vs9 Amne christe.
¶ In primo noctur. an Andreas apostolus dixit ad egeam: tantum deo meo ero acceptior quantum pro eius nomine fuero permanens in tormentis confessor. ps Celi enarrant. An. Ego crucis christi seruus sum: et crucis tropheum optare potius debeo quam timere. ps. Benedicam. an. Cumque carnifices apostolū ducerent ut crucifigeretur: concursus fact9 est populorum clamantium/iustus homo et amicus dei quid fecit ut ducatur ad crucem at ille rogabat populum ut non impediret passionē eius. ps Eructauit cor meū verbū bonū. V. In omnē terram exiuit. Lectio. i.

Proconsul egeas patras ciuitatem ingressus: cepit compellere in christo credentes ad sacrificia idolorum cui occurrēs sanctus andreas: dixit Oportebat ut tu qui iudex hoim esse pro[illegible]baris iudicē tuū qui i celis est cognosceres et agnitū coleres/et colēdo eū qui ver9 est de9 ab his qui veri dii non sunt animum reuocares. Cui

egeas dixit. Tu es andreas qui destruis templa deorum: et suades hominibus hanc superstitiosam sectam / quam nuper detectam romani principes exterminare iusserant.

I Resp. Dum perambularet dominus iuxta mare: secus littus galilee vidit petrum et andream retia mittentes in mare / et vocauit eos dicens Venite post me/ faciam vos piscatores hominum. V. Erant enim piscatores et ait illis. Venite post me faciam vos piscatores hominum. Lectio secunda.

Andreas respondit. Romani principes nondum cognouerunt veritatem: et hoc quod pro salute hominum veniens dei filius docuerit ista idola non solum deos non esse: sed esse demonia pessima et inimica humano generi. Que etiam hoc docent homines

vnde offendatur deus vt dum offensus fuerit auertatur et non exaudiat: et cum auersus fuerit et non exaudierit habeantur cum diabolo: et ipse captiui. Et tam diu eos deludat / quousque de corpore exeant rei et nudi: nichil secum preter peccata portantes. Egeas dixit. Ista superstitiosa et vana sunt verba. Nam iesus vester dum hec predicaret: iudei illum crucis patibulo affixerunt Andreas respondit. O si velis scire mysterium crucis: quod rationabili charitate auctor humani generis/ pro restauratione nostra hoc crucis patibulum non inuitus sed spontaneus susceperit

2 Resp. Mox vt vocem domini predicantis audiuit beatus andreas: relictis retibus quorum vsu actuque viuebat. Eterne vite secutus est premia largientem.

℟. Ad huius iussionis vocem relictis retib⁹ beatus andreas. Eterne vite secut⁹. Lec. iii.

Egeas dixit. Cum traditus asseratur hic a suo discipulo et a iudeis tentus: et presidi adductus: et ad petitionem iudeorum a militib⁹ presidis crucifixus: quomodo tu dicis eum spontaneum crucis subisse patibulum Andreas respondit. Ideo dico eum spontaneum quia simul cum illo fui cum a suo discipulo traderetur. Et ante quam traderetur / dixit nobis quod tradendus esset et crucifigend⁹ pro salute hominum: et tertia die resurrecturum se esse predixit. Egeas dixit. Miror te prudentem hominem virum istum velle sectari / quem quouis pacto (aut sponte aut inuitum) cruci tamen confiteris affixum. ℟. Homo dei ducebatur vt crucifigeretur: popul⁹ autem clamabat voce magna: dicens. Innocens eius sanguis sine causa damnatur. ℣. Cumque carnifices duxerent eum vt crucifigeretur: factus est concursus populorum clamantium et dicentium Inno. Gloria. Inno.

In tercio noctur. An. Cum peruenisset beatus andreas ad locum / vbi crux parata erat: videns eam a longe exclamauit voce magna dicens: salue crux que in corpore christi dedicata es: et ex membris eius tanquam margaritis ornata. ps. Omnes gentes. an. Antequam te ascenderet dominus noster o beata crux timorem terrenum habuisti: modo vero amorem celestem obtinens pro voto susciperis. ps. Exaudi deus deprecationem. an. Amor tuus semper fui / et desideraui te amplecti o bona crux. ps. Exaudi deus

orationem meam cum deprecorbs. Constitues eos. Lectio. iiij.

Andreas respondit. Hoc est quod etiã me dixisse iã retines. Magnũ est mysteriũ crucis: quod si volueris audire referam. Egeas dixit. Mysteriũ non potest dici: sed supplicium. Andreas respõdit. Ipsũ suppliciũ mysteriũ restaurationis esse humani generis (si patiẽter audias) cõprobabo. Egeas dixit ad beatũ andream. Ego quidẽ patiẽter te audiã: sed si tu me obtemperãter nõ audias ipsum mysteriũ crucis in teipsum retorquebo. Andreas respõdit. Ego si patibulum crucis expauescerem: crucis gloriam non predicarem. Egeas dixit. Insanus est sermo tuus: supplicium crucis predicas gloriam / quia per audaciam penam mortis non times. Andreas respondit. Non per audaciam: sed per fidẽ non timeo penam mortis. Mors enim iustorum preciosa est: mors vero peccatorum pessima est. Doctor bonus & amicus dei ducitur ad crucem: aspiciens a longe vidit crucem: salue crux. Suscipe discipulum eiusqui pependit in te magister meus christus. Sr. Salue crux que in corpore christi dedicata es: et ex membris eius tanquã margaritis ornata. Suscipe discipu. Lectio. v.

Egeas dixit. Ista verba illis narrare potes qui tibi credunt: mihi autem nequaquam. Quia nisi ad hoc consentias vt sacrificiũ diis omnipotẽtibus offeras: in ipsa cruce quam laudas te fatigatum affigi precipiam. Andreas respondit. Omnipotenti deo qui viuus et verus est: ego omni die 4

sacrificio. Non thuris fumum nec taurorum mugientium carnes: nec hircorum sanguinem: sed immaculatũ agnum quotidie in altari crucis sacrifico. Cuius carnes posteaq̃ omnis populus manducauerit/ et sanguinem eius biberit: tamen integer permanet & immaculatus et viuus. Egeas dixit. Quomodo potest hoc fieri? Andreas respondit. Si vis scire quomodo potest fieri: assume formã discipuli vt possis discernere quod queris. Egeas dixit. Ego a te tormẽtis exigam huius rei notitiã

Resp. O bona crux que decorẽ & pulchritudinem de membris domini suscepisti: accipe me ab hominibus et redde me magistro meo. Ut per te me recipiat qui per te me redemit. V. Securus et gaudens venio ad te: ita vt & tu exultans suscipias me. Ut per te me recipiat. Lectio. vj

Andreas respondit. Miror te hominem prudentem ad tantam stultitiam deuolutum: vt putes tormentis me tibi sacrificia diuina pandere. Tunc iratus egeas iussit eum in carcerẽ trudi: vbi per totam noctem ad patientiam et pacem habendam populum admonuit. Egeas postea sedens p tribunali iussit adduci ad se sanctum andreã cui & dixit. Existimaui te nocturna cogitatione reuocare animum a stultitia/ & a christi tui laude cessare: vt possis nobiscum non amittere gaudia vite. Andreas respondit. Audi me fili mortis: seruum & apostolum iesu christi. Nunc vsq mitius tecũ egi pro censura fidei: vt rationis capax idola contemneres/ et

deum qui in celis est adorare scias. Orauit sanctus andreas dum aspiceret celum: voce magna clamauit et dixit: tu es deus meus quem vidi. Ne me patiaris ab impio iudice imponi. Quia virtutem sancte crucis agnoui. Uers. Tu es magister meus christus: quem dilexi/ quem cognoui/ quem confessus sum: tantummodo in ista voce me exaudi. Ne me patiaris ab ipio. Gloria patri. Quia virtutem. ¶ In tertio nocturno. an. Accedentes carnifices leuauerunt eum in cruce: et extendentes funibus totum corpus eius / sicut eis iussum fuerat suspenderunt. ps. Confitebimur. an. Omnis interea populus conclamabat dicens virum sanctum/pudicum / ornatum moribus / bonum doctorem/pium/ modestum/ rationabilem non debere hoc pati: sed debere de cruce deponi. ps. Dominus regnauit exultet terra. an. Tunc sanctus andreas ait: iam regem meum video/ iam adoro/ iam in eius conspectu consisto. ps. Dominus regnauit irascantur. Uers. Nimis honorati.

¶ Secundum Mattheum.

In illo tempore. Ambulans iesus iuxta mare galilee vidit duos fratres: simonem qui vocatur petrus et andream fratrem eius mittentes rete in mare: erant enim piscatores. Et reliqua. Cap. 4. C

Homelia beati Gregorii pape Non dicitur (de eadem lectione) quo per totum annum obseruetur secundum vsum Sar. Lectio septima.

Audistis fratres charissimi quia ad vnius iussionis vocem/ Petrus et Andreas relictis retibus secuti sunt redemptorem. Nulla vero hunc facere miracula

adhuc viderant: nichil
ad eo de premio eter-
ne retributionis audie
rant: et tamen ad vnu͂
domini preceptu͂ hoc
quod possidere videba͂
tur obliti sunt. Quan-
ta nos eius miracula
videmus: quot flagel-
lis affligimur: quan-
tis minarum asperita
tibus deterremur: et
tamen vocante͂ sequi
7 contemnimus. ℟. Expa͂
di manus meas tota die
in cruce ad populu͂ no͂
credente͂: sed contradi
cente͂ mihi. Qui ambu
lant vias non bonas:
sed post peccata sua.
℣. Deus vltionu͂ dn͂s
deus vltionum libere
egit: exaltare qui iudi-
cas terra͂ et redde re-
tributione͂ coru͂ ipsis.
Qui ambulant vias no͂
bonas. Lectio octaua.

In celo enim iam
sedet: qui de con-
uersione nos admonet.
Iam eni iugo fidei col
la gentium subdidit:
iam mundi gloriam
strauit. Iam enim eius
crebrescentibus distri
cti sui iudicii die͂ pro-
pinquante͂ denunciat:
et tamen superba me͂s
nostra non vult hoc
sponte deserere/ quod
quotidie perdit inuita
Quid ergo (fratres cha
rissimi) quid in eius iu-
dicio dicturi sumus:
qui ab amore presen-
tis seculi nec prece-
ptis flectimur/ nec ver
beribus emendamur;
℟. Dilexit andrea͂ do- 8
minus in odore͂ suaui-
tatis: dum penderet i
cruce dignum sibi com
putauit martyre͂ quem
vocauit apostolu͂ dum
esset in mari. Et ideo
amicus dei appellatus
est. ℣. Vir iste in po-
pulo suo mitissimus ap
paruit sanctitate et gra
tia plenus. Et ideo a-
micus. Lectio nona.

Sed fortasse ali-
quis secu͂ tacitis
sermonibus aut cogita-
tionibus dicat. Ad voce͂
dominicam vterque iste

piscator quid aut quan
tum dimisit: qui pene
nihil habuit? Sed hac
in re fratres charissi=
mi affectum potius de
bemus pensare quam
censum. Multum reliquit:
qui sibi nichil reti=
nuit. Multum reliquit:
qui quantumlibet par=
uum totum deseruit.
Certe nos et habita cum
amore possidemus: et ea
que minime habemus ex
desiderio querimus.
8 Multum ergo petrus
et andreas dimisit quando
do uterque etiam deside
rium habendi dereli=
quit. Multum dimisit:
qui cum re possessa e=
tiam concupiscentiis re
nunciauit. A sequenti=
bus ergo tanta a dimis
sa sunt quanta a non
sequentibus concupi=
9 sci potuerunt. Rx. Vir
iste in populo suo mi=
tissimus apparuit/san=
ctitate autem et gratia
plenus: iste est qui assi
due orat pro populo et
pro ciuitate ista. Vrs.

Pro eo ut me dilige=
rent detrahebant mihi:
ego autem orabam. Pro
populo et pro ciuitate
ista. Gloria patri et fi=
lio. Pro populo et pro
ciuitate ista. Si infra
aduentum hoc festum
contigerit non dicatur.
Te deum. sed repetatur Rx.
Vir iste. Et si infra ad
uen. contigerit non thu=
rificetur nec altare nec
chorus sicut solet fieri
in duplicibus festis.
Vers. Dilexit andream
dominus. Rx. In odo
rem suauitatis. ¶ In
laudibus. Antiphona.
Salue crux preciosa: 1
suscipe discipulum eius
qui pependit in te ma=
gister meus christus.
Ps. Dominus regna=
uit. An. Beatus andreas 2
orabat dicens: domi=
ne rex eterne glorie
suscipe me pendentem
in patibulo. Ps. Iubi=
late. An. Non me per= 3
mittas domine famu=
lum tuum a te separa=
rari; tempus est ut

commendes terre cor
pus meum. ps. Deus
4 deus meus. an. Maxi-
milla christo amabi-
lis tulit corpus aposto
li: optimo loco cum aro-
maticibus sepeliuit. ps.
5 Benedicite. an. Qui per
sequebatur iustum de-
mersisti eum domine i
infernum: et in ligno
crucis dux iusti fuisti.
ps. Laudate. Capitulum
Corde creditur. Hy9.
Exultet celum. Usus.
Annunciauerunt opera
dei. Resp. Et facta eius
intellexerunt. an. Con-
cede nobis hominem
iustum: redde nobis ho
minem sanctum: ne in-
terficias hominem deo
charum/iustum / man-
suetum et pium. ps. Be
nedict9. Oratio. Maie-
statem. Memoria fiat de
aduentu: et de sancta
maria ad matutinas et
ad missam et ad vespe
ras si intra aduentum
hoc festum euenerit.
¶ Ad primam. an. Salue
crux. ps. Deus in noie.

an. Gratias. ps. Quicunque.
¶ Ad tertiam. ana.
Beatus andreas. ps.
Legem pone. Capitulum.
Corde creditur. Resp. et
Hy. de communi unius
apostoli ad omnes horas
dicantur cum orationes
de die. Ad sextam. ana.
Non me permit. ps.
Defecit. Capitulum.

Non enim est di- Rom
stinctio iudei et 10. C
greci: nam idem domin9
omnium diues in omnes
qui inuocant illum.
¶ Ad nonam. an. Qui
persequebatur. ps. Mi
rabilia. Capitulum.

Omnis quicunque in Cor
uocauerit nomen
domini saluus erit.
Ad secundas vesperas.
an. Salue crux precio-
sa: suscipe. ps. Dixit do
minus domino meo.
et ceteri psalmi de apo
stolis. Capitulum. Corde
creditur. Resp. Uir per-
fecte pietatis et dux in
nocentie/tua festa cele
brantis vota plebis su
scipe. Et astantes laudi

tuo seruulos / officio / precibus tuis coniunge sanctorum collegio.

℟ Imitator iesu christi sub crucis patibulo: nos andrea fac consortes celi contubernio. Et astantes. Finito ℟. dum ℣. cantatur eant rectores chori in superiori gradu et ex utraque parte principalis in .ij. forma: et dicant ad singulos clericos. Usque ad prosam. Hi extra per actis exuant cappas nigras et almutias omnes qui volunt / ad prosam cantandam. Cantetur autem prosa in statione puerorum in superpel. ex utraque parte: ita tamen ut rectores chori principales in medio chori ad altare stent conuersi. Secundarij vero ad gradum chori ad clerum stent conuersi. Inter quos eodem modo stent tres clerici qui ℣. et ℟. cantauerunt et omnes dicant prosam simul: et ad unumquemque ℣. ℟. cho. tantum prose super ultim. vocalem vitam. Sic choro interim sedente. Hoc eodem modo dicitur per totum annum: sed ad vesp. quam ad matu. ad matu. vero per totum annum nisi tantum per tempus natiuitatis domini in die sancti nicolai: et in hebdomada. Et hic sequitur in die sancti stephani. s. Joannis et sanctorum innocentium. Ubi non fit proces. de sancto andrea dicitur prosa hoc modo. Prosa.

O Morum doctor egregie qui triumphas egeam hodie. ℟. Felix gaudes i requie inter ciues eterne patrie. ℣. Assis propitius huic familie. ℟. Que tue recolit diem victorie ℣ Specque donans misericordie. ℟. Nos domino commenda gratie. Et astan. Omnes clerici / qui prosam cantaue. simul dicant. Gloria patri. ad altare conuersi singuli in sua statione: quod per totum annum obser. post prosam cantando Gloria patri. Et ast.

hy. Exultet. ℣ Annun ciauerunt opera. ℟ Domine iesu christe magister bone suscipe spiritum meū in pace: qz iam tempus est vt veniā desiderans te videre. ps. Magnificat. Oro. Maiestatē tuam. Si hoc festū in do. aduen. dñi contige. semp differatur i crast. licet fest. loci fuerit Et qñ fest. scti andree sic differtur: tunc i do. erunt vespe. de fest. & sole i. mēo. de do. & postea de sctā maria. Si vero in sabba. ante aduen. hoc fes. cōtigz. ibi celebzeb ves. tamē de do. nāt ii eet festū loci fuerit/ et solen. memo. de fest. et de sancta maria. Quādo fes. scti andre in. v. fes. ante aduē. dñi con tige. tunc in. vi. fer. sez in crastino fiat de eo do seruitiō. Ad matu. Inuita. Dilexit andreā dominus in odozē sua uitatis. Dumpenderet in cruce. ps. Venite.

hy. Andreas pie. Sicut. Annue christe. an. Vidit dñs petrū z andreā & vocauit eos. ps. Celi enarrāt. an. Venite post me dicit dominus: faciā vos fieri piscatozes hominū. ps. Benedicā an. Relictis retibus suis: secuti sunt dñm redēptozē. ps. Eructauit. an. Andreas christi famulus dign. dei apostolus: german. petri et in passione socius. ps. Ols gentes. an. Dignum sibi dominus scā putauit martyzē quem vocauit apostolū dum esset in mari alleluia. ps. Exaudi deus deprecationē. an Ego si patibulum crucis expauescerē: crucis glozium non predicarem. ps. Exaudi deus ozationē an Christus me misit ad istā prouinciā: vbi non paruum populum acquisiui. ps. Confitebimur. an. Salue crux que in cozpoze christi dedicata es z ex mem=

bris eius tanquam margaritis ornata. V. Dominus regnauit exultet. An. Biduo viuens pendebat in cruce pro christi nomine beatus andreas: et docebat populos. Ps. Dominus regnauit irascatur. V. In omnem terram. Lectio prima.



Accedentes carnifices leuauerunt eum in cruce et extendentes funibus: totum corpus eius sicut eis iussum fuerat suspenderunt. Sicque biduo pendens in cruce: confortabat mentes credentium in domino. Astabant vero turbe fere viginti milia hominum: interquos erat frater egee stratocles nomine qui simul clamabat cum populo iniusto iudicio sanctum virum hoc pati. Interea vadit omnis populus cum clamore ad domum egee omnesque pariter clamantes et dicentes virum sanctum/pudicum/ornatum moribus: bonum doctorem/pium/modestum/rationabilem non debere hoc pati: sed debere de cruce deponi: quia iam secunda die in cruce positus veritatem predicare non cessat. R. Dum perambularet. Lectio secunda

Tunc egeas expauescens populum: promittens se eum velle deponere simul cepit ire. Quem videns sanctus andreas dixit. Cur tu ad nos egea venisti? Si vis credere christo aperietur tibi via indulgentie sicut promisi. Si autem venisti adhoc tantum vt me soluas: ego penitus de ista cruce viuens in corpore deponi non potero. Iam enim regem meum video/iam adoro/iam in eius conspectu consisto. Et tuis miseriis con-

volo: quia paratus te expectat interitus. Cura pro te miser dum adhuc potes: ne tunc incipias velle cum non poteris. Rm. Vox vt vocem. Lectio tertia.

Mittentes manus ad crucem carnifices: non poterant contingere eum. Et subinde alij et alij ingerebant sed vt sol uerent eum: et nullus pertingere eum poterat. Stupebant etenim brachia eorum: quicunque se extendissent ad soluendum eum. Tunc voce magna sanctus andreas ait. Domine iesu christe magister bone iube me de ista cruce non deponi: nisi ante suscepias spiritum meum. Et cum hoc dixisset: videntibus cunctis splendor nimius sicut fulgur de celo veniens ita circundedit eum: vt penitus pre ipso splendore oculi humani eum non possent aspicere. Cumque permansisset splendor fere dimidie hore spacio: abscedente lumine emisit spiritum: simul cum ipso lumine pergens ad dominum. Cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen. Rm. Homo dei. Vs. Dilexit andream. In laudibus per sola. ana. Salue crux. ps. Dominus regnauit. Cham. Corde creditur. Hymnus. Exultet celum. Vs. Annunciauerunt. ana. In. Videns andreas crucem cum gaudio dicebat / quia amator tuus semper fui et desideraui amplecti te bona crux. ps. Benedictus. Oratio. Maiestatem tuam. Memoria de cruce et de sancta maria v. s. et de omnibus sanctis. ¶ Ad primam. ana. Salue crux. ps. Deus in nomine. ana. Gloria tibi trinitas. ps. Quicunque vult. ¶ Ad tertiam et ceteras alias horas. ana. cap. Rm. et Vs. cum oratione. sicut in prima die. Ad vesp. autem et deinceps vsque ad octa. die nihil

fiat de aplo nisi mem. que precedet mem. beate marie cum an. prime diei de noctur. Dictis vespe. dicitur an. Unus ex duob⁹. & semper cum hoc vs⁹. tam ad vespe. q̄ ad matutinas. vs. Dilexit andream Oro. Maiestatem tuam. Nam & in sabb. fit plenum servitium de sancta Maria. Quod si festum sancti andree quauis alia fer. contig. tunc nihil fiat de festo infra octa. usq ad octa. Diānis tantum mem. cū ā. Uidit dominus & cetere ane per ordinem dicentur: similiter & an. Uidens andreas. et ā. Unus ex duobus. & sēper cum predict. vs. siue predict. orōne dicant.

¶ In depositione sancti osmundi episcopi & confessoris. Ad vesperas. ā n. Iustum deduxit dominus. Cap̄m. Ecce sacerdos magn⁹. R. Miles christi. vs⁹. Iste confessor. v. Ama

Sar.

uit eum. ān. Confessor. ps. Magnificat. Oratio de communi. Ad matuti. ix. lect. fiant/omnia de communi. vni⁹ confesso. & pontifi. secundū vicam Sar: licet hic sequatur oratio de proprietate. Oro.

Deus cuius antiqua miracula etiam nostris temporibus ad tui nominis magnificētiam/ac laudem & honorem sancti confessoris tui osmundi coruscare sentiam⁹ concede propitius / vt cuius commemoratio nem colimus/eius intercessionibus & in p̄senti seculo te glorificemus/& in futuro perfrui mereamur. Per.

¶ In festo sancti nicolai episcopi. Ad vesperas. ān. Iustum deduxit dominus. maior. psalmi feriales. Capitulum. Ecce sacerdos. R. Beatus nicolaus. vs⁹. Ut apud. Chorus. Illi nimirū tota nos

deuotione. non dicitur biteccius: sed statim clerici incipiant prosam hoc modo.

O porter deuota mente sinceriter. ℣. Peccatores christianos tenaciter. ℣. Presuli tanto. ℣. Committere. Gloria. Illi nimirum. Hy⁹. Iste confessor domini sacratus festa plebs. ℣ Amauit eum. An. O pastor eterne/o clemens et bone custos qui dum deuoti gregis preces attenderes / voce lapsa de celo presuli sanctissimo dignum episcopatu nicolaum ostendisti tuum famulum. Ps. Magnificat. Oratio.

Deus qui beatum Nicolaum pontificem tuum innumeris decorasti miraculis: tribue nobis quesum⁹ vt eius meritis et precibus a gehenne incendiis liberemur. Per dominum nostrum iesum christum. Memoria de sancto andrea et de aduen. et de sancta maria. Deinde eat processio ad altare sancti nicolai (si habeatur) cum thuribu. et cerofera. et puero libro. deferente sine cruce: choro prosequente/habitu non murato: cantando ℟. Ex eius tumba. Rectores simul dicant ℣. Catervatim. Chor⁹. Sudis. Non dicitur prosa in hac process. Rñ. ℣. canitur incense altare sacerdos et postea dicat ℣⁹. Ora pro nob. Oro.

Deus bonitatis auctor et bonorum dispensator: concede propitius vt qui beati Nicolai confessoris tui atque pontificis solennitatem veneramur/ ei⁹ patrocinii atque suffragiis maiestatis tue propitiationem consequamur. Per christum dominum nostrum. In redeundo de omnib⁹ sanctis. An. Saluator mundi quere in fest. sancti andree. ℣⁹. Letamini

in domino. Oratio. In firmitatem nostram.

¶ Ad matutinas. Inuitato. Adoremus regem seculorum: In quo vi-uit nicolaus honor sa cerdotum. Ps. Venite exul. Hy⁹. Iste confes.

¶ In pri no noctur. a. Nobilissimis siquidē natalibus ortus velut lucifer nicolaus emi-cuit. Ps. Beatus vir. An. Postq̄ domi pueri lem decurrit etatem: cunctis mūdi spretis oblectationibus chri-sti se iugo subijciēs do cumentis sanctis suū prebuit auditum. Ps. Quare fremuerūt. An. Pudore bono replet⁹ dei famulus: sumpti-b⁹ datis stupri nephas prohibuit. Ps Domi-ne quid multi. V. Ama uit eum dominus & or nauit eum. R. Stola glorie induit. Lect. j.



Beatus Nicolaus ex illu-stri prosapia ortus: cuius fuit patare vrbis. Parentes vero eius cum in primo flore iuuen-tutis hunc solum ge-nuissent filium: inter suas preces (quas fre quenter in dñi tēplo fundebant) hunc solū superstitem non tantū diuitiarū quantum et morū flagitabant he-redē. Quorum igitur vota deus ex alto pro spiciens: haud petitio ni eorū defuit. Nā cū matris adhuc lacte nu triretur: cepit bino in hebdomada die (quar ta scilicet et sexta fe-ria) semel bibere mā-mas: & hac vice contē tus toto die sic perma nebat. R. Cōfessor dei nicolaus nobilis pro-gente sed nobilior mo ribus. Ab ipso pueriti euo secutus dñm: me-ruit diuina reuelatio-ne ad summum proue hi sacerdotiū. V. Erat enim valde cōpatiēs/ et super afflictos pia gestans viscera. Ab

ipso puerili euo secu-
tus dominum: meruit
diuina reuelatione ad
summum prouehi sa-
cerdotium. Lectio .ij.
Puerilibus igitur an
nis trãsactis: cepit bo
ne indolis adolescẽs
esse. Et non sicut illa
etas assolet/lasciuiam
complexus est mundi:
sed nunc parentum co
mitatus vestigia/nũc
solus ecclesiarum te-
rebat limina. Et quod
ibi de scripturis/paru
lo aduertebat auditu:
non immemor arma-
riolo condebat pecto-
2 ris. ℟. Operibus san-
ctis nicolaus humili-
ter insistens. Reuela-
tione diuina prouect9
est ad summum sacer-
dotij gradum. ℣. Vo-
ce quippe de celo la-
psa cuidam insinuatur
presuli dignum episco
patu nicolaum. Reue-
latione di. Lectio .iij.
Postq̃ autem beatus
nicolaus vtroq̃ paren
te orbatus est; sepius

illud euangelicum an
te sue mentis ducebat
oculos. Nisi quis re-
nunciauerit omnibus
que possidet: non po-
test meus esse discipu
lus. Talia eo cogitan-
te/ accidit vt quidam
conuicaneus eius ad
tãtam deuenisset ino-
piãq; tres filias quas
habebat fornicari con
stituit: vt earum saltẽ
commercio infelicẽ a-
geret vitam. ℟. Qua- 5
dam die tẽpestate se-
uissima quassati nau-
te ceperunt sanctũ vo
care nicolaum. Et sta-
tim cessauit tẽpestas.
℣. Vox illis clamanti
bus apparuit quidam
dicens illis ecce assũ:
quia vocastis me. Et
statim cessauit. Glo-
ria patri et fi. Et stati.
¶ In .ij. nocturno. An. Au
ro virginum incestus
auro patris earũ ino-
piam/auro prorsus v-
trorumq; detestabilẽ
infamiam dei seruus
ademit nicolaus. Ps.

Cum inuocaret. An. Innocenter puerilia iura transcendens: euangelice institutionis discipulus effectus est. Ps. Verba mea. A. Gloriam mundi spreuit cũ suis oblectationibus: et ideo meruit prouehi ad summum sacerdotii gradum. Ps. Domine dominus noster. V. Iustũ dedu. Lect. iiii.

Quod vt vir sanctus comperit: cõdoluit misserrimo homini. Nostataque cuiusdã noctis hora: sumens non modicum aurum ligansque in panno: perrexit ad domum viri. Cũ vndique circunspiciẽs per fenestram que competens videbatur clã intro proiecit: clamque recessit. Mane itaque facto: cum surrexisset homo aurumque illud inuenisset/gaudio gauisus est magno: et gratias reddidit omnipotenti deo. Tunc tradidit filias suas maritis quas prostituere voluerat fornicatoribus. Tu autem domine. R. Audiens christi cõfessor trium iuuenum innocentum necem: precucurrit ocius ad locum quo fuerãt plectẽdi. Et liberauit eos. V. Statimque solutos a vinculis vsque ad pretoriũ consulis secum adduxit. Et libera. Lect. v.

His itaque actis: myrrhea metropolis orbata est suo antistite. Cuius obitum non mediocriter adiacentiũ parrochiarũ condolentes episcopi et etiam viri religiosi/conuenerunt in vnum cum clericis vt domino annuente prouiderent illi ecclesie secundum sanctorũ scita canonum idoneũ presulem. Concione itaque facta intererat quidam pontifex magne auctoritatis: ad cuius nutum aliorum pendebat sententia. Hic ergo per omnia sequens

apostolorum vestigia/
cunctos ieiunijs et de
uotissimis precib⁹ hor
tatus est insistere/ qua
tenus ille qui Mathiā
iduxit supplere nume
rum apostolicum quē
vellet nunc fungi tan
to sacerdotio/ dignare
tur pādere. Tu au. ℟.
5 Qui cum audissent sā
cti Nicolai nomen sta
tim expādunt manus
vtrasq3 ad celū. Sal
uatoris laudantes cle
mentiam. ℣. Clara qp
pe voce corā homini=
bus dignū referebant
illum dei famulum.
Saluato. Lectio. vi.
Quib⁹ orantib⁹: vocē
de celo audiuit predi
ctus pōtifex dicentem
sibi: vt quē primū ho=
ra matutina ante por=
tas ecclesie inueniret
antistitē consecraret:
adiungēs q Nicolaus
vocaretur. His ergo
secundū reuelationem
diuinā peractis: ponti
ficali cathedra subli=
matur. Qui adepto epi
scopatu eandē morum
grauitatem quā prius
eandemq3 sectabat hu
militatem. Sic etiam
cepit dilectus dei Ni
colaus coruscare mi=
raculis: vt non tātum
sui sed etiam aliemq̄=
buslibet oppressum an
gustijs/ inuocato noīe
eius statim sentirent
leuamen. ℟. Beatus 6
Nicolaus iam trium=
pho potitus nouit suis
famulis prebere cele=
stia cōmoda: qui toto
corde poscūt eius lar=
gitionem. Illi nimirū
tota nos deuotione:
Oportet committere.
℣. Vt apud christum
eius patrocinijs adiu
uemur semper. Illi ni
mirū. Glia. Oportet.
In. iij. noct. an. Pon
tifices almi diuina re
uelatione letificati Ni
colaum presulem de=
uotissime consecraue=
runt. ps. Domine quis
habita. an. Sanct⁹ q=
dem triticum quod a
nautis postulauerat: 7

acceptum et sagacitate distribuere et augere precibus impetrauit. Vs. Ose in virtu. In. Munerib⁹ datis ne ci sunt iuuenes innocentes addicti: quibus domini seruus fuit vite presidium festinanter. Vs. Dñi est ter. V. Iustus vt palma. Le. vij.

Quadã vero die cũ quidam naute subita maris tẽpestate periclitarentur: ceperunt clamare. Nicolae famule dei si vera sunt que de te audiuimus/nunc succurre nobis: vt erepti ab hoc periculo deo et tibi gratias agam⁹. Talia referentibus apparuit quidam dicẽs eis. Ecce assum: vocastis enim me. Et cepit eos adiuuare in nauis armamẽtis. Nec multo post omnis pelagi cecidit fragor: omnisque cessauit tempestas. V. Sũme dei confessor nicolae te venerantes pro rege. Namque credim⁹ tuis precibus nos posse saluari. V. Qui tres pueros morti addictos illesos abire fecisti: tuis laudibus instantem conserua plebem. Namque credim⁹ tuis pre. Lectio. viij.

Quodam etiam tẽpore lyciam prouinciam cum perniciosa fames oppressisset: naues tritriceis onuste mercib⁹ in littore adriatici portus ad esse nunciãtur Quo mox adueniens Nicolaus: nautis inquit. Vos rogaturus accessi: vt huic populo fame laboranti aliquantulum ex isto frumento impertiri studeatis. Promitto enim vobis in domini mei virtute cui seruio quod nullam inde minorationẽ habebitis apud regis vestri exactorem. Tandem interuentu presulis conuicti: de singulis puppibus enumerauere cen

tum modios. Tanta igi
tur dei largitate au-
ctum est frumentum il-
lud: quod illis sufficeret
ad victum/ et nautis ad
plenam mensuram quam
susceperant. Tu autem
domine. Hoc R. inci-
piatur ab uno clerico
de superiori gradu: so
lo nec habitu mutato.
8 R. Seruus dei nico-
laus auri pondo trium
virginum redemit pu
dorem. Earumque patris
impudicam remenso au
ro fugauit inopiam.
Omnes cantent Versum
qui volunt in statione
puerorum. V. Affluens
ita misericordie visce
ribus: metallo dupli-
cato pro pulsanti capit
infamiam. Earumque pa-
tris impudi. Lect. ix.
Cum igitur his be-
neficiis et virtutibus
multisque aliis beatissi
mus floreret nicolaus:
decidit in egritudinem
qua ex hac instabili lu
ce subtractus est. Cer
nens itaque mortem si-
bi adesse presentem: incli
nato capite signo cru-
cis se armauit Eucha
ristiam percepit: astanti
bus benedixit: oscula
pacis dedit: et tricesi-
mum psalmum in ce-
pit/ dicens. In te domi
ne speraui non confun-
dar in eternum: usque in
manus tuas domine com
mendo spiritum meum.
Et cum hoc dixisset: tra
didit preciosam animam
suam in manus sancto-
rum angelorum qui ei
apparuerunt. Rm. Ex 9
eius tumba marmo-
rea sacrum resudat o-
leum: quo liniti sanan
tur ceci. Surdis audi-
tus redditur. Et debi
lis quisque sospes re-
greditur. V. Cateruatim ruunt populi cer-
nere cupientes que per
eum fiunt mirabilia. Sur
dis auditus redditur/
et debilis quisque. Non
dicatur ulterius sed sta
tim incipiatur prosa.
Sospitati dedit egros
olei perfusio. Chorus

respondeat cātum pro se. super litteram O. post vnumquemqꝫ ℟. interim sedens. ℣. Nicolaus naufragātium affuit presidio. ℣. Releuauit a defunctis defunctum in biuio. ℣. Baptizatur auri viso iudeus indicio. ℣. O ꝙ probat sancti dei farris augmentatio. ℣. Vas in mari mersum patri redditur cum filio. ℣. Ergo laudes nicolao concinat hec cōcio. ℣. Nam qui corde poscit illum propulsato vitio. Sospes regreditur. Gloria. Et debilis. Deinde reincipiatur ℟. Ex eius tumba. ℣. Ora pro nobis beate nicolae. ℟. Vt dig.

¶ In laudibus. Aña.

1 Beatus nicolaus adhuc puerulus multo ieiunio macerabat corpus. ps. Dominus regnauit. an. Ecclesie sācte frequentans limina/sacra pectori cōdebat mandata. ps. Iubilate. an. Iuste et pie viuendo ad honorem sacerdotij meruit promoueri diuinitus. ps. Deus deus meus. an. Amic⁹ 3 4

dei Nicolaus pontificali decoratus infula/ omnibus se amabilem exhibuit. ps. Benedicite. an. O per omnia laudabilem virum: cuius meritis ab omni clade liberātur qui ex toto corde querunt illum. ps. Laudate dominum de celis. Cꝫ. Ecce sacerdos. Hy⁹. Iesu redemptor. ℣. Iustus germinabit. ā. Copiose charitatis Nicolae pontifex/qui cūcto gloriaris in celi palatio: condescēdꝫ supplicamus ad te suspirātibus: et exutos graui carne pertrahas ad superos. ps. Benedict⁹. Orō. Deus qui beatū nicolaum. Memoria de sācto Andrea: cum hac an. Vnus ex duobus. nisi festum santii nicolai in sabba. contigat. 5

2

fiant enim dicatur hic
ad memoriā de aposto
lo. ān. Viduo vivens.
Cum vero festū sācti
nicolai a dominica re=
servatum fuerit die lu
ne celebretur tunc hꝫ
ad memo. de apostolo
hec ān. Cōcede nobis.
Si vero hoc festū san=
cti andree apostoli in
quinta feria ante ad=
uen. domini euenerit:
tūc dicatur hic ad me
mo. eiusdem antipho.
Unus ex duobus. Me=
moria de aduentu et
de sancta maria.
¶ Ad primam. ān. Bea
tus nicolaus. ps. De⁹
in nomine tuo. ān. Te
ture. ps Quicūqꝫ vult.
¶ Ad tertiā. ān. Eccle
sie sancte. ps. Legē po
ne. Capitl̄m. Ecce sacer=
dos. ℟. & ℣. de cōmu=
ni vnius cōfesso. & pō
tificis vsqꝫ ad omnes
horas. ¶ Ad sextā. ān.
Iuste & sancte. ps. De=
fecit. Cap. Benedictio=
nem. ¶ Ad. ix. ān. O ꝗ
omnia. Capitulū. Co=
gnouit eū. ¶ Ad secun
das vespe. ān. Beatus
nicolaus. ps feriales.
Cap. Ecce sacerdos ma=
gnus. Hy⁹ Jesu redē=
ptor. ℣ Justus germi=
nabit sicut lilium. ān.
O Christi pietas om=
ni prosequenda laude:
qui sui famuli nicolai
merita longe lateqꝫ de=
clarat/nam ex tumba
eius oleum manat cū=
ctosqꝫ lāguidos sanat.
ps Magt. Oro. Deus
qui beatum nicolaum
Memoria de sancto an
drea. ān. Ambulans ie
sus. ℣sus. Dilexit an=
drꝫ eam dominus. Oro.
Protegat nos do=
mine sepius bea
ti Andree apostoli tui
repetita solennitas: vt
cuius patrocinia pia
deuotione recolimus/
perpetuā defensionem
sentiamus. Per dn̄m.
Memo. de aduen. & de
sctā maria. ¶ In octa
uis sancti Andree apo
stoli. Ad matu. Inuita.
Dilexit andreā domi=

nius. ps. Venite. Quando vero hoc predic. in vita. cum aliis sequentibus in vi. fer. ante adventum dni venerit in vita. Adoremus. cum aliis de die et duobus lec. de secundo noctur. et cum nono lec. quod sit tertium hac die dicatur.
¶ Nota tamen quod quando octa. sancti andree in sab. contige. fiet tunc ibi plenum servitium de sancta maria: et de octavis tantum memoria cum missa in capitulo.
¶ Et sciendum est quod per totum annum solet dici invita. dup. infra oct. et etiam in oct. que fiunt sine regimine cho. quando de octa. fit servitium. Hy. Andrea pie. Ps. Annuechrile. Antiphone etiam de noct. prime diei in quacunque fe. festum apostoli contingerit. Hac die dicitur iste vsus. In omnem terram exiuit sonus eorum. Lectio. i.

Maximilla vero quidam potentissima matrona in spelunca posita: statim vt agnouit apostolum andream perexisse ad dominum/accessit ad crucem. Et suorum solatio cum omni reuerentia deposuit corpus et condidit aromatibus: et ibi eum sepeliuit vbi se sepeliendum constituerat. Egeas vero iratus disponebat accusationem publicam contra maximillam et populum ad cesarem destinare. Resm. Dum perambularet. 1

Lectio secunda.

Dum autem hec ordinaret egeas: priusquam domum veniret in medio foro ciuitatis in conspectu omnium a diabolo vexatus expirauit. Nunciatum vero est fratri eius: cui nomen erat stratocles. Tunc stratocles misit seruos suos: dicens eis/ Ite: et inter biothanatos sepelite eum. Resp. Mox vt. Lectio tertia 2

Stratocles vero frater egee de facultatibus eius nihil quesiuit: dicens. Non mihi permittat dominus meus iesus christus cui credidi: vt ego de bonis fratris mei aliquid contingam/ne polluat me crimen eius qui apostolum domini ausus fuit pro amore pecunie/occidere. Tantus ergo timor inuasit vniuersos: vt nullus remaneret qui non crederet saluatori nostro deo/ qui vult omnes saluos fieri: et ad agnitionem veritatis venire. Ipsi
5 gloria in secula seculorum amen. Rn. Vir iste. V. Dilexit andream dominus. ¶ In laudibus hec sola. an. Salue crux preciosa. ps. Dominus regnauit decor. Chm. Corde creditur, Hy. Exultet celum laudibus. V. Annunciauerunt. an. Concede nobis. ps. Benedictus. Oratio. Protegat. &c.

Memoria de aduentu. et de sancta maria: et postea de omnibus sanctis. Si dies dominica fuerit. vel si festum sancti Nicolai a do. reseruatum hac die celebretur: vel si in sab. contige. oct. tunc tantum memo. de octa. fiet ad primas vesp. et ad matuti. cum mis. in cho. Ad primam et ad alias hor. fiat sicut in crastino sancti andree notatum est. ¶ In conceptione beate marie virginis. Ad primas vesperas. an.

Dei genitrix virgo semper maria intercede pro nobis deprecamur. ps. 1
Laudate pueri. a. Beata progenies vnde christus natus est: quoniam gloriosa est virgo que celi regem genuit. ps. 2
Laudate dominum omnes gentes. an. Sancta maria virgo intercede pro toto mundo quia genuisti regem orbis. ps. Lauda anima 3
An. Sub tuam prote- 4

ctionem confugimus vbi infirmi acceperāt virtutem: et propter hoc tibi psallimus dei genitrix virgo. ps. Laudate dominum quoniā
5 bonus est. an. Btā dei genitrix maria virgo perpetua templum domini/sacrarium spiritussancti: sola sine exēplo placuisti domino Jesu christo: ora pro populo/interueni pro clero/intercede pro deuoto femineo sexu. ps. Lauda hierusalē. Cap.
Eccl. 24. C Ego quasi vitis fructificaui suauitatem odoris et flores mei fructus honoris et honestatis. Hy. n. Stirps. Hy. Aue maris stella. ℣. Sancta dei genitrix virgo. an. Conceptio tua dei genitrix virgo gaudium annunciauit vniuerso mundo/ex te enim ortus est sol iustitie xps deus noster: qui soluēs maledictionem dedit benedictionem: et confundens mortem donauit nobis vitam sempiternā. ℣ Magt. Or.

Supplicationem seruorum tuorū deus miserator exaudi: vt qui in conceptione dei genitricis et virginis congregamur a eius intercessionibus a te de instantibus periculis eruamur. Per eundem dominū. Memoria de adven. Completo. vero adven. non mutatur nisi q in fine Hy. Saluator. dicit Gloria tibi domine. Ad matuti. Inuita. Corde et voce simul christum regē veneremur. Virginis et matris iubiletur nobilis concept9. ps. Venite. Hy. Quē terra. ℭ In. j. noctur. an. Hodie concepta est beata virgo maria ex progenie dauid: p quā salus mundi credentibus apparuit. ps. Domine dominus noster. an. Beatissime virginis marie conceptionē

deuotissime celebrem⁹ vt ipsa pro nobis intercedat ad dominum iesum christum. Ps. Celi enarrant. An. Quando concepta est virgo sacratissima tūc illuminatus est mūd⁹: stirps beata/radix sancta/et benedictus fruct⁹ ei⁹. Ps. Domini est terra. An⁹. Sancta dei genitrix. Lectio prima.

Inter omnes sanctos memoria beatissime virginis marie eo frequenti⁹ agitur atq₃ festiuius: quo maiorem gratiā apud deum creditur inuenisse. Unde post alia quedā ipsius antiquitus solennia/nō fuit cōtenta deuotio fideliū: quin conceptionis superne solenne superadderet hodiernū. R.
1 Hodie cōcepta est beata virgo maria ex progenie dauid: per quam salus mundi credentibus apparuit. Cuius vita gloriosa lucem dedit seculo. V. Beatissime virginis marie cōceptionem deuotissime celebremus. Cuius vita gloriosa. Lectio. ij.

Hac itaq₃ die peculiariter in ecclesia recitandus videretur esse liber ille qui de conceptu eius atq₃ vita scriptus inueniebatur: si non iudicassent enim patres inter apocrypha numerandum. At quoniam magnis ac sapientibus viris ita visum est: nos alia quedam sed non aliena legentes/ecclesiasticum morem debitis officijs exequamur
R. Beatissime virginis marie conceptionem deuotissime celebremus. Ut ipsa pro nobis intercedat ad dominum iesum christū. 2
V⁹. Cum iocunditate conceptionē beate marie celebremus. Ut ipsa pro nobis intercedat ad dominum iesum christum. Lectio. iij.

Beata igitur domi ne mater et perpe tua virgo maria: priuſ q̄ conciperetur/ oracu lis enunciata eſt: et de ſignata miraculis. Cō cepta vero ex proge nie dauid diuinitus or dinata: priuilegio vir tutum inſignis enituit Saluatorem edidit: a quo glorificata in celo nunq̄ terrigenis pa trocinari deſiſtit. R. Stirps Ieſſe virgam produxit / virgaq; flo rem. Et ſuper hūc flo rem: Requieſcit ſpiri tus almus. V. Virgo dei genitrix virga eſt: flos filius eius. Et ſu per hunc. Gloria pa tri et fi. Requieſcit ſpi.

In ſecundo nocturno.

An. Hodie cōcepta eſt beata virgo maria ex ſemine abrahe/ letan tur archangeli / exul tant omnes ſancti: et congaudet omnis mū dus. Ps. Eructauit. An. Dignum namq; eſt vt et cum ſumma deuotio ne famulemur: p̄ quā nobis virginitatis in ſignia pullularūt. Ps. Deus noſter refugiū. An. Benedicta et vene rabilis es ſancta ma ria virgo dei genitrix: cuius conceptionē ce lebremus vt interceſ ſio ipſius ſit pro nobis ad dominum. Ps. Fun damenta. V. Poſt par tum. Lectio quarta.

Propoſitionem iſ taq; ſequatur or dine ſuo narratio. Iā q; referamus vnum de predicatis oraculis: ac deinde paucis expe diamus. Dixit eter nus ad veterem deus ad ſerpentem. Inimi citias ponam inter te et mulierem: et ſemen tuum et ſemen eius. Ipſa conteret caput tuum. Rēn. Conceptio glorioſe virginis ma rie ex ſemine abrahe/ cōcepta de tribu iuda/ clara ex ſtirpe dauid: Cuius vita inclita cūctas illuſtrat eccleſias. V.

deuotissime celebremꝰ
vt ipsa pro nobis in=
tercedat ad dominum
iesum christum. Vs. Ce
li enarrant. Rn. Quādo
concepta est virgo sa=
cratissima tūc illumi=
natus est mūdꝰ: stirps
beata/radix sancta/et
benedictus fructꝰ eiꝰ.
Vs. Domini est terra.
Vs. Sancta dei geni=
trix. Lectio prima.
Inter omnes san=
ctos memoria bea
tissime virginis ma=
rie eo frequentiꝰ agi=
tur atq; festiuius: quo
maiorem gratiā apud
deum creditur inue=
nisse. Vnde post alia
quedā ipsius antiquio
ra solennia/nō fuit cō
tenta deuotio fideliū:
quin conceptionis su=
perne solenne super=
adderet hodiernū. Rꝫ.
1 Hodie cōcepta est bea
ta virgo maria ex pro
genie dauid: per quam
salus mundi credenti=
bus apparuit. Cuius
vita gloriosa lucem de
dit seculo. Vs. Beatissi
me virginis marie cō
ceptionem deuotissime
celebremus. Cuius vi
ta gloriosa. Lectio.ij.
Hac itaq; die pecu=
liariter in eccle=
sia recitandus videre
tur esse liber ille qui
de conceptu eius atq;
vita scriptus inuenie=
batur: si non iudicas=
sent eum patres inter
apocrypha numeran=
dum. At quoniam ma=
gnis ac sapientibus vi
ris ita visum est: nos
alia quedam sed non
aliena legentes/eccle
siasticum morem debi
tis officijs exequamur
Rꝫ. Beatissime virgi= 2
nis marie conceptio=
nem deuotissime cele=
bremus. Vt ipsa pro
nobis intercedat ad do
minum iesum christū.
Vs. Cum iocunditate
conceptionē beate ma
rie celebremus. Vt ip
sa pro nobis interce=
dat ad dominum iesum
christum. Lectio.iij.

Beata igitur domini mater et perpetua virgo maria: priusquam conciperetur/ oraculis enunciata est: et designata miraculis. Concepta vero ex progenie dauid diuinitus ordinata: priuilegio virtutum insignis enituit Saluatorem edidit: a quo glorificata in celo nunquam terrigenis patrocinari desistit. Rx. Stirps Jesse virgam produxit / virgaque florem. Et super hunc florem: Requiescit spiritus almus. V. Virgo dei genitrix virga est: flos filius eius. Et super hunc. Gloria patri et fi. Requiescit spi.

¶ In secundo nocturno.

Aña. Hodie concepta est beata virgo maria ex semine abrahe/ letantur archangeli / exultant omnes sancti: et congaudet omnis mundus. Ps. Eructauit. Aña. Dignum namque est vt et cum summa deuotione famulemur: per quam nobis virginitatis insignia pullularunt. Ps. Deus noster refugium. Aña. Benedicta et venerabilis es sancta maria virgo dei genitrix: cuius conceptionem celebremus vt intercessio ipsius sit pro nobis ad dominum. Ps. Fundamenta. V. Post partum. Lectio quarta.

Propositionem itaque sequatur ordine suo narratio. Jam que referamus vnum de predictis oraculis: ac deinde paucis expediamus. Dixit eternus ad veterem: Deus ad serpentem. Inimicitias ponam inter te et mulierem: et semen tuum et semen eius. Ipsa conteret caput tuum. Rx. Conceptio gloriose virginis marie ex semine abrahe/ concepta de tribu iuda/ clara ex stirpe dauid: Cuius vita inclita cunctas illustrat ecclesias. V.

Cum fecunditate con-
ceptionem beate ma-
rie celebremus. Cuius
vita inclita. Lectio. v.
Quid autē est fra
tres in hoc loco
serpentis caput conte
rere: nisi principalem
suggestionem diaboli
(id est concupiscētiā)
resistendo superare?
Si ergo queratur que-
nam mulier huiusmo-
di victoriā operata sit:
profecto nō reperitur
in linea generationis
humane/donec perue-
niatur ad illā (de qua
nunc agimus) sancta-
5 rum sanctā. ℟. Conce
ptio tua dei genitrix
virgo gaudium annū-
ciauit uniuerso mun-
do. Ex te enim ort⁹ est
sol iustitie christ⁹ de⁹
noster: qui soluens ma
ledictionem dedit be-
nedictionem: & confū-
dens mortem donauit
nobis vitā sempiter-
nam. ℣. Felix namq
es que sola genitricis
dignitatem obtinuisti
& virginalem pudici-
tiā non amisisti. Ex te
enim ortus. Lectio. vi.
Si vero interro-
getur in quo ser
pentis caput hec bea-
ta virgo cōtriuerit: ni
mirum in eo q virgi-
nitatem simul & humi
litatē sacrificauit deo.
Virginitate namq ser
uata: probatur extin-
xisse concupiscentiam
carnis: humilitate (q
facit pauperem spiri-
tu) concupiscentiā mē
tis. Sicq principali
suggestione diaboli vi
cta: vitiosum eius ca-
put virtutis pede con
triuit. Nec tamen hoc
loco sed eo q maxime
triumphauit: quo de
sua mundissima carne
corporata dei sapien-
tia vicit usq quaq ma
litiā. Attingens a fine
usq ad finem fortiter:
ac disponen omnia sua
uiter. ℟. Ad nutum do 6
mini nostrum ditātis
honorem. Sicut spina
rosā genuit iudea ma

ciam. ℣. Ut vitiis vir-
tus operiret / gr̃a cul-
pam. Sicut spina. Glo
ria patri. Sicut spi.
¶ In.iij.noct. an. Con-
ceptio est hodie sancte
marie virginis: cuius
pulchritudinem respe
xit deus et visitavit hu
militatem suã. ps. Cã-
tate domino. i. an. Ista
est speciosa electa a do
mino: cuius conceptio
nem celebremus ut ip
sa pro nobis interce-
dat ad dominum deũ
nostrum. ps. Domin⁹
regnavit exultet. an.
Felix namq; es beata
virgo maria: que et ge
nitricis dignitatẽ ob-
tinuisti et virginalem
pudicitiam non amisi
sti. ps. Cantate domi-
no canticum novum.
ii. ℣. Speciosa facta.
¶ Initium sancti evã-
gelij: scd'm Matthevũ.
Liber generatio-
nis iesu christi fi-
lij david: filij abrahã.
Et reliqua. Homelia
venerabilis bede pres-
byteri. Lectio. vij.
Prefationem toti⁹ o-
peris premisit de quo
dicturus erat id est de
christo. Per quem a-
scendit ad david: cui
dictum est. De fructu
ventris tui ponam su-
per sedem tuam. Et a
david usq; ad Abrahã
cui promissum est. In
semine tuo benedicen
tur omnes gentes ter
re. Ad quem fuit prin-
cipium promissionis.
℟. Beata progenies 7.
unde christus nat⁹ est
o q̃ gloriosa est virgo
Que celi regẽ genuit.
℣. Felix certe q omni
ni laude dignissima sa
cra virgo maria. Que
celi regem genuit.
Lectio octava.
Ideo posuit eum
Evangelista prin-
cipiũ narrationis sue:
et per singulas genea-
logias descendit ad
christum / ut in eo (id
est in Christo) series
generationis termina
retur. Ideo in Christo

initium libri incipie-
batur; quia ille est pri
cipium salutis nostre
& finis id est perfectio
eterne beatitudinis.
Tu autem domine mi
8 sere. ℟. Corde et ani-
mo Christo canamus
gloriam. In hac sacra
solennitate precelse
genitricis dei marie.
℣. Omnes in unū con-
gregati collaudemus
dominum iesum chri-
stum. In hac sacra so-
lennitate. Lectio ix.
Nam & moyses li-
brum creationis
celi & terre se scripsis-
se testatur: in quo peri
turi hominis originē
texuerat. Mattheus li
brum generationis ie
su christi se esse scrip-
turum promisit: in quo
salus generis huma-
ni ostenderetur/que in
nomine iesu sonat: q2
Jesus saluator inter-
pretatur. Tu autē. ℟.
9 Solem iustitie regem
paritura supremum.
Stella maria maris:
Hodie processit ad cō
ceptum. ℣. Cernere di
uinum lumen gaudete
fideles. Stella maria.
Gloria patri. Hodie.
repetatur ℟. Solem.
Non dicatur Te deū.
neq3 ad missā Gloria i
excel. nec Ite missa est.
℣. Ora pro nobis san-
cta dei gen. In lau. a.
Conceptio est hodie 1
sancte marie virginis
cuius vita inclyta cū-
ctas illustrat ecclesi-
as. ps. Dominus reg-
nauit. an. Cōceptio glo 2
riose virginis Marie
ex semine abrahe: con
cepta de tribu iuda/cla
ra ex stirpe dauid. ps.
Jubilate deo. an. Re- 3
gali ex progenie ma-
ria concepta refulget:
cuius precibus nos ad
iuuari mente et spiri-
tu, deuotissime posci-
mus. ps. Deus deus.
an. Corde & animo chri 4
sto canamus gloriā in
hac sacra solennitate
precelse genitricis dei
marie. ps. Benedicite.

5 An. Cum iocunditate
conceptionem btē ma
rie celebremus: vt ip=
sa pro nobis interce=
dat ad dominum iesū
christum. ps. Lauda=
te dominum. Ca. Ego
quasi. Hy9. O gloriosa
femi. V9. Elegit eam.
An. Conceptionem ho=
diernā perpetue virgi
nis genitricis dei ma
rie solenniter celebre=
m9: qua celsitudo thro
ni processit alleluia.
ps. Benedictus. Ora.
Supplicationem ser=
norū. Vespe. de adue.
¶ Ad primā. an. Conce
ptio est hodie. ps. De9
in nomine tuo. A. Gra=
tias. ps. Quicūqz vult.
Capi. Regi seculorū.
R. Iesu christe. V9.
Qui de virgine. Pre.
¶ Ad terciam. an. Con
ceptio gloriose. ps. Le
gem pone mihi domine.
Cap. Ego quasi. [illegible].
Sācta dei genitrix. V.
Post partum virgo in
uiolata per. ¶ Ad sex=
tam. an. Regali. ps.
Defecit. Capitulum.
Transite ad me om= Eccl
nes qui concupi= 24.c
scitis me/ & a genera=
tionibus meis imple=
mini: Spiritus eñi me9
super mel dulcis/ & he
reditas mea sup mel
& fauum. R. Post par
tum virgo. V. Specio
sa facta. ¶ Ad nonam.
An. Cum iocunditate.
ps. Mirabilia. Capi.
Qui audit me nō Ibidē
confundetur: et
qui operantur in me
non peccabunt: et qui
elucidant me vitā e=
ternam habebunt. R.
Speciosa. V9. Elegit.
¶ Ad secundas vespe.
an. Conceptio est ho=
die. ps. Dixit dñs. Con
fitebor. Beat9 vir. De
profundis. Memento.
Cap. Ego quasi vitis.
R. Solem iusti. Hy9.
Aue maris stella. V9.
Elegit eam. an. Glo=
riose virginis Marie
cōceptum dignissimū
recolamus: cui9 domi=
nus humilitatē respi=

ciens angelo narrante concepit redemptorē mundi all'a. Hẏ. Magr. Oratio. Supplicationem seruorum. Memoria de aduentu. Cōplero. vt̄s. Si hoc fest. in dn̄ica eue. differatur i crast. nisi fes. loci fue.

¶ Sancte Lucie virginis ꝛ marty. Ad vesp. an. Lucia virgo venerabilis syracusanoꝝ nobilissima cū matre euticia ad sepulchrum beate agathe venerandum conuenerat. psal mi fer. Capim. Domine deus meus. ℟. Grata facta est. Hẏ9. Virginis proles. ℣. Diffusa est gratia. an. In tua patientia possedisti animam tuā lucia sponsa Christi: odisti que in mundo sunt ꝛ coruscas cum angelis: sanguine proprio inimicum vicisti. Hẏ. Magr. Oratio. Exaudi nos de9 salutaris noster. Sequi in communi vnius virginis. Memoria de aduentu ꝛ de s. maria.

¶ Ad matut. Inuitat. Agnum sponsum. Hẏ. Venite. et cetera omnia de cōi vnius virginis ꝛ marty. fiant vsqꝫ ad septimū ℟. Lect. i.

Cum per vniuersam siciliā vt̄s agathe virginis fama crebresceret: et syracusanus popul9 ꝑ miliaria quinquaginta ad vrbem cathanensiū indesinēter pergeret ad sepulchrū sācte virginis agathe venerandum: contigit ꝛ luciam venerabilem virginem syracusanorum nobilissimam simul pergere festiuitatis gratia. Inuitante eam matre sua euticia que per ānos quatuor fluxū sanguinis patiebatur: nullo qꝫ medicorū poterat medicamine liberari. Lectio. ii.

Igitur cū processionis mysteria agerent: hec euangelij lectio

fuit qua fimbrie vesti-
menti dni tactu/mulie-
rem a sanguinis fluxu
legimus liberatã vel
saluatam. Et dum hec
lectio recitaretur: di-
xit sancta lucia matri
sue. Si credis mater
his q̃ leguntur: crede
agatham passam pro
christi nomine hec me
ruisse: vt semper in p̄-
senti habeat eum pro
cuius nomine passa est
Continge ergo sepul-
chrum virginis cre-
dens: et continuo li-
beraberis. Lectio.iij.
Igitur cum peractis
omnibus/populus ab
scessisset: prostrauerũt
se vtraq; ante sepul-
chrum sancte virginis
Agathe/mater et filia:
& ceperunt lachrymis
a domio flagitare suf-
fragium. Interea dum
orationis prolixitas
tenderetur: somnum
lucia virgo arripuit.
Et vidit tunc in som-
nis beatam agatham
in medio angelorum
gemmis ornatam stan-
tem/et dicentem. So-
ror mea Lucia virgo
deo deuota: quid a me
petis quod ipsa potes
prestare continuo? Nã
et matri tue fides tua
subuenit: et ecce sal-
uata est. Et sicut per
me ciuitas cathanen-
sium sublimatur a chri
sto: ita per te syracu-
sana ciuitas decorabi-
tur quia iocundũ chri
sto in tua virginitate
habitaculum prepa-
rasti. Lectio.iiij.
Et his auditis exper-
gefacta surrexit tre-
mens: & ait matri sue.
Mater mea: ecce salua
facta es. Per ipsam te
deprecor que te salua-
uit suis precibus: ne
tu mihi aliquãdo spõ-
sum nomines: nec te
velis de corporis mei
posteritate inquirere.
Ab ea die cepit virgo
sancta distrahere pre-
dia: et in necessitati-
bus pauperum eroga-
re. Lectio quinta.

Quod cum sponsus noticiã peruenisset proponit litem in iudicio paschasij consularis / dicens sponsam suam christianam esse: & cõtra leges augustorum viuere. Quam paschasius corripiens cepit ad sacrificia demonũ cogere. Cui virgo ait. Ego per istos tres annos nulli alij sacrificaui nisi deo viuo. Paschasius dixit. Patrimonium tuum cũ corruptoribus tuis expendisti: & ideo quasi meretrix loqueris. Lucia dixit. Patrimonium meum in tuto loco custodiui & illic cõstitui: corruptores autẽ / nec mentis mee nec corporis mei aliquando suscepi. Tu autem domine miserere. Lectio. vi.

Paschasius dixit. Cessabunt verba: cũ perueneris ad tormenta Lucia dixit. Verba dei cessare non possunt. Paschasius dixit. Tu ergo deus es? Lucia respondit. Ancilla dei sum: & ideo dixi verba dei quia ipse dixit. Non vos loquimini ĩ cõspectu iudicum: sed spiritus sanctus ipse loquitur in vobis. Paschasius dixit. In te ergo spiritus sanctus est. Lucia respondit. Apostolus dixit quod caste viuentes templum dei sunt: et spiritus sanctus habitat in eis. Paschasius dixit. Ego faciam te ad lupanar duci: vt cum fueris scortata / fugiat a te spiritus sanctus. Tu autem domine miserere. Lectio septima.

Lucia dixit. Nunquã inquinabitur corpus: nisi ex consensu mentis. Tunc consularis multis responsionibus virginis confutatus: iussit venire lenones / & tradidit eam illis dicẽs. Inuitate ad castitatem eius popu=

lum: & facite eam tam
diu illudi/quã diu mi-
hi mortua nuncietur.
Accedẽtes vero simul
multi ex officio / funi-
bus in manibus eius
& pedibus positis: ce-
perunt omnes pariter
trahere / et illa quasi
mons immobilis per-
manebat. Tu autem
domine miserere no-
7 stri. ℟. Lucia virgo
quid a me petis quod
ipsa poteris prestare
continuo? nam et ma-
tri tue fides tua sub-
uenit: et ecce salua fa
cta est. Quia iocũdum
deo in tua virginita-
te habitaculum prepa
rasti. ℣. Et sicut per
me ciuitas cathanen-
siũ sublimatur a chri-
sto: ita per te ciuitas
syracusanorum deco-
rabitur. Quia iocun-
dum deo in tua virgi-
nitate habitaculũ pre
parasti. Lectio octaua.
Iterum adducta sunt
multa paria boum vt
ab ipsis traheretur: et
omnino moueri nõ po
tuit. Tunc paschasius
ignem circa eam fecit
copiosum incendi: et
vt picem resinam / et
feruens oleum super
eam iactarent. At illa
in nomine Jesu Chri-
sti stetit immobilis:
dicens. Ego rogaui do
minum meum Jesum
Christum: vt ignis iste
non dominetur mei.
Tunc angustiante pa-
schasio: non ferentes
amici iniuriam eius/
gladium in eius vi-
sceribus immergi fe-
cerunt. Tu autem do-
mine miserere nostri.
℟. Rogaui dominum 8
meum Jesum Christũ
vt ignis iste non do-
minetur mihi. Et im-
petraui a domino indu
cias martyrij mei. ℣.
Vt credentibus timo
rem auferrem passio-
nis: non credentibus
autem vocem insulta-
tionis. Et impetraui a
domino inducias mar
tyrij. Lectio nona.

Et confestim percus-
sa quod voluit locuta
est: annuncians eccle-
sie pacem datam. In-
terea ante oculos ei⁹
ferro vinctus duceba
tur paschasius. Cucur
rerūt enim relationes
singulorum: quod pas-
chasius omnem fuisset
predatus provinciam.
Qui perductus est ad
urbem romam: ibique
ab omni senatu roma-
no auditus: capitalem
accepit sententiam.
Dei autem martyr lu-
cia virgo sacratissima
de loco in quo percus-
sa est gladio: penitus
nec mota est/neque exiit
spiritus eius: nisi pri⁹
venientibus sacerdo-
tibus/et corporis et
sanguinis Jesu christi
mysteria ei danti-
bus. Atque omnibus di
centibus amen: illa e-
misit spiritum. Rem.
9 Grata facta est a do-
mino in certamine qui
apud deum & apud ho
mines glorificata est;
in conspectu principis
loquebatur sapientiā.
Et dominus omnium
dilexit eam. V. Erecta
namque in virtutis cul
mine/tormēta derisit:
premia calcauit. Et do.
V. Ora pro nobis beata
lucia. ¶ In laud. an.
Orāte beata lucia ap
paruit ei sancta aga-
tha: & consolabatur an
cillam christi. Ps. Do-
minus regnavit deco.
an. Lucia virgo quid
a me petis quod ipsa
poteris prestare conti
nuo matri tue. Ps. Iu-
bilate deo. an. Per te
Lucia virgo civitas sy
racusana decorabitur.
a domino iesu christo.
Ps. Deus deus meus
an. Benedico te pater
domini mei iesu chri-
sti: quia per filium tuū
ignis extinct⁹ est a la-
tere meo. Ps. Benedi-
cite omnia. An. Soror
mea lucia virgo deo de
vota/ quid a me petis
quod ipsa poteris pre
stare continuo matri

tue. ps. Laudate dn̄m de celis. Cap. Domine deus meus. Hy. Jesu corona. v. Adducētur. an. Columna es immobilis lucia martyr christi quia omnis plebs te expectat ut accipias coronam regni alleluia. ps. Benedictus dominus. Oro. Exaudi nos. Memoria de aduentu et de sācta maria. ¶ Ad primam. an. Orante. ps. Deus in nomie. ¶ Ad terciā. an. Lucia virgo. ps. Legem pone. Cap. r. et v. de cōi unius virginis et mart. ad omnes hoē. dicantur cū ōrone de die. ¶ Ad sextā. an. Per te lucia. ps. Defecit. ¶ Ad nonā. an. Soror. ps. Mirabilia. Ad secundas vesp. an. Orante. ps. fer. cā. unius virginis et mar. Hy. Jesu corona. v. Adducentur. an. Tanto pondere eam fixit spiritussanctus: ut virgo domini immobilis permaneret. ps. Magnificat. Oro. Exaudi nos. Memoria de aduentu et de sancta Maria.

¶ Sancti thome apostoli. Ad vesperas. an. Estote fortes. psal. ut feriales. Cap. Jam non estis. r. Qui sūt. Hy.

O Thoma christi perlustrator lateris per illa sancta te rogamus vulnera: que mundi cuncta diluerunt crimina / nostros reatus terge tuis precib. Hymn. Annue christe. v. In omnem terram exi. an. O thoma didyme per christum quē meruisti tangere / te precibus rogamus altisonis succurre nobis miseris: ne damnemur cum impijs in aduentu iudicis ps. Magnificat. Oro.

Da nobis quesumus domine beati apostoli tui Thome ita solennitatibus gloriari: ut eius semper et patrocinijs sublevemur /

& fidem congrua deuotione sectemur. Per.
Memo. de aduen. & de scta maria. Si hoc fest. in do. contige. differatur in crasti. nisi festū loci fuerit. Si vero in vi. feria vel in sab. iiij temporum hoc fest. cōtige. nihil ad matuti. De ieiunio fiat nisi tantum memo. sed post mis. de aplo fiat hec missa de ieiu. vtraq3 ad principale altare: et tunc proprium ferm. fest. ad matuti. & ad laud. illo anno omnino pretermittatur: preter orationem que dicetur ad memo. ad matutinas. ix. lectiones fiant. du. pl. fest. Lectio prima.

Beatum thomam cū reliquis discipulis ad officiū apostolat⁹ electū / ipsumq3 a dño didymū (quod interptatur geminus) vocitatum: fides euangelica narrat. Qui post dñice gloriā ascensionis: cū moraretur in hierusalem / diuina cōmonitione iussus est indiā aggredi: vt ppl'is q̄ iacebāt i tenebris lumē veritatis ostēderet. L. ij.

Cum igitur ille quasi ionas a facie dñi fugiēs ire differret: nec impleret que sibi diuinitus precipiebantur (regio enim illa lōgin qua & grandis erat: incole quoq3 terre illi⁹ iniqui & ignorātes veritatem) apparuit ei dominus in visu noctis dicens. Ne timeas thoma descendere in indiam. Lectio. iij.

Ego enim vadam tecum & non derelinquā te: sed glorificabo te ibi / implebisq3 certamen bonum. Et confessarius eris me corā hominibus terre illi⁹ et exinde assumam te cum gloria / & statuam te in regno meo cū fratribus tuis. Oportet te enim ibi multa pa=

si propter me: vt cognoscant oes te docente: qz ego sum deus. R℞. iiii.

In diebus illis missus erat quidam abanes nomine a rege indie: requirens artificem qui ei palatium posset edificare. Cui redituro in patriam coniunxit se thomas: et cum ipso descendit ad mare: et ascendentes nauim: in interiorem indiam euecti sunt. R℞. v.

Cepit ergo predicare beatus thomas per totam indiam euangelizans dnm Jesum christum: nec solum sermonibus/ sed etiam operibus fidem barbaricis pectoribus inserebat. Inuenit igitur in india viros pariter et mulieres qui verbum dei susceperunt: qz sanabat infirmos eorum. R℞. vi.

Audiens ergo misdeus rex signa que faciebat apostolus: iussit eum adduci ad se/ et dixit ei. Quis est deus tuus: et in cuius nomine hec facis? Qui respondit. Deus meus verus creator celi et terre est / et omnium que in eis sunt: qui solus coli debet non idola surda et muta. R℞. vii.

His ergo auditis: rex valde iratus iussit eum extensum torqueri: et cesum in carcerem detrudi. Interim migdonea vxor carisii cum nutrice sua et aliis ibant ad carcerem: et data custodibus pecunia ad apostolum introibant: et verbum dei audiebant. R℞. viii.

Sicque regi nunciatum esset quod vxor eius et filius puerum esset ad dnm/ vxorem suam in obscuro loco detrudi iussit: filiumque suum in carcere cum aplo colligari. Carisius vero vxorem suam cum nutrice sua narcissa reclusit similiter in cellula tenebrosa. R℞. ix.

Tunc iussit rex manibus apli adtergum ligatis/ ipsum coram se duci cui ait. Quis est deus tuus qui coniuges nostras per te separat a nobis? Dixit ei thomas. Tu cum sis

rex: nunquid vis habe re inquinata seruitia? Si ego deũ in seruis suis amare predico qđ tu in seruis tuis diligis: vt quid culpor? Iratus igitur rex tradidit eum quatuor militibus: qui lanceis transuerberauerũt eũ et mortuus est. Cetera omnia ad matutinas & ad horas fiant de communi vnius apostoli. Memo. fiat de aduentu quacunq; feria hoc festum cõtigerit cum hac ãn. Nolite timere quinta enim die veniet ad vos dominus noster. nisi quando a dominica referetur die lune celebratur; tunc enim dicitur ad mẽo. de aduen. ãn. illi⁹ fer. scilicet ãn. Dicit dñs. & semper cum hoc ꝟ. Vox clamantis. & cum oratione dnicali/et ã. Nolite timere. in illo anno omnino pretermittatur. Tamen si in sexta feria vel in sab. qua tuor temporũ hoc fes. euenerit. tunc oratio de ieiunio dicetur cum predict. ãn. Nolite timere. ¶ Ad secundas vesperas. Rꝟ. Ciues apostolorum. ãn. O thoma didyme. ꝟ. Magñt. ãn. Da nobis. Oratio. Cetera oia de coi vnius apl'i/memo. de aduen. & de sãcta maria. vts.

¶ De sancto siluestro & de aliis sanctis vsq; ad festum sãcti vlstani. require omnia sicut supra post natalem domini prenotatum est. Si tempus prolixum fuerit inter dñica. in qua incipiẽda est hist. Domine ne in ira. & lxx. fes. sancti vulstani in eadẽ dominica in qua contige. celebretur: et memo. fiat de domi. ad vtrasq; vesp. & ad matutinas et ad missam que precedet memor. beate marie. Eodẽ modo fiat de ceteris sanctis. Si festum s. vulstani/vel sanctorũ fa=

viani et sebastiani/vel sancte agnetis in do. lxx. euene. fest. differatur usque in crastinum sancti vincentii. Si vero in die sancti vincentii/aut sancti pauli do. lxx. contigerit fest. differatur in crastinum. Si aliquod predictorum fest. in sabba. proximo ante lxx. euenet. vespere in ipso sabbato de lxx. erunt: et solenniter memoria de fest. Similiter fiat i lx. vel in l. Si vero festum a domi. differatur in secundam feriam vel in eadem feria contiget. vespere in do. de fest. erunt: et solennis memo. de do. Idem modus seruetur in omnibus fest. ix. lec. usque ad passionem dñi: ita tamẽ q in omnibus festis duplicibus ipso tempore contingen. erunt prime et secunde vesp. de fest. Praeterea fes. purificat. beate marie virginis non differatur.

¶ Sancti vvlstani epi et cõfes. ix. lec. Et licet hic sequantur vi. lect. de proprietate sancti: tamen secũdum usum Sar. omnia fiant de communi cum hac oratione sequen. Oratio.

Spiritum nobis domine tue charitatis infunde: ut intercedente beato vvlstano confessore tuo atque pontifice/tuam mereamur dulcedinem in eterna felicitate gustare. Per dominum nostrum. in unitate eiusdem spirit. Lectio. i.



Regnãte illustri angelorum rege edvvardo sedit vvigornie vvlstanus põtifex: apud quẽ vvlstan9 primeui floris indolem agens/singulis gradibus creuit in clero. Donatus tandem honore sacerdotii in tempore suo vitam celibem duxit a puero. Et in fructu cõ

tessimo deum per desi-derium querere/per cogitationem invenire/per gustum tangere salubriter satagebat.

Lectio secunda.

Adolescebat in viro germen omne virtutū. Prerogativa sanctitatis sic enituit: ut optimates anglorum eius amicitiam et audissime optarent/ et constātissime tenerent. Jugis in orationibus/in genuflexionibus crebe:plumam et nullū lectum omnino habere/sopori rara īdulgere/sed surripere. L.iij.

Super gradus ante altare capite pasito se humi exponere/vel etiā codice aliquo vertici submisso: tenuem consuevit inniare corporem. Tribus in hebdomada diebus ois cibi abstinens/perpetuo linguā cohibebat silētio:ne vllo saltē laberetur verbo. Lecc. iiij.

Trib⁹ reliquis porcos/caules vel coctos vel elixos/et panem cibarium comedebat: ut his magis contineret naturam ꝙ gulā. Quid plura? Talem se subditis exhibuit: ut non deesset eis doctrina in verbo nec vita in exēplo. Lectio quinta.

Quodam tempore cū super ecclesie tectum fabricam quandā construerent in qua depēderent campane: ad illam erigendam grad⁹ scalarū aptarant quibus operantes insisterent: et pēdulos in aere gressus firmarent. Jamq; funibus subvecte stabant scale immensa proceritate prominentes: artificesq; in eis mutuo sibi structure necessaria ministrantes. Lectio. vj.

Quorum vnus cū ceteris precuptius ardaos meditaretur ascensus: preceps ruit. Wlstanus vero eminus stans et intuens

Qualiter ille per lignū inane deorsum volueretur: indoluit vehementer/ signum# sancte crucis opposuit. Et casus qui erat ab altitudine ad minus pedum quadraginta: nō solum corpus ruentis non attriuit/ sed nec etiam animum frigente sanguine (vt solet) hebetauit. Surrexit ergo incolumis: sue reputans temeritati quod ceciderit/ & Vulstani sanctitati quod euasit. Euangelium. Homo quidā peregre. Cetera omnia de communi vnius cō fessoris et pontificis.

¶ Sanctorum Fabiani & Sebastiani martyrum. Ad vesperas. an. Sancti per fidem. psalmi feriales. Capitulū. Iustorum anime. ℟. Erat namque in sex. Hymnus. Sanctorū meritis. ℣. Letamini in domino. an. Elegit dominus virum de plebe: & claritatem visionis eterne dedit illi: celebremus solennitatem sebastiani martyris/ gaudium sit in celo / et in terra pax hominibus bone voluntatis alleluia alleluia. ps. Magnificat. Oratio.

Deus qui beatos martyres tuos fabianum & sebastianum virtute constātie in passione roborasti: et eorum nobis imitatione tribue pro amore tuo prospera mundi despicere & nulla eius aduersa formidare. Per. Memoria de sancto Vulstano. an. Iste est. ℣. Iustus germinabit. Oratio. Spiritū nobis. Memoria de s. maria.

¶ Ad matutinas. Inuitatorium. Christum suppliciter regem regum veneremur. Qui donat sanctis premia digna suis. ps. Venite. Hymnus. Sanctorum meritis.

¶ In primo nocturno. an. Sebastianus mediolanensium partium ciuis/ quem perfuderat

deus gratia: ab omni-
bus amabatur. ℟. Bea-
tus vir. an. Erat enim
in sermone verax / in
iudicio iustꝰ. ps. Qua-
re fremuerunt. a. Chri-
sto quotidie sedulum
exhibebat officium / e-
rat enim verus dei cul-
tor. ps. In domino con
fido. ℣. Letamini in
domino. Lectio prima.



Eba-
stianꝰ
vir
chri-
stia-
nissi-
mus
medi-
olanensium partiū ci-
uis diocletiano & ma-
ximiano imperatori-
bus ita charus erat vt
principatum et prime
cohortis traderent: et
suo cum conspectui iu-
berent semper astare.
Erat enim vir totius
prudentie: in sermone
verax / in iudicio iustꝰ /
in consilio prouidus /
in commisso fidelis / in
interuentu strenuus /
in bonitate cōspicuus
in vniuersa morū ho-
nestate preclarus. Tu
autē. ℟. Sebastianus 1
dei cultor studiose cu-
rabat sub absconso
chlamyde sanctorum
animos confortare.
Spē promittēs & glo-
riam consequi sempi-
ternā. ℣. Christo quo-
tidie sedulum exhibe-
bat officiū: & christia-
norum animos confor-
tabat. Spē. Lectio ij.
Christo igitur quoti
die sedulū exhibebat
officium: sed agebat
quatenus hoc sacrile-
gis regibus esset oc-
cultum. Nō passionis
timore perterritꝰ / nec
patrimonij sui amore
cōstrictus: sed vt chri-
stianorū animos (quos
in tormentis videbat
deficere) confortaret:
et deo redderet aīas
quas diabolus cona-
batur auferre. Tu au-
tem dñe. ℟. Sebastia- 2
nus vir christianissi-

mus quem occultabat militaris habitus. Et chlamydis sue obumbrabat aspectus. V. Quem perfuderat dei gratia: ab oib9 amabatur. Et chla. Lectio iii

Clarissimis itaqz viris marcelliano et marco pro christi nomine in vinculis constitutis: quotidie solatium exhibebat. Et vt seculi blandimēta respuerēt et momētanea tormentorum genera non timerent/admonuit. Qui cum beati viri verbis acquiescerent: et verbera carnificū animo perseueranti transirēt capitalem iussi sunt. subire sententiam. Tu

R. Erat namqz in sermone verax/in iudicio iustus/in consilio prouidus/in bonitate conspicuus. In vniuersa morum honestate preclarus. V. In commisso quoqz fidelis/in interuentu strenuus. In vniuersa Gl'ia. In vni.

¶ In secundo nocturno. Añ. Ad hoc tantum sub chlamyde christi militem regebat absconditum: vt deo reddderet animas quas diabolus conabatur auferre. Ps. Domie quis ha. Añ. Clarissimis quotidie viris marcelliano et marco suadebat populi blandimenta respuere: et momentanea tormentorum genera non timere. Ps. Conserua. Añ. Sebastianus vir christianissimus quem occultabat militaris habitus et chlamydis sue obūbrabat aspectus. Ps. Domini est terra. V. Exultent iusti in conspectu dei. Et delectētur. Lectio quarta.

Cumqz beatus sebastianus athletas dei immenso certaminis pondere fatigari vidisset: in medio eorū se obijciens ait. O fortissimi milites christi/nolite per misera blā

dimenta coronas de=
ponere sempiternas.
Discat nunc per vos
christi militum fortitu=
do: sed de poti9 armatum
4 ferro. Tu autem. Christo
quotidie sedulum exhi=
bebat officium. Et chri=
stianorum animos quos
in tormentis videbat
deficere confortabat.
℟. Erat namque in sermo=
ne verax/in iudicio iu
stus/in universa morum
honestate preclarus.
Et christi. Lectio. v.
His igitur duob9 fra
trib9 ad celos per mar
tyrii palmam transmis=
sis conventus est sanct9
sebastianus coram dio=
cletiano. Cui dixit dio
cletianus. Contra salu
tem meam in deorum iniu=
riam hactenus latuisti.
Sebastianus respon=
dit. Pro salute tua sem
per christum colui: et pro
statu urbis rome illum
qui in celis est adora=
5 vi. Tu autem. Zoe
bror nicostrati dixit
beato sebastiano: bea=
tus es tu et benedict9
sermo oris tui. Per Je
sum christum dominum
nostrum. ℟. Benedicti
qui in omnib9 que locu
tus es credidit. Per Je=
sum christum. Lectio. vi.
Tunc iratus diocle=
tianus iussit eum duci in
campum/et ligari quasi
signum ad sagittam: et
iussit ut sagittarii eum
sagittarent. Tunc po=
suerunt eum milites in
medium campum: et
hincinde eum repleve
runt sagittis. Estiman=
tes autem illum mortuum
abierunt. Tu autem. Egre 6
gie dei martyr seba=
stiane princeps ac pro=
pagator sanctissimo=
rum preceptorum ecce
nomen tuum in libro
vite celestis ascriptum
est. Et memoriale tuum
non derelinquetur In
secula. ℟. Socius enim
factus es supernarum
virtutum: et que in ce=
lis spiritum tuum su=
sceperunt. Et memoria=
le. Gloria. In secula.

¶ In tertio noctur. an. Ut vidit beatus sebastianus athletas dei immenso certaminis pōdere fatigari dixit o fortissimi milites christi / nolite per misera blandimenta coronas deponere sēpiternas. ps. Exultate iusti. an. Sebastian⁹ dixit marcelliano ꝛ marco: non vos seducant blandimenta mulierū. ps. Benedicā dñm. an. Nolite timere / nō separabūtur a vobis: sed vadūt in celū parare vobis sydereas mansiones. ps. Deus venerūt gentes. ℣. Iustorū. Lectio. vij.

Zacharij martyris relicta nomie yrene: abiit nocte vt corp⁹ tolleret ꝛ sepeliret. Et inueniens eū viuū: duxit in domū suā. Ubi post paucos dies sanus fact⁹: presentauit se diocletiano Cui ille. Tu ne es sebastianus quē dudum interfici iusseram⁹? Sanctus sebastianus ait. Ad hoc me dominus iesus christus resuscitare dignatus est / vt veniam et confiter vos iniusto iudicio persecutionē vestrā in christi seruulos ebullire. ℟. Clarissimis viris marcelliano / ꝛ marco per singulos dies suadebat seculi blādimēta respuere. Et momētanea tormentorū genera non timere. ℣. Ut vidit beatus sebastian⁹ athletas dei immenso certaminis pōdere fatigari in medio eorū se obijciens suadebat seculi blādimēta respuere. Et momenta. Lectio octaua.

Tunc irat⁹ diocletian⁹ iussit eū i hippodromiū palatij sui duci: ꝛ tā diu fustib⁹ cedi / donec spiritū exhalaret Tūc tulerunt corpus ei⁹ nocte: ꝛ i cloacā maximā miserunt dicentes. Ne forte christiani eum sibi martyrem faciant

Tu autem domine mi-
8 serere nostri. ℟. Bea-
tus es et bene tibi e-
rit egregie martyr Se
bastiane. Quia cū san-
ctis gaudebis et cum
angelis exultabis in
eternum. ℣. Beatꝰ es
christi martyr seba-
stiane: ꝛ benedictꝰ ser
mo oris tui. Quia cū
sanctis. Lectio nona.
Postea vero beatus
sebastianus cuidā ma-
trone lucina nomine
apparuit dicens. In
cloaca illa que est iux
ta cyrthum: invenies
corpus meum pendēs
in gumpho. Hoc dum
tu levabis perduces
ad catha cumbas: ꝛ se
pelies me in initio cri
pte iuxta vestigia apo
stolorū. Ipsa vero ius-
sa complens: cum om-
ni diligentia corpus
eius sepelivit. Tu au-
9 tem domine. ℟. Ele-
git dominus virum de
plebe ꝛ claritatem vi
sionis eterne dedit il-
li celebremus solenni
tatem sebastiani mar-
tyris. Gaudium sit in
celo. Et in terra pax ho
minibus bone volūta-
tis. ℣. Beatus es ꝛ be
ne tibi erit egregie
dei martyr sebastiane
Gaudium sit. Gloria
patri ꝛ filio. Et in ter-
ra pax hominibus. ℣.
Iusti autē in perpetuū
vivēt. ℟. Et apud dn̄m
est merces eorum.
¶ In laudibꝰ. antiph.
Sebastianus dei cul- 1
tor studiose curabat
sub absconso chlamy-
dis sanctorū animos
confortare: spem pro-
mittens et gloriā con-
sequi sempiternā. ps.
Dominus regnavit.
An. Si ego verus chri- 2
sti servus sum: ꝛ si ve-
ra sunt omnia que ex
ore meo hec mulier au
divit ꝛ credidit: ape-
riat os eius qui ape-
ruit os zacharie pro-
phete domini. ps. Iu-
bilate deo omnis ter-
ra. An. Ad hanc vocem 3
christi martyris seba-

fiam illico apertū est
os vxoris nicostrati.
ps. Deus deus meus.
4 An. Zoe vxor nicostrati
dixit beato sebastiano:
beatus es tu: et bene-
dictus sermo oris tui.
ps. Benedicite omnia
5 opera domini. An. San-
ctus sebastianus bea-
to nicostrato: saluator
noster pro peccatorib9
exhibere dignatus est
suam presentiam.
Laudate dominum de
celis: laudate eum. cap.
Iustorum anime. hy9.
Rex gloriose marty-
rum. V. Mirabilis de9
An. Beatus es et bene
tibi erit/egregie mar-
tyr sebastiane: qr cum
sanctis gaudebis: et
cum angelis exulta-
bis in eternum. ps. Be
nedictus domin9 deus
israel: quia visitauit.
Oratio Deus qui bea-
tos martyres. Memo-
ria de sancta maria.
¶ Ad primam. An. Se-
bastianus. ps. Deus in
nomine tuo saluum.
¶ Ad tertiam. An. Si
ego. ps. Legem pone
mihi domine. Capitu-
la responsoria et vsus
de communi plurimo-
rum martyrum ad om
nes horas dicantur cū
oratione predicta.
¶ Ad sextā. Antiphona
Ad hanc vocem. ps. De
fecit in salutare tuum
¶ Ad nonā. Antiphona
Sanctus Sebastia-
nus. ps. Mirabilia.
¶ Sancte agnetis vir
ginis et martyris. Ad
vesperas super psal-
mos. An. Hec est virgo.
psalmi fer. Capitulū.
Confitebor. V. Induit
me. hy9 Virginis pro-
les. V. Diffusa est gra
tia. An. Beata agnes ī
medio flammarum ex
pansis manib9 orabat:
te deprecor venerande
colende/pater metuen
de: quia per sanctum
filium tuum minas e-
uasi sacrilegi tyranni
et carnis spurcitias im
maculato calle transi
vi: et ecce venio ad te

quem amaui/quē que=
siui / quē sēper optaui.
Ps. Magnificat. Oratio
O Mnipotens sem=
piterne deus qui
infirma mundi eligis
vt fortia queq3 confū=
das: concede propitius
vt qui beate Agnetis
martyris tue solennia
colimus /eius apud te
patrocinia sentiamus
Per dominū nostrū Je
sum christum. Memo=
ria de martyribus. Fa
biano et Sebastiano.
An. Egregie martyr se
bastiane princeps ac
propagator sanctissi=
morum preceptorum:
ecce nomen tuum in
libro vite celestis ascri
ptum est: et memoriale
tuum non derelinque=
tur in secula. V. Mira
bilis deus. Oro. Deus
qui beatos martyres.
Memoria de sctā Maria
Ad matutinas Inui
tatoriū. Agnū sponsū.
Ps. Venite exultemus
Hy. Virginis proles.
In primo nocturno.

An. Discede a me pabu
lum mortis: quia iam
ab alio amatore preuē
ta sum. Ps. Domine do
minus noster. An. Annu
lo suo subarrauit me
dominus iesus christ9
et tanq̄ sponsam deco
rauit me corona. Ps.
Celi enarrant. An. Dex
teram meā et collū me=
um cinxit lapidib9 pre
ciosis: tradidit aurib9
meis inestimabiles
margaritas. Ps. Domi
ni est terra. V. Diffu=
sa est gratia in labijs
tuis. Lectio prima.
S Ecu9 christi am= 1
brosius virgini=
bus sacris. Diem fe=
stum sacratissime vir=
ginis agnetis celebre
mus. Hinc psalmi re=
sonent: inde concrepēt
lectiones. Hinc popu=
lorum turbe letentur:
et inde subleuētur pau 2
peres christi. Omnes
ergo gratulentur in
domino; et ad edifica=
tionem virginum qua
liter sū passa btā agnes

ad memoriam revoce-
1 mus. ℟. Diem festum sacratissime virginis celebremus: qualiter passa sit beata agnes ad memoriam revocemus. Tertiodecimo etatis sue anno mortem perdidit et vitam invenit: quia solum vite dilexit auctorem. ℣. Infantia quidem computabatur i annis: sed erat immensa senectus mentis. Tertiodecimo.

Lectio secunda.

Tempore illo erat quedam virgo rome nobilibus orta natalibus: nomine agnes. Que certans contra principes et potestates tenebrarum tertio decimo etatis sue anno mortem perdidit et vitam invenit / quia solum vite dilexit aucto-
2 rem. Tu. ℟. Dexteram meam et collum meum cinxit lapidibus preciosis: tradidit auribus meis inestimabiles margaritas. Et circumdedit me vernantibus atque coruscantibus gemmis. ℣. Induit me dominus cyclade auro texta: et immensis montilibus ornauit me. Et circumdedit me. Lectio tertia.

Infantia quidem computabatur i annis: sed erat immensa senectus mentis. Corpore quidem iuvencula: sed animo cana. Pulchra facie: sed pulchrior fide. Que dum a scholis revertitur: a prefecti urbis filio adamatur. Cuius parentes cum eam requisissent ceperunt plura offerre / et plurima promittere.
Tu. ℟. Induit me dominus vestimento salutis: et indumento leticie circumdedit me. 3
Et tanquam sponsam decorauit me corona. ℣. Tradidit me auribus meis inestimabiles margaritas: et circumdedit me vernantibus atque coruscantibus gem-

mis. Et tanquam sponsam.

In secundo nocturno. An. Christus circundedit me vernantibus atque coruscantibus gemmis preciosis. Ps. Eructauit. An. Induit me dominus cyclade auro texta: et immensis monilibus ornauit me. Ps. Deus noster refugium et virtus. An. Posuit signum in faciem meam vt nullum preter illum amatorem admittam. Ps. Fundamenta eius in montibus. V. Specie tua et pulchritudine tua. Lectio. iiii.

Denique detulit iuuenis secum preciosissima ornamenta: et omnium lapidum preciosorum gloriam. Et per seipsum et per amicos/notos et affines/cepit aurem virginis appellare: domos/possessiones familias/ atque omnes diuitias mundi repromittere: si consensum suum eiusque coniugium non negaret.

Tu autem. R. Amo christum in cuius thalamum introiui: cuius mater virgo est/cuius pater feminam nescit/ cuius mihi organa modulatis vocibus cantant. Quem cum amauero casta sum/cum tetigero munda sum/ cum accepero virgo sum. 4
V. Mel et lac ex eius ore suscepi: et sanguis eius ornauit genas meas. Quem cum. Lectio. v.

Ad hec beata agnes tale iuueni fertur dedisse responsum. Discede a me fomes peccati nutrimentum facinoris / pabulum mortis. Discede a me quia iam ab alio amatore preuenta sum/qui mihi satis meliora quam tu obtulit ornamenta: et annulo fidei sue subarrauit me / longe te nobilior et genere et dignitate. Tu autem. R.
Mel et lac ex eius ore suscepi. Et sanguis eius ornauit genas meas. 5

V. Cuius pulchritudi- nē sol & luna mirātur ipsi soli seruo fidē. Et sanguis eius. Lec. vi.

Audiens hec infantissimus iuuenis amore capitur ceco: et inter angustias animi & corporis anhelo cruciatur spiritu. Et inter hec lecto prosternitur et in alta suspiria amor medicis aperitur

6 R. Ipsi sunt desponsata cui angeli seruiunt cuius pulchritudinem sol et luna mirantur. Ipsi soli seruo fidem. Ipsi me tota deuotione committo. V. Dexteram meam et collū meum cinxit lapidibus preciosis/tradidit auribus meis inestimabiles margaritas. Ipsi. Gloria patri. Ipsi.

¶ In tercio nocturno. An. Mel & lac ex eius ore suscepi: et sanguis eius ornauit genas meas. Ps. Cantate domino .i. An. Cuius pulchritudinem sol & luna mirentur/ ipsi soli seruo fidem. Ps. Dominus regnauit exultet terra. An. Ipsi soli seruo fidem: ipsi me tota deuotione committo. Ps. Cantate .ij. V. Adiuuabit eam. Lectio. vij.

Cum interrogasset prefes quis esset sponsus de cuius se agnes potestate gloriabatur: extitit quidā ex parasitis qui diceret hanc christianam esse ab infantia: & magicis artibus ita occupatam/ ut dicatur sponsum suum christū esse.

Tu autem. R. Jam corpus eius corpori meo sociatū est: & sanguis eius ornauit genas meas. Cuius mater virgo est: cuius pater feminam nescit. V. Ipsi sum desponsata cui angeli seruiunt: cuius pulchritudinem sol & luna mirantur. Cuius mater virgo est. Lec. viii. 7

Audiens autem hec prefectus letus effici-

tur: et misso appari tore cum grandi strepitu suis eam tribunalib⁹ precepit assisti. Et primum quidem blandis eam sermonibus secretius prouocat: deinde terrorib⁹ pulsat. Sed christi virgo nec blandimento seducitur / nec terrore concutitur sed codē vultu eodem q̧ animo perseuerans & terrentē similiter et blandientē animo deridebat. ℟. xiii. Omnipotens adorāde/colēde tremende: benedico te Quia per filium tuum vnigenitum euasit minas hominū impiorū: et spurcitias diaboli impolluto calle transiui. ℣. Te confiteor labiis: te corde / te totis visceribus⁹ concupisco. Quia per. Lectio nona

Post hec paschasius vrbis rome prefectus iussit ignē copiosū accendi: & eam in medio iactari. Statimq̧ in duas partes flamme sunt diuise: eamq̧ in nullo penitus contingebat incendiū. Tunc paschasius gladium i gutture virginis merg i precepit: atq̧ de sanguis sui rubore perfusam christ⁹ sibi martyrem et sponsam dedicauit. Parentes vero eius cum omni gaudio abstulerunt corp⁹ et honorifice sepelierunt. ℟. ix. Stat a dextris eius agnus niue candidior. Christus sibi sponsam et martyrem cōsecrauit. ℣. Parentes vero eius cum omni gaudio abstulerunt corp⁹ ei⁹: & posuerunt illud i monumento. Christus. Gloria. Christus sibi sponsam ℣ Ora pro nobis beata agnes.

¶ In laudibus. Ana. Ingressa agnes turpitudinis locum: angelum dñi preparatū inuenit. Ps. Dominus regnauit. An. Mecum enim habeo custodem

corporis mei angelum
domini. ps. Jubilate.
3 an. Ipsi sunt desponsa
ta cui angeli seruiunt
cuius pulchritudinem
sol et luna mirantur.
ps. Deus deus meus.
4 an. Benedico te pater
domini mei Jesu chri=
sti: quia per filium tuum
ignis extinctus est a
latere meo. ps. Bene=
5 dicite. an. Congaudete
mecum et congratula=
mini: quia cum his o=
mnibus lucidas sedes
accepi. ps. Laudate do
minum. Cap. in. Confite=
bor. Hy. Jesu corona
virginum. V. Adducen
tur. an. Stans beata
agnes in medio flam=
me expansis manibus
orabat ad dominum: om
nipotens adorande /
colende/tremende: be=
nedico te: et glorifico
nomen tuum in eter=
num. ps. Benedictus.
Oratio. Omnipotens
sempiterne deus. Me=
moria de sancta ma=
ria. Ad primam. Aña.

Ingressa ag. ps. Deus
in nomine. ¶ Ad ter=
tiam. an. Specie enim.
ps. Legem pone. Cap.
lec. et V. de commune v=
irginis et marty.
ad oes hor. dicantur.
¶ Ad sextam. an. Ipsi
sum. Psalm. Defecit.
¶ Ad nonam. a. Congau=
dete. ps. Mirabilia.
¶ Sancti vincentii mar
tyr. Ad vesp. super ps.
aña. Iste sanct9. cap. Bea
tus vir qui suffert. Re.
Leuita vincentius, quod
a duobus in superiori
gradu cantetur. Hy.
Martyr dei. V. Gloria
et honore. an. Sacram
huius diei solennitatem
humili celebremus de=
uotione qua inuictus
xpi martyr vincentius ty
ranno deuicto insignem vi
ctorie palmam celo gau
dens intulit. Psalmus
Magnificat. Oratio.

Adesto domine sup
plicationibus no=
stris: vt qui ex ini=
quitate nostra reos
nos esse cognoscimus

beati vincentij marty ris tui intercessione li beremur. Per dominū. Memoria de sancta a gnete. An. Ecce quod concupiui iam video/ quod sperani iam te neo: illi sum iuncta in celo: quem in terris po sita tota deuotione di lexi. ps. Adducentur. Oratio. Omnipotens sē piterne deus. Memo ria de sancta maria. Ad matutinas. Inuita. Vincentē mundū ado remꝰ dn̄m. In quo presſuras mūdi martyr vi cit vincentius. ps. Ve nite. hyꝰ. Martyr dei. ¶ In primo nocturno an. Sanctus vincentiꝰ a pueritia studijs lit terarum traditus: su perna sibi prouidente clementia / gemina scientia efficacissime claruit. ps. Beatꝰ vir. An. Sanctitate quoqꝫ insignis diaconij arce suscepta; vices ponti ficis diligēter exeque bat. ps. Quare fre. an. Valerius igitur epis scopus et leuita vincē tius spe feruendi vi ctoria diuinitus sub nixi; in cōfessione dei tatis alacriter cucur rerunt. ps. Dn̄e quid. ps. Gloria et ho. Lec. j.

Sanctus vincen tius a pueritia studijs litterarum tra ditus; superna proui dente clemētia sibi eū prouidebat vas ele ctionis futurum; ge mina scientia sub bea to valerio cesar augu ste ciuitatis antistite efficacissime claruit. A quo etiam sanctita te insignis diaconij ar cem suscepit. Rꝫ. Sa cram presentis diei solennitatem humili celebremus deuotione; quia inuictus christi martyr vincentius ty ranno deuicto. Insi gnem victorie palmā celo gaudens intulit. ps. Peracto passionis sue venerando trium pho angelorum cetibꝰ

comitatus. Insignem
victo. Lectio secunda.
Cum igitur apud
cesaraugustã ci-
uitatem dacianus qui
dam sacrilegus causa
seuiendi i christianos
venisset: episcopos ac
presbyteros ceterosq
sacri ordinis mini-
stros/spiritu nequitie
exagitatus rapi prece
pit. Protinus ergo Va
lerius episcopus et
Vincentius archidia-
conus/fidei soliditate
& spe tenendi victoria
subnixi: in confessione
deitatis alacriter cu-
currerunt. Tanto feli-
ciores se esse futuros
credentes: quanto a-
criora tyranni suppli-
cia pia longanimitate
certassent euincere.
Unde certaminis ac
penarum dilatio remu
nerationis eis videba
2 tur diminutio. ℟. San
ctus vincentius chri-
sti martyr prouidente
superna clementia: qui
sibi eum prouidebat
vas electionis futurũ
Gemina scientia effi-
cacissime claruit. Sf.
Sanctitate quoq; insi-
gnis diaconij arce su-
scepta: vices pontifi-
cis diligenter exeque
batur. Gemina. Lc. iij.
Dacianus autẽ hoc
videns: sanctos
dei (primo Valerium)
sub carcerali custodia
& famis miseria ac ca
tenarum stridore per-
trahi precepit. Cum-
q; eos iam pene defe-
cisse crederet / educi e
carcere iussit: nolens
eos ante tormenta vi-
tam finire. Quib' pro-
ponebat quod nec mor
tis parceret: si deorũ
suorum culturam re-
nuissent recipere. ℟3.
Leuita vincentius di- 3
xit beato valerio: si iu
bes pater sancte / re-
sponsis iudicem aggre
diar: iam tibi fili cha-
rissime diuini verbi cu
ram commiserã. Nunc
quoq; pro fide qua asta
mus: responsa cõmit-

to. R. Tibi enim gemi
na scientia pollenti ad
superni amoris igne
feruenti: celestis olim
doctrine ministeriū de
legaui. Nunc quoque.
Gloria patri et filio: et
spiritui. Nunc quoqꝫ.
¶ In secunda nocturno. an. Tanto namqꝫ fe
liciores se esse crede
bant: quāto ampliora
tyranni supplicia pia
longanimitate certas
sent euincere. ps. Cum
inuocarem exaudiuit
me deus. an. Leuita
vincentius dixit bea
to valerio: si iubes pa
ter sancte responsis
iudicem aggrediar. ps.
Verba mea auribꝰ. an
Jam tibi fili charissi
me diuini verbi curam
commiseram/nūc quo
qꝫ pro fide qua astamꝰ
responsa committo.
ps. Domine dominus
noster. Glās. Posuisti
domine. Lectio quarta.

Quibus eductis:
dacianus cōuer
sus ad episcopū/dixit.
Monemus te vt diis
libamina persoluas:
quatenus inferiores
tuo exemplo facilius
persoluant. Cumqꝫ epi
scopus reticeret: ait
vincentius. Si iubes
pater sancte: responsis
iudicē aggrediar. Cui
episcopus ait. Dudum
tibi fili charissime di
uini verbi curam com
miseram: nunc quoqꝫ
pro fide qua astamus
responsa committo.
Tu autem. R. Ecce iā 4
in sublime agor et o
mnes principes tuos
seculo altior tyranne
despicio: nolo vt glo
riam meam minuas/
nec damna inferas lau
di. Paratus sum enim
ad omnia tormenta p
saluatoris nomine su
stinenda. V. Insurge
ergo et toto malignita
tis spiritu debaccha
re: videbis me dei vir
tute plus posse dum
torqueor/ꝙ possis ip
se qui torques. Para
tus sum. Lectio quinta 5

Tunc beatus vincentius conuers9 ad dacianum: dixit Me pharium apud christianorum prudentiam esse cognosce: deitatis cultū abnegando blasphemare. Et ne te longius pertrahā/ profitemur nos christiane religionis esse cultores vnius ac veri permanentis in secula famulos & testes. Minas tuas et supplicia non metuentes: sed potius mortem pro veritate libentissime amplectētes. Tu autem. R. Assumptus ex equuleo leuita. Vincentius atq̧ ad patibulum raptus tortores suos pene preueniens Moras carnificum arguendo ad penam alacriter properabat. V. Intrepidus itaq̧ dei athleta candentis ferri machinam vltro conscendebat. Moras car. Lectio sexta.

Dacianus hoc audiens: ait. Amouete hinc episcopum istū. Iustū est eni eum subire exiliū: q̄ imperiale contempsit edictū. Grauioribus autem hunc rebellē qui i contumeliā publicā venit exhibete tormētis Animositati eni ei9 video inferenda supplicia esse maiora. Applicate ergo vincentiū ad equuleum: membris distendite: et toto corpore dissipate. Hanc penam ante ipsa tormenta sustineat. Tu autem. R. Christi milites gloriosus leuita vincentius: vt tribunal sponte rogum conscendit intrepidus. Cuius salis crepitantis per corpus minutie. Sparsim ibant/ atq̧ prune vernabantur sanguine. Vsus. Inter hec manet immotus ille dei famulus/ orans christum in sublime erectis luminib9. Cuius salis. Gloria patri & filio: & spiritui sancto. Sparsim.

¶ In tertio nocturno.
a. Beatus vincenti⁹ cuius mens conscia erat corone/dixit dacia no: hactenus a te habitus sermo de neganda fide perorauit. ps. In domino confido.. a. Nephariam tamen apud christianorum pruden tiam esse cognosce dei tatis cultum abnegan do blasphemare. ps. Domine quis habi.. a. Profitemur enim christiane reli gionis nos esse cultores ac vnius veri dei permanentis in secula famulos & te stes.. ps. Domine i vir tute.. v. Iust⁹ vt pal.

Lectio septima.

Inter hec Dacianus preses dixit. Quid dicis o vincenti vel vbi conspicis tuu tam miserabile corp⁹. At ille presentia dei ro boratus: alacri vultu respondit. Hoc est qd semper optaui: hoc est quod votis omnibus exquisiui. Nemo mihi amicitior nemo familiarior vnq fuit. Tu so lus maxime votis me is concordas. R. Beatus athleta vincenti⁹ horrendo clausus ergastulo carceris: psalmum deo & hymnu an gelorum frequentia roboratus letus dicebat Quorum vallatus caterua venerando foue batur obsequio: & mul cebatur alloquio.. v. Dantur ergo laudes deo altissimo: & resonante organo angelice vocis modulata sua uitas procul diffundi tur. Quorum vallat⁹ caterua.. Lectio octaua

Tunc truculent⁹ minister proferri lectum cum ferratis iusserat costis: et addita super carbonum congerie / exurendum dei marty rem applicari. Intrepidus itaq dei athleta: candentis ferri ma chinam vltro conscen dit. Sanctus ergo dei torquetur/flagellatur

exuritur : et distensis
membris crescit ad pe
nam. Et inter hec ma=
net dei seruus immo=
tus: et erectis in celum
luminibus dominum
8 precabatur. R. in. Agno
sce o vincenti inuictis
sime : pro cuius nomi=
ne fideliter decertasti
Ipse tibi coronam pre
paratam seruat in ce=
lis: qui te fecit victo=
rem in penis. V. Esto
igitur iam securus de
premio / quia mox de=
posito onere carnis no
stro eris addendus col
legio. Ipse tibi corona
prepa. Lectio nona.
Uidens itaque dacian(us)
quod eum superare non
posset / iussit eum in le
cto molliori reponi :
vt membra penis attri
ta refoueat / et iterum
nouis et exquisitis sup
pliciis innouatus ipse
subdatur. Uerum da=
ciano inaniter tractan
te de supplicio: christus
clemēter disposuit de
premio. Delatus nam=

que martyr dei ad lectu
lum: mox preciosam re
solutus in mortem ce
lo spiritum reddidit.
Tu n. R. Preciosus mar 9
tyr vincentius iussu
tyranni ad lectum de=
fertur : nouis denuo
suppliciis subdendus.
Mox ergo christi testis
inuictus in stratu mol=
litie repositus: precio=
sam in mortem reso=
lutus reddidit celo spi
ritum. V. Daciano fru
stra cogitante de sup=
plicio / benignus deus
pie disponit de premio
Mox ergo. Gloria patri.
Mox. V. Ora pro nobis.
¶ In laudibus. Ana.
Assumptus ex equu= 1
leo leuita vincentius /
atque ad patibulum ra=
ptus : moras carnificū
arguendo ad penā ala
criter properabat. Ps.
Dominus regnauit de
corem. an. Intrepidus 2
itaque candentis ferri
machinam vltro con=
scendens / ac manens /
immotus: erectis i ce=

lum luminib9 dominũ
precabatur. ps. Iubila
te deo omnis terra.
§ An. Hinc horrendo car
ceris clausus ergastu-
lo/dei athleta angelo-
rum venerando fove-
batur obsequio: & mul
cebatur alloquio. ps.
4 Deus de9 me9. an. Agno
sce o vincenti invictis
sime: q pro cuius noie
fideliter decertasti ip-
se tibi coronã preparata
tam servat i celestib9.
ps. Benedicite omnia
5 opera domini domino
an. Dantur ergo lau-
des deo altissimo: & re
sonante organo ange-
lice vocis modulata
suavitas procul distã-
ditur. ps. Laudate do
minũ. Hym. de comuni
unius martyris. hy9.

Christi miles glo
riosus levita vin
centius: ut tribunal
sponte rogum conscen
dit intrepidus: cuius
salis crepitantis per
corpus minutie.
Sparsim ibant / atq
prune vernabãtur san
guine: inter hec manet
immotus ille dei fa-
mulus orans christũ/
in sublime erectis lu-
minibus.
Gloria & honor deo.
V. Iustus germinabit.
An. Egregius martyr
dei vincentius diris
tormentorũ suppliciis
pro christo alacriter su
peratis: ac felicis pu-
gne agone constanter
expleto: tandẽ precio-
sam resolutus in mor
tem/celo triumphans
spiritum reddidit. ps.
Benedictus. Oratio.
Adesto domine. Mem.
de sancta maria. Ad pri
mam. an. Assumpt9 ex.
ps. Deus in nomine.
Ad tertiam. a. Intro
ibit. ps. Legẽ pone.
Cap. hy. & V. de comu-
ni unius mar. ad ors
hec. Dñr cũ orone hodie.
Ad sextam. an. Hinc
horrendo. ps. Defecit.
Ad nonam. an. Dan-
tur ergo. ps. Mirabi-
lia. Ad secundas vespe

dat. An. Assumptus. psalmi fer. capm de cõmuni unius mar. hy⁹. Christi miles. ℣. Justus germinabit. In. Beatus vincentius applicatis tormentis alacri vultu dei presentia roboratus dixit: hoc est qđ semper optaui ⁊ votis omnibus exquisiui. ps Magnificat. Oratio. Adesto domine supplicationibus. Memoria de sancta Maria.



¶In conuersione sancti pauli. Ad vesperas super psal. ãn. Lux de celo circumfulsit Saulũ ⁊ cadens in terram audiuit vocem dicentem sibi/ Saule/saule quid me persequeris? qui dixit/quisnam es domine? ego sum Jesus nazarenus quẽ tu persequeris: durum est tibi contra stimulũ calcitrare. psalmi fer. Cap.

Saulus adhuc spirans minarũ et cedis in discipulos domini: cum iter faceret contingit vt appropinquaret damasco: ⁊ subito circunfulsit eum lux de celo. ℞. Sancte paule. ℣. Ut digni efficiamur. Hymnus. Act. 9. a.

Doctor egregie Paule mores instrue: ⁊ mẽte polũ nos transferre satage: donec perfectũ largiatur plenus/euacuato quod ex parte gerimus.

Annue christe. ℣. In omnem terram exi. ã. Elegit dominus virum de plebe ⁊ claritatem visionis eterne dedit illi: celebremus

conuersionem sancti pauli apostoli. Ps. Magnificat. Oratio.

Deus qui vniuersum mundū beati pauli apostoli tui predicatione docuisti: da nobis quesumus vt qui eius hodie conuersionem colimus / per eius ad te exēpla gradiamur. Per dominū nostrum. Memoria de sancto Preiecto martyre. an. Hic est vere martyr. ℣. Gloria et honore coronasti eū. Oro

Martyris tui preiecti nos quesum⁹ dñe intercuentio gloriosa commendet: vt quod nostris meritis non valemus eius precibus consequamur. Per xp̄m dñm nostrū. Memoria de sctā maria. Si hoc fest. in aliqua dominica ante lxx contige. totū seruitiū fiat de festo et fiat memo. i primis de sancto preiecto marty. deinde de dn. et postea de s. ma.

Ad matuti. Inuitat. Laudemus iesum christum. In conuersione pauli apostoli. ps. Venite. hy. Doctor egregie. Annue christe.

In primo nocturno. an. Saulus adhuc spirans minarum et cedis in discipulos domini / abiit ad principem sacerdotum: et petiit illum vt vbicunq inueniret huius vie viros/vinctos perduceret hierusalem. Ps. Celi enarrant gloriā dei. Finito ps stati incipiatur. ℟. Paternarum. a cantore et percantetur a choro anteq̄ inchoetur. an. post ps. qđ per totum annum obseruetur) in versibus añarū cantan. ad matu. vel ad laud. ℟. Paternarum traditionū amplius emulator existēs. an. Ibat igitur saulus furia inuectus: dirum q toto pectore virus efflabat: et sanctorum sanguinem sine inter-

missione sitiebat. Hs. Benedicam. Hs. Per to tam iudeam insania fe rebatur: vt christi mē bra laniaret in terris. An. Et subito circumful sit eum lux de celo: et cecidit in terram: ni hilque videbat. Hs. Cru ctauit cor meum. Hs. Audiuit autem vocem dicentē sibi: saule/sau le/quid me persequeris? Hs. Ja omnem terram. Lectio prima.



Aulus adhuc spirās minarum et cedis in discipulos domini. Presēs lectio actuum apostolorum pronūciat fratres charissimi: quomodo apostolus. Paulus (cuius singularem hodie festiuitatem colimus) se uissimus persecutor christi ecclesiarum/predicator et doctor fact⁹ est christianorum. R. Saulus adhuc spirās minarum et cedis i discipulos domini. Abijt ad principem sacerdotum: et petijt illum vt vbicunque inueniret hu ius vie viros vinctos perducere hierusalem. Hs. Jbat igitur saulus furia inuectus: dirumque toto pectore vir⁹ exalabat. Abijt ad principem. Lectio. ij.

1

Christus enim occidit in eo seuiciam: et reuiuiscere fecit in eo mansuetudinem verā Impleta est in eo prophetia beati patriarche iacob: qui cum benediceret filium suum Beniamin ait. Beniamin lupus rapax mane comedet predam: et vespere diuidet spolia. R. Jbat igitur sau lus furia inuectus: di rum que toto pectore vi rus exalabat. Et sanctorum sanguinem sine intermissione sitie bat. Hs. Per totā iudeā

2

insania ferebatur vt christi mēbra laniaret i terris. Et sctōꝝ. Re. iii Qui eni nunc paulus post conuersionē dict⁹ est: antea cum i impietate persisteret/ saulus vocabatur. Quia enim cum mutauit opera: cō mutauit et nomen. Erat de tribu beniamin eratq; lupus mane: id est prius persecutor christianorū: vespere (id est postea) per christi gratiā commutat⁹. Diuisit spolia: id est mirifice euangelica sacramenta communicauit.
3 Rn̄ A christo de celo vocatus et in terram prostratus ex persecutore effectus est vas electionis: & plus omnibus laborās multo latius inter omnes verbi gratiam seminauit. Atq; doctrinam euangelicam Sua predicatione compleuit. ℣ Inter apostolos vocatione nouissimus/ predicatione primus; nomen christi multarum manifestauit gentium populis. Atq; doctrinam. Gloria patri. Sua pre. ¶ In secundo nocturno. An̄. Saule/ saule qd me persequeris? quis es domine? ego sum iesus quem tu persequeris: durum est tibi contra stimulū calcitare. ℣ Omnes gentes. ℟. Circunfulsit eū lux de celo et audiuit vocem dicentem sibi. An̄. Saul⁹ autem tremens ac stupens dixit ad iesum: domine quid me vis facere? ait autem dominus ad eum surge & ingredere ciuitatem / et dicetur tibi quid te oporteat facere. ℣ Exaudi deus deprecationem. ℟. Viri autem illi qui comitabantur cum eo stabant stupefacti. An̄ A christo de celo vocatus et in terram prostratus: ex persecutore effect⁹ est vas electionis. ℣ Exaudi deus orationē. ℟. 4

Prostratus est seuissi-
m⁹ psecutor: sed erect⁹
est fidelissim⁹ predica
tor. ℣. Constitues eos
principes. Lectio. iiij.

Audiamus eū ma
ne comedentem
predam. Saulus ad-
huc spirans minarū ⁊
cedis in discipulos do
mini: petijt ⁊ accepit e-
pistolas a principibus
sacerdotum in dama-
scum (vbi iam magna
pars fidelium erat) vt
quoscunq̄ inueniret hu
ius vie viros ac mu-
lieres in christū creden
tes vinctos pduceret
in hierusalem ad mar
4 tyrium. ℟. Vade ana-
nia ⁊ quere saulū q̄z
vas electionis est mi-
chi. Vt portet nomen
meum coram gentib⁹
et regibus filijs israel
℣. Ego enim osten
dam illi quanta opor-
teat eum pro nomine
meo pati. Vt portet no
men meum. Lectio. v.

Et dum iter faceret: con
tingit vt appropin
quaret damasco. Et su
bito circunfulsit eum
lux de celo: ⁊ cadens in
terrā audiuit vocē di-
centē sibi. Saule saule
quid me persequeris?
Et ille. Quis es tu do-
mine? Et dominus ad
eum. Ego sū iesus na-
zarenus: quem tu per-
sequeris in fidelibus.
Sed surge ⁊ ingredere
ciuitatem: ⁊ tibi dice-
tur quid te oporteat fa
cere. Tu autē domine.
℟. Ingressus paulus 5
in synagogas: Predi-
cabat iesum iudeis: af
firmans quia hic est
christus. ℣. Stupe
bant autem omnes qui
eum audiebant. Pre-
dicabat. Lectio sexta.

Ananias quidā disci
pulus domini erat da-
masci: cui dixit domin⁹.
Surge ⁊ vade in vicū
qui dicitur rectus: et
quere saulum ⁊ accede
ad eum: ⁊ signa eū cha
ractere meo. Multa e-
nim patietur pro noie
meo. Venit ergo ana-

nias & baptizauit sau-
lum impium: & fecit no-
bis paulum predicato
rem piū Baptizauit lu
pum: et fecit agnum.
Posteaq̄ cepimus eum
habere predicatorem:
quem habuimus ante
persecutorem. Tu autē.
6 ℟. Magn9 sanct9 pau-
lus vas electionis ve
re digne est glorifican
dus. Qui & meruit thro
num duodecimū possi
dere. ℣. A christo de ce
lo vocatus & in terrā
prostratus: ex persecu
tore effect9 est vas ex
lectionis. Qui et me-
ruit. Gloria pri. Qui.
¶ In tertio nocturno.
an. Viri autem qui co-
mitabantur cum eo sta
bant stupefacti: audiē
tes quidem vocē; sed
neminem videntes. ps.
Confitebimur. ℣. Sau-
lus autem cadens in
terrā apertisq̄ oculis
nihil videbat. an. Ad
manus autem illū tra
hentes introduxerunt
damascum: et erat tri-
bus diebus non videns
& non manducauit ne-
q̄ bibit. ps. Dominus
regnauit exultet. ps.
Surrexit autē saulus
de terra: apertisq̄ ocu
lis nihil videbat. an.
Vade anania & quere
saulum/ecce enim orat
quia vas electionis est 7
mihi: vt portet nomen
meum coram gentib9
& regib9 & filijs israel
ps. Domin9 regnauit
irascantur. ps. Di-
xit autem dominus in
visu ananie. ps. Ni
mis honorati sunt.
¶ Euangelium Secun-
dum Mattheum.
In illo tempore. Dixit simon pe- Cap. 19. D
trus ad iesū. Ecce nos
reliquimus omnia: et
secuti sumus te. Quid
ergo erit nobis? Et re
liqua. Homelia beati
hieronymi presbyteri
Lectio septima.
Grandis fiducia. Pe-
trus piscator erat/ di-
ues non fuerat/ cibos
manus arte querebat: 8

& tamen loquitur con=
fidenter. Ecce nos reli
quimus omnia Omnia
eni reliquit: qui volun
taté habendi deseruit
Sed quia non sufficit
tantũ relinquere: iun=
git quod perfectũ est.
Et secuti sumus te. Tu
7 autē domine. R. Tu es
vas electionis sancte
paule apostole: predi=
cator veritatis in vni
uerso mundo. Per quē
oēs gentes cognoue=
runt gratiã dei. V. In=
tercede pro nobis ad
deũ qui te elegit. Per
quē omnes gentes co=
gnouerũt. Lectio. viij.
Dicimus quod iusti=
ti: quid ergo dabis vo
bis premij? Jesus au=
tem dixit illis. Amen
dico / vobis quod vos
qui secuti estis me/ in
regeneratione cum se=
derit filius hominis in
sede maiestatis sue: se
debitis & vos sup se=
des duodecim/ iudican
tes duodecim trib' is=
8 rael. R. Sancte paule
apostole predicator ve
ritatis & doctor gētiũ
Intercede pro nobis ad
deũ q te elegit. V. Ut
digni efficiamur gra=
tia dei. Interce. Lc. ix.
Non dixit/ qui reliqui
stis omnia/ hoc enim &
socrates fecit philoso
phus: & multi alij qui
diuitias contēpserunt.
Sed q secuti estis me:
quod proprie apostolo
rum est atq credentiũ
In regeneratione cum
sederit filius hominis
in sede maiestatis sue
quando ex mortuis de
corruptione resurgent
incorrupti: sedebitis
et vos in solijs iudi=
cantium/ condemnan=
tes duodecim tribus
israel: quia vobis cre=
dentibus illi credere
noluerunt. Et omnis
qui reliquerit domum
vel fratres / vel soro=
res/ aut patrem / aut
matrem/ aut vxorē/ aut
filios/ aut agros pro=
pter nomen meum cen
tuplũ accipiet & vitam

eternam possidebit. R.
Celebremus conuersio
nem sancti pauli apo=
stoli. Quia hodie ex
persecutore effect⁹ est
vas electionis. V. Gau
dent angeli et exultēt
archangeli: et collau=
dant in celis filiū dei.
Quia hodie ex persecu
tore effectus est vas e=
lectionis. Gloria patri
et filio. Quia hodie. R. De
disti hereditatē. V. Ti
mentibus nomen tuū.
¶ In laudibus. Aña.
1 Saulus qui et paul⁹:
magnus predicator a
deo confortatus con=
ualescebat et confun=
debat iudeos. Ps. Dn̄s
Dominus regnauit.
Aña. Ostendens quia
hic est christus filius
2 dei viui. Añ. Saule fra
ter/dominus misit me
iesus qui apparuit ti=
bi i via qua veniebas:
vt videas et imple=
ris spiritu sancto. Ps.
Jubilate. Aña. Et abiit
ananias: et introiuit in
domum; et imponens
et manum dixit. Aña.
Sub manu continuo
anante ceciderūt squā
me ab oc..is eius: et
surgens baptizat⁹ est:
et accipiens cibū con=
fortatus est. Ps. Deus
deus. Añ. Fuit autē cū
discipulis qui erant da
masci per dies ali=
4 quot. Añ. Prostrat⁹ est
seuissimus persecutor
sed erectus est fidelis=
simus predicator: quos
domine verbis edo=
cet de te meritis du=
cat ad te. Ps. Benedi=
cite. Aña. Inter apo=
stolos vocatione nouis
simus: predicatione
primus. Añ. Ingressus 5
paulus in synagogas
predicabat iudeis ie=
sum/affirmans q2 hic
est christus. Ps. Lauda
te. Aña. Stupebant au
tem omnes qui eum au
diebant. Capl̄m. Sau=
lus adhuc. Hy⁹. Exul=
tet ce. V. Annunciaue=
runt. Añ. Celebremus
conuersionē sancti pau
li apostoli: quia hodie

ex persecutore effect9 est vas electionis ideo gaudent angeli atq; letantur archangeli et collaudant in celis filiũ dei. ps Benedict9. Oratio Deus qui vni. Memoria de sco proiecto martyr. an. Miles gra. ps Iustus ger. oro Martyris tui. Memoria de sancta Maria.

¶ Ad primã. an. Saulus qui. ps. Deus i nomine. Et dicantur aie sup hoc. absq; S. a. Te ture. ps Quicũq; vult.

¶ Ad tertia. an Saule frater. ps Legẽ pone. Capl'm. Saulus adhuc W. et S. de comuni apostolorũ ad oẽs horas dñs cũ oõne vni9 diei ¶ Ad sexta. a Sub ma. ps Defecit. Capitulũ.

Act. 9. C

Vade ananias que re saulũ qm vas electionis mihi est iste vt portet nomẽ meum coram gentibus et regibus et filijs israel.

¶ Ad nonã. a Ingress9 ps Mirabilia. Capl'm.

Et abijt ananias et introiuit in domum: et imponens ei manum dixit: saule frater / dominus misit me iesus qui apparuit tibi in via qua veniebas / vt videas et impłearis spiritu sancto. Cor.

¶ Ad vesperas. a Saulus qui. ps Dixit dñs. et ceteri psalmi de apostolis. Cap Saulus adhuc. Hy9 Exultet celi. W9. Annunciauerunt. an Cum autem cõplacuit ei qui me segregauit ex vtero matris mee et vocauit per gratiã suam vt reuelaret in me filium suum in gentibus cõtinuo non acquieui carni et sanguini: sed abij ad antecessores meos apostolos. ps Magnificat. Oratio Deus qui vniuersum.

¶ Sancti Iuliani epi9 cõfessoris tres lectiones fiant. Capl'm Ecce sacerdos magn9. Oro.

Deus qui ecclesie tue beatũ iulia-

num mirabilē tribuisti doctorem: concede propitius ut hunc apud te pium semp mereamur habere intercessorem. Per dñm.

¶ Ad matutinas Inuitatorium duo. Lectio. i.



Beatus Julian⁹ romana generositate/clarissimus: lingua facundus/iustitia insignis: merito dei gratia celebris. Primus apostol⁹ cenomanice urbis est a deo destinat⁹. Lc. ii.

Hic igitur uir dei cū ad urbē hanc accessisset intrepidus: & nouitas sancte predicationis multis incredulis uerteretur in scandalū: nōnullis habebat in derisū: sed miraculorū potentia reddebat attonitos: quos ad audiendam ueritatis uerbū ueternus et innatus error effecerat fastidiosos. Lectio tercia.

Per man⁹ vero reuerendi pontificis tātas operabatur christ⁹ uirtutes: ut uerbo demones effugaret leprosos mundaret: cunctisq; lāguentibus opē crucis medicamine largiret.

Cetera oia de cōmuni unius confessoris & pōtificis. Si hoc festū in die dñica cōtigerit/nihil inde fiat nisi tantū memoria sue ante. lxx. euenerit siue non. Si quauis alia feria infra lxx. hoc festū euenerit fiant matu. cū nocturn. & inuita. simplicis & hoc in omnib⁹ festis. iij. l. que ifra. lxx. extra sabba. euene. obseruetur.

¶ Sancte agnetis secundo. Ad vesperas āie & psalmi fe. Cap. Domine deus meus. hy⁹. Virginis proles. tot⁹ hy⁹. dicatur. ℣. Diffusa est gratia. ān. Beata agnes. Psalmus. Magnificat. Oratio.

Deus qui nos annua beate agnetis martyris tue solē

nitate letificas: da ut quam veneramur officio etiam pie conversationis sequamur exemplo. Per dominum no. Memoria de sancta Maria et de omnibus sanctis. Si hoc festum in sabba. contig. nihil fiat de festo nisi tantum mem. Si vero in aliqua do. ante. lxx. evenerit tunc fiant mes. lect. de virgine. Si autem in dnica. lxx. vel. lx. vel. l. hoc fest. evenerit: tunc fiat tantum de virgine memoria tam ad primas vespe. et ad matut. quam ad missam. Idem modus servetur in omnibus festis. iii. lect. ab hac die usque ad quartam feriam in capite ieiunii. ¶ Ad matuti. de sancta agnete inuit. dup. hy. an. ps. et R. sicut in alio festo dicuntur. Tamen si infra. lxx. hoc festum contigerit/ tunc erit invita. simplex: scilicet. Regem virginum. ps. Venite exultem. hy.

Virginis proles. totus hy. dicatur antiphone et psalmi de noctur. illius ferie. V. Diffusa est gratia. Lectio. i.

Christi virgines solam virginem matrem luminum subsequantur. Huius pedisse qua agnes beatissima magnum de se pudicitie excitavit exemplum: cum virginitatem pretulit vite: omneque a se amorem terrenum propter amorem celestem expellens/ tropheum crucis xpi arripuit. R. Dilexisti. Lect. ii.

Hec namque virgo pudica tam contra libidines quam etiam universa supplicia potius fide armata quam ferro fortiter dimicat et vincit. Aspicit denique blandientem et temnit minantem iudicem: nescit aliquid amare quod transit. R. Omnipotens adoran-de. Lectio tertia.

Non autē de elegātia corporis humani placere studebat: quia de feditate anime domino displicere timebat. Discite virgines christi normam puellaris exempli: et oblata sub specie pietatis munuscula virorum tota intentione respuite: et quasi rabidi canis morsus cum omni gaudio recusa te... Stat. a dextris. Specie tua. In laudib⁹ hec sola. ā. Ingressa agnes. ps. Dominus regnauit. Cap. m. Domine deus meus... et ps. de communi vni⁹ virginis et mar. ān. Congaudete. ps. Benedictus. equis se hanc ā. in alio festo ... que est. v. ān. sup laud. Oratio. Deus qui nos. Memoria de scā maria et de omnib⁹ sctis.

¶ Ad primā ā. Ingressa agnes. Pe⁹ i noie

¶ Ad terciā et ad alias horas oīa fiant sicut in alio festo: cū orationes huius diei preter. cap.

¶ Sācte batildis regine ch. Qui gloriatur. Cetera ... de communi vni⁹ virginis nō mar. cum ista. Oratio.

Beate batildis natalitia veneranda domine quesumus ecclesia tua deuota suscipiat: et fiat magne glorificationis amore deuotior: et tāte fidei proficiat exēplo. Per do.

¶ Ad ... ... de cōi vni⁹ virgi. non mar. cū oīa supradi. sed. iij. lcm. et ic. Regnum mundi.

¶ Scē brigide virgi. nō mar. Cap. Qui gloriatur. iij. lec. Oratio.

Sancte brigide virginis tue domine quesumus precatio tibi grata nos adiuuet et tuam nobis indulgētiam poscere non desistat. Per. Lectio pma.

Sancta itaq brigida quā de⁹ presciuit ad suā imaginē: et predestinauit de bo-

na ac prudentissima p
sapia scotica orta: pa=
treq dupbaco / & ma=
tre broca genita a pue
ritia sua bonarū rerum
studijs inoleuit. Ele=
cta enim a deo puella
moribus sobrietatis ac
pudicitie plena: i me=
liora semper cresce=
bat. Lectio secunda.

T ransmissa a matre
vt de lacte vaccarū si=
cut alie femine buty=
rū congregaret/totum
pauperib⁹ erogauit. Et
cū cetere fructū vacca
rum collectū reddidis=
sent: ipsa flamma dei
accensa ad dñm se con
uertit. De⁹ autē p sua
virgine butyrū resti=
tuit affluenter. Lc. iij.

D enīq cū parentes
eius eā desponsare vo
lebant/ipsa castitatem
elegit: & corā sanctissi=
mo episcopo votum e=
mittens fundamentū
ligneū quo altare ful=
ciebatur manu tetigit
quod lignum in com=
memoratione pristine

virtutis vsq ad pre=
sens tempus viride ac
si non esset excisum et
decorticatum: sed ira=
dicibus itrum vire=
scit/et languidos cu=
rat vsq in hodiernum
diem. Cetera de cōmu
ni vnī⁹ virg. non mar.

In purificatione bea
te marie virginis. Ad
primas vesp. an. O ad
mirabile. ps. Dixit dñs.
an. Quando natus. ps.
Cōfitebor. an. Rubum
quem. ps. Beatus vir.
an. Germinauit. ps.
De profundis. an. Ma
gnum hereditatis my=
sterium templū dei fa
ctus est vterus nesciēs
virū: nō est pollut⁹ ex
ea carnē assumens: oēs
gentes venient dicen=
tes: gloria tibi domine
ps. Memento. Capl'm.

Ecce ego mitto an=
gelum meū qui
preparabit viam ante
faciem meā : & statim
veniet ad templū san=
ctum suum dominator
dominus quem vos Mal. 3.

queritis: et angelus testamenti quem vos vultis. Rx. Videte miraculum matris domini: concepit virgo virilis ignara consortii. Stans onerata nobili onere maria. Et matrem se letam cognoscit que se nescit uxorem. V. Hec speciosum forma pre filiis hominum castis concepit visceribus: et benedicta in eternum deum nobis protulit hominem. Stans onerata. Gloria. Et matrem. ymn.

Quod chorus vatum venerandus olim / spiritu sancto cecinit repletus: in dei factum genitrice constat esse maria.

Hec deum celi dominumque terre virgo concepit peperitque virgo: atque post partum meruit manere inuiolata.

Quem senex iustus simeon in vlnis / in domo sumpsit domini gauisus: ob quod optatum meruit videre lumine christum.

Tu libens votis petimus precantum regis eterni genitrix faueto clarasque celum renitens olympi regna petisti.

Sit deo nostro decus et potestas / sit salus perpes / sit honor perennis qui summa celi residet in arce trinus et vnus Amen. V. Responsum accepit simeon a spiritu sancto. Rx. Non visurum se mortem nisi prius videret christum domini. an. Homo erat in hierusalem cui nomen simeon: iste homo iustus et timoratus expectabat redemptionem israel: et spiritus sanctus erat in eo. ps. Magnificat. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus maiestatem tuam supplices exoramus: vt sicut vnigenitus filius tuus hodierna die cum nostre carnis substantia in templo est presentatus: ita nos facias purificatis tibi mentibus,

presentari. Per eundem dominum nostrum &c.

¶ Ad completoriu. an. Virgo verbo concepit/ virgo permansit/ virgo peperit regem omnium regum. ps. Cum invocarem. Cap. Tu in nobis. hy. Salvator mundi. V. Custodi nos. an. Glorificamus te dei genitrix: quia ex te natus est christus/ salva omnes qui te glorificant. ps. Nunc dimittis. Per hoc dicatur super ps. Nunc dimittis. in omnibus festis & per octa. beate marie & in commemoratione eiusdem per totum annum nisi in adven. domini & in annunciatio. & etiam in tempore pascha. Ad matutinas. Invitato. Ecce venit ad templum sanctum suum dominator dominus. Gaude et letare Syon occurrens deo tuo. ps. Venite exultem. Hy. Quem terra pon. ¶ In .i. noct. an. Specialis virgo inter agmina virginum gaude munere magnifico: que sola regem regum ferre maria digna fuisti casta intra viscera: quo minoratus paululum ab angelis est deitate qui patri consimilis. ps. Domine dominus noster. an. Celi reginam maria te iure fatemur ex cuius thalamo processit iusticie sol. ps. Celi enarrant. an. Virgo creatoris celorum mater et orbis: innocuis manibus mundo quoque corde beato rite dei pinguem meruisti scandere montem. ps. Domini est terra. V. Sancta dei ge. Lc. i.

Fulserunt virgines quia virgo maria peperit christum. Nil in ea quod bolue putent exterminandum;

mansit virgo post par-
tum. Exultent vidue:
infantem christum vi-
dua anna cognouit.
Exultēt coniugate: na
sciturū christum eliza
beth nupta propheta-
uit. Nullus grad⁹ pre
termissus est: de quo
non haberet testimo-
niū salus oīm. Tu. R.
1 Adorna thalamum tuū
Sion et suscipe regem
christum. Quem virgo
concepit/ virgo pepe-
rit/virgo post partum
quem genuit adorauit
V. Accipiens simeon
puerum in manibus/
gratias agens benedi
xit dominum. Quē vir
go cōcepit. Lectio. ij.
Nunquid enim sole
virgines ad regnū ce
lorū perueniūt? Per-
ueniūt et vidue. Sctā
anna a virginitate sua
vixerat cū viro suo se
ptem annis. Quo defū
cto vsq ad senilem e-
tatem peruenerat: et
in senectute sancta ex
pectabat infantiā sal-

uatoris: vt paruum vi
deret annosa/paruum
cognosceret anicula/
intrantem in mūdum
saluatorem videret. t-
tura. Tu au. R. Postq̄ 2
impleti sunt dies pur
gationis eius secun-
dum legem moysi tule
runt iesum in hierusa
lē: vt sisterent eū dño:
sicut scriptum est in le
ge domini. Quia om-
ne masculinum adape
riens vuluam sanctū
domino vocabitur. V.
Obtulerunt pro eo do
mino par turturū aut
duos pullos columba
rum. Quia omne ma-
sculinum. Lectio. iij.
In masculino sexu
fratres tria ipsa gene
ra commendata sunt.
Ipse christus puer na
tus est. Exultent pue-
ri continentiā vouen-
tes puero. Ipse vero
integritatē pueritie cō
secrauit: qui sue matri
fecunditatē attulit vir
ginitatē non abstulit.
Simeō vero ille senex

diu dixerat: cuiꝰ etas
comparatur anne/ꝙ au
dierat responsum ꝙ
non esset visurus mor-
tem/nisi videret Chri
stum domini. Tu autem.
3 R. Obtulerunt pro eo
domino par turturum
aut duos pullos colum-
barum. Sicut scriptum
est in lege domini. V.
Postꝙ impleti sunt di-
es purgationis marie
tulerunt Jesum in hie
rusalem vt sisterent eum
domino. Sicut scrip.
¶ In .ii. nocturno. An.
Gratia celestis repa-
ratrix totiꝰ orbis dif-
fusa est labiis virgo
maria tuis: propterea
regum rex te benedixit
in euum: et facit a dex-
tris casta sedere suis:
aurea quam fuluo vestis
circundata limbo am
bit et exornat/riteqꝫ cum
decorat. Ps. Eructauit.
An. Sanctificans dominus
templum christus sibi
dignum virgine matre
salus descendit ab ar-
ce polorum: cuncte cui
gentes terre simul omnia
regna gaude dei geni
trix. dicunt et kyria che
re. Ps. Deus noster re-
fugium. An. Aula ma-
ria dei: casti tituliqꝫ
pudoris/porta sion vu-
tilis semper fundata
saphiris que sola ex
cunctis placuisti casta
tonanti suscipe seruo-
rum miserans pia vota
tuorum. Ps. Fundamen-
ta eius in monti. V.
Post partum. Lectio .iiii.
Intelligite fra-
tres quale deside
rium habebant antiqui
sancti videre christum.
Sciebant illum esse ven-
turum: et omnes qui pie
viuebant/quotidie in
orationibus suis dice
bant. O si me hic inue
niat ista natiuitas. O
si quod credo in diuinis scri
pturis/videam oculis
meis. Tu autem. R. Simeon 4
iustus et timoratus ex
pectabat redemptionem
israel. Et spiritus san
ctus erat in eo. V. Re-
sponsum accepit simeon

a spiritu sancto nō vi-
surum se mortem nisi
videret christum do-
mini. Et spūs. Lect v.
Et ut noueritis fra-
tres q̄tum desiderium
habebāt sancti qui no
uerant de scripturis
virginem parituram:
sicut audistis cum e-
saias propheta legere
tur. Ecce virgo conci-
piet & pariet filium: et
vocabitur nomen eius
emmanuel. Emmanuel
quid sit euangelista no
bis aperuit dicens q̄d
interpretatur nobiscū
deus. Tu autem domi
5 ne mise. ℟. Responsū
accepit Simeon a spi
ritu sancto non visu-
rum se mortem nisi vi
deret christum domini
& benedixit deum & di
xit. Nunc dimittis ser
uum tuum in pace: q2
viderunt oculi mei sa
lutare tuum domine.
℣. Cum inducerēt pue
rum Jesum parentes
eius vt facerent secū-
dum consuetudinē le-
gis pro eo: & ipse acce
pit eam in vlnas suas
& dixit. Nunc dimittis
seruum. Lectio sexta.
Non tibi ergo sit que
cunq̧ infidelis anima
mirum/et non videa-
tur impossibile vt vir-
go pareret/virgoq̧ pa
riens permaneret. In
tellige natum dominū
et non mireris virgi-
nis partum. Ut ergo
noueritis antiquos sā
ctos et iustos optasse
videre quod concessū
est huic seni simeoni:
ipse dominus noster ie
sus Christus ad disci-
pulos loquēs ait. Mul
ti iusti & prophete vo-
luerunt videre q̄ vos
videtis / et non vide-
runt: & audire que vos
auditis/et non audie-
runt. ℟. Uidere mira 6
culum. vts. ℭ Ad. j. ve-
spe. ℟. Uirgo concepit
& virgo peperit: & post
partum virgo permā-
sit. Que. Gloria. Que.
ℭ In. iij. nocturno. An.
Psallite cantantes do

mins nova cātica chri
sto: omnis et illius no
men benedicito tell⁹:
mundo virginea quem
florem protulit alvus
ps. Cantate.i. An. Exul
tet tellus / letentur et
insule christo regnan-
te davidico germine:
quem virgo sacra pu-
ritatis gremio prola-
tum mundo edidit ca-
stissima maria: cui⁹ ce
lebrans solēnia plebs
veneratur ubiqꝫ fide-
lium. ps. Dominus re
gnavit exultet ter. An.
Ave o theotecos virgo
maria que trinam mū
di regentem machinā
filium protulisti: hinc
rite exaltata supra sy
dera laudaris per se-
cula. ps Cantate dño.
ii. v⁹ Speciosa facta.
¶ Secundum Lucam.
Cap. 2. D. In illo tempore.
Postq̄ ipleti sunt
dies purgationis ma-
rie secūdum legē moy
si: tulerūt iesum in hie
rusalem ut sisterent eū
domino sicut scriptum
est in lege domini: qr
omne masculinum a-
daperiens vulvā san-
ctum domino vocabi-
tur. Et reliqua. Home
lia venerabilis Bede
presbyteri. Lect. vii.
Solennitatem nobis
hodierne celebritatis
quā quadragesimo do
minice nativitatis die
debitis veneramur of
ficijs: maxime eiusdem
domini ac salvatoris
nostri simul et inteme-
rate genitricis ei⁹ hu
militate dedicatā sa-
cra evangelij lectio de
signat. Exponens eos
qui nichil legi debe-
bant implendis lega-
lib⁹ per omnia se sub
didisse decretis: sicut
modo cum legeretur
audivimus. Postq̄ im
pleti sunt dies purga
tionis videlicet ma-
tris illius secundum
legem moysi: tulerunt
illum in hierusalem ut
sisterent eum domino:
sicut scriptum est in le
ge domini: quia omne

masculinũ adaperiẽs
vuluam/sanctum dño
7 vocabitur. ℟. Cum in
ducerent puerũ iesum
parentes eius accepit
eum simeon in vlnas
suas:et benedixit deũ
& dixit. Nũc dimittis
domine seruum tuum
in pace. ℣. Suscipiens
simeon puerum in ma
nibus suis exclamauit
dicens. Nunc dimit-
tis seruũ. Lectio. viij.

Precepit namq; lex
vt mulier que susce-
pto semine peperisset
filium tinmunda esset
septẽ dieb9:& in octa-
ua circunciderettur in
fantulus/nomẽq; ei a-
ptarent. Et vt darent
hostiam solennẽ secũ-
dum q dictum est i le
ge dñi par turturum/
aut duos pullos colũ
barũ. Hec autẽ hostia
8 pauperũ erat. ℟. Su-
scipiens iesum in vl-
nas suas simeon excla
mauit:et dixit. Tu es
vere lumen ad illumi
nationem gentium et
gloriam plebis tue is-
rael. ℣. Simeõ in ma
nibus infirmitatem ac
cepit: sed maiestatem
intus agnouit/& dixit.
Tu es vere lumen ad
illuminat. Lectio. ix.

Precepit quippe do-
minus in lege vt qui
possent agnum pro fi-
lio vel filia / simul et
turturem siue colum-
bam offerrent. Qui ve
ro non sufficerent ad
offerendum agnũ:du-
os iam turtures vel
duos columbe pullos
offerrent. Ergo domi-
nus noster per omnia
memor nostre salutis:
non solum homo fieret
cum deus esset: sed e-
tiam cum diues esset/
pauper fieri dignatus
est pro nobis: vt nos
sua paupertate simul
& humanitate diuitia-
rum & diuinitatis sue
tribueret esse partici-
pes. Tu autem domi-
ne miserere. ℟. Gaude ma 9
ria virgo:cunctas he-
reses sola interemisti

que gabrielis archangeli dictis credidisti. Dum virgo deum et hominē genuisti. Et post partum virgo inuiolata permansisti. V. Gabrielem archangelum scimus diuinitus te esse affatum: vterum tuum de spiritu sācto credimus impregnatum: erubescat iudeus infelix qui dicit Christum ex ioseph semine esse natum. Dum virgo. Gloria pat. Et post partum. V. Responsum accepit simeon a spiritu sancto. R. Non visurum se mortem nisi videret christum dñi.

In laudibus. Ana.

Simeon iust9 et timoratus expectabat redēptionem israel: et spiritus sanctus erat in eo. ps. Dñs regnauit. an. Responsum accepit simeon a spū sancto nō visurum se mortem nisi videret dñm. ps. Jubilate. An. Accepit simeon puerum in manibus/gratias agens benedixit dominum. ps. Deus deus meus. an. Nunc dimittis domine seruum tuum in pace: quia viderunt oculi mei salutare tuum. ps. Benedicite. an. Viderunt oculi mei salutare tuum: quod parasti ante faciem omnium populorum. ps. Laudate dominum de celis: laudate. Capitulum. Ecce ego mitto. Hy9. O gloriosa femina. V. Suscepimus deus misericordiam tuam. R. In medio templi tui. an. Senex puerū portabat: puer autem senem regebat: quē virgo peperit/et post partum virgo permansit: ipsum quem genuit adorauit. ps. Benedictus do. Oro. Omnipotens sempiterne deus.

Ad primam. Antiphon. Simeon iustus. ps. Deus in nomine tuo saluū me fac. an. Gratias tibi. ps. Quicūq3

¶ Ad tertiam. an. Responsum. ps. Legem pone. Cpm. Ecce ego mitto. R. Sancta dei genitrix: Uirgo semper maria. V. Intercede pro nobis ad dominum deum nostrum. Uirgo semper. Gloria patri. Sancta. V. Post partum. Oro. Omnipotens sempiterne.

¶ Ad sextam. an. Accipiens. ps. Defecit. Cp.

Mal. 3. A. Ipse enim quasi ignis conflans/et quasi herba fullonum: et sedebit conflans et emundans argentum et purgabit filios leui. R. Post partum virgo inuiolata. V. Speciosa facta. Oro. Omnipotens sempiterne.

¶ Ad .ix. an. Uiderunt oculi. ps. Mirabi. Cp.

Ibid. Et conflabit eaquasi aurum et quasi argentum: et erunt domino offerentes sacrificia in iustitia. R. Speciosa facta es. V. Elegit eam. Oro. Omnipotens sempiterne deus.

¶ Ad secundas vesperas. an. Simeon. psalmi sicut ad primas vesperas. Cap. Ecce ego mitto. Hoc modo dicatur R. Gaude gaude gaude maria. Chorus prosequatur R. V. Gabrielem. Chorus. Quam virgo deum et hominem genuisti. Et post partum virgo. Non dicatur vlterius: sed statim incipiatur prosa. Inuiolata integra. Choro interim sedente et cantum prose respondente super hanc literam .A. post vnumquemque versum. Prosa.

Inuiolata integra et casta es Maria.
Que es effecta fulgida celi porta.
O mater alma christi charissima.
Suscipe laudum pia precamina.
Nostra vt pura pectora sint et corpora.
Que nunc flagitant deuota corda et ora.
Tu da per precata dul-

cessiona.
Nobis perpetua frui vita.
O benigna: que sola inuiolata permansisti.
Gloria patri. Et post partum. Deinde cantetur pro hymno Quod chorus. Sequentia Letabundus. Et hoc quando hoc festum in lxx. euenerit aliter nõ. Tamen si hoc festum infra lxx. euenerit dicatur. Hy9. Quod chor9. Et dicitur in fine huius sequentie Amen.

Letabundus exultet fidelis chorus: alleluia.
Regem regum intacte profudit thorus: res miranda.
Angelus consilij natus est de virgine: sol de stella.
Sol occasum nesciens stella semper rutilãs: semper clara.
Sicut sydus radium profert virgo filiũ pari forma.
Neque sydus radio/neque mater filio: fit corrupta.
Cedrus alta libani/conformatur hysopo: valle nostra.
Verbum ens altissimi/corporari passũ est carne sumpta.
Esaias cecinit/sinagoga meminit: nunquam tamẽ desinit/esse ceca.
Si non suis vatibus/credat vel gentilibus sibyllinis versib9 hec predictã.
Infelix propera.
Crede vel vetera.
Cur dãnaberis gens misera?
Quem docet litera.
Natum considera.
Ipsum genuit puerpera. Amen.
℣. Suscepimus deus.
An. Cũ inducerẽt puerum Jesum parentes eius/accepit eum simeon in vlnas suas et benedixit deum dicẽs nunc dimittis domine seruum tuum in pace.
ps. Magnificat. Oro. Omnipotens sẽpiterne de9.

Nulla fiat mem. de san-cto blasio epo in audien-tia nec sub silentio/licet ad vtras vespe. facienda fuerit solemnis memo. de do. lxx. lx. vel l. Si dnica lxx. hac die con-tige. totum fiat servit. de festo sine Alleluia. Te deum. et fiat solen-nis memo. de do. ad v-trasque vesp. et ad matu. et ad miss. et hy. de lxx. per hebd. cantetur scz in. ij. v. et vj. fer. et ni-hil fiat de sanctis pre-ter memo. ad vesp. et ad matu. de scta maria que precedat memo. de sa-ncto spiritu. Similiter fiat si hoc festum in do. lxx. contige. Si vero i dominica l. hoc festum evenerit histo. domini-ce similiter p hebd. di catur: vz in ij. et vj. fe ria et sabbato/et tunc nihil fiat de sancto bla sio epo/nisi tantu me-mo. ad matuti. de san-cta maria / que precedit memo. de sancto spu. Si vero hoc festum in proximo sabbato ante lxx. evenerit, secunde ves-pere. de festo erunt: et solen. memo. de domi. lxx. sed sine Alleluia.

Sancti Blasij episco-pi et marty. Cpm. Om-nis pontifex. Oratio.

Beatus martyr tu-us blasius domine no-bis misericordie tue imploret auxilium: vt cuius festa celebramus eius apud te patroci-nia sentiamus. Per do-minum nostrum Jesum.

Ad matuti. tres le-ctiones. Inuita dnm. si hoc festum ante lxx. e-venerit. Lectio prima.

Beatus blasius toto tempore sue mitis de gebat puus: innocens: deum colens/verax mansue-tus: ab omni ope pra-uo se abstinens. Audien tes igitur irreprehensi-bilem eius vitam hi qui in sebastia cappadocie ciuitate fideles exista bant; elegerunt illum sa-

vi in eum. Ipse vero p-gens ad montem q̃ vocatur argei: habitauit ibi in quadã speluncã: et currebant ad eũ agrestes fere. Lect. ii.

Et si forte cõtigisset eas quocumq̃ dolore teneri quedam ex eis tã q̃ intelligentes: ad eũdem sanctũ currebant in speluncam: et anteq̃ imponeret manus benedicens eis / non recedebant ab eo. In illis itaq̃ dieb⁹ iussit agricolaus preses congregari agrestes feras. Egredientes autem ferarum comprehensores / inuenerũt sanctũ virum in spelunca orantem: et hoc nunciauerunt agricolao: qui iussit eum sibi presentari. Lectio tertia.

Presentato q̃ dixit p̃ses. Blasi / sacrifica diis vel vis perire. Quod cum renuisset in ligno suspensus est. Depositusq̃ de ligno / capite truncari iubetur. Tũc sanctus Blasius orauit / dicens. Deus exaudi me seruum tuum: vt si quis procidens adorauerit te memoriam habẽs mei: si spina vel os in gutture eius fuerit / vel si in infirmitates / tribulationem vel periculum inciderit: suscipe petoptitionem eius. Dixit dominus. Omnem petitionem tuam adimplebo. Quo facto mox spiculator caput eius cũ duobus puerulis amputauit. Cetera de cõmuni vnius martyris et pontificis cum oratione diei / et ceteris.

¶ Sancte Agathe virginis et martyris sup psalmos. a. Hec est virgo prudens. ps. tenia. Chm. Confitebor tibi. ℟. Beata agatha. hy⁹ Virginis proles. V⁹. Diffusa est gratia. añ. Agatha virgo sacra nobili orta genere: gloriosam propter christũ pertulit passionẽ. ps.

Magnificat. Oratio.
Deus qui inter cetera potentie tue miracula etiam in sexu fragili victoriam martyrii contulisti/concede propitius: ut qui beate agathe martyris tue natalitia colimus: per eius ad te exempla gradiamur. Per dominum nostrum.
¶ Ad matuti. Inuita.
Christum venerantes deum adoremus regem regum. Qui in celis agathe palmam hodie dedit eternam. ps. Venite. hy. Virginis proles. ¶ In. i. noctur. an.
Beata agatha quintiano interroganti respondit: ingenua sum et spectabilis genere ut omnis parentela mea testatur. ps. Domine dominus noster. an. Ancilla christi sum/ ideo me ostendo seruilem personam. ps. Celi enarrant gloriam dei. an. Summa ingenuitas ista est in qua seruitus christi comprobatur. ps. Domini est terra et plenitudo. ℣. Diffusa est gratia in labiis tuis. ℟. Propterea benedixit te deus. Lectio. i.



Quintianus proconsul sicilie audiens famam sancte agathe opinionem/ fecit eam a suis apparitoribus coartari. Dedit eam cuidam matrone nomine affrodisia: que habebat nouem filias turpissimas sicut fuerat et mater earum. Hoc autem fecit per triginta dies: ut blandiendo mutarent animam eius. Tu autem domine miserere.
℟. Agatha letissime et gloriantes ibat ad carcerem: Et quasi ad epulas inuitata agonem suum domino precibus commendabat. ℣. Nobilissimis orta natali

bus ad ignobili gau-
deas trahebat ad car
cerem. Et quasi ad epu
las inuita. Lectio.ij.
Modo igitur pro-
mittendo leta: mo
do ingerendo aspera
putabant se posse mē-
tem sanctā a bono pro
posito reuocare. Qui-
bus agatha dixit. Mēs
mea in christo solida-
ta est et in christo fun-
data: uentis verborū
vestrorum cadere non
potest. Tu autem domi
2 ne mise. R. Dum in-
grederetur beata aga
tha in carcerem/dixit
ad iudicem: Impie cru
delis et dire tyranne/
non es confusus am-
putare i femina quod
ipse in matre suxisti?
vs. Ego enim habeo
mammillas meas in-
tegras intus in anima
mea: quas ab infantia
domino misericordi-
ter consecraui. Impie
crudelis et di. Lec.iij.
Videns hoc affro
disia dixit ad qui-
tianum. Facilius pos-
sunt saxa molliri/et fer
rum in plumbum con-
uerti: quam mens huius
puelle ab intentione
christiana reuocari.
Iratus quintianus ius-
sit eam ad secretariū
suum adduci: qui dixit
ei. Cuius conditionis
es? Que ait. Non solū
ingenua sum/sed et spe
ctabilis genere: vt om
nis parentela mea te-
statur. Tu autem domi-
ne mise. R. Beata aga 3
tha ingressa carcerem
expandit manus suas
ad deum/et dixit: Domi
ne qui me fecisti vin-
cere tormenta carnifi-
cum/Jube me domine
ad tuam misericordiā
peruenire. V. Domine
qui me creasti et tuli-
sti a me amorem huius
seculi: qui corpus meū
a pollutione liberasti.
Jube me dñe ad tuam.
Gloria patri et filio: et
spiritui sancto. Jube
me domine ad tuam.
¶ In.ij.nocturno. an.

Agatha sancta dixit: si feras mihi promittas audito christi nomine mansuescunt. ps. Eructauit cor meum ver. An. Si ignem adhibeas/rorem mihi salutis cum de celo angeli ministrabunt. ps. Deus noster refugium. Ana. Si plagas & verbera ingesseris michi: habeo intra me spiritum sanctum per quem vniuersa tua tormenta despiciam. ps. Funda menta eius in montibus. Ve. Specie tua et pulchritu. Lectio. iiij.

Quintianus ait. Si ingenua es: quomodo te seruilem personam ostendis? Que ait. Summa ingenuitas ista est: in qua seruitus christi comprobatur. Quintianus ait. Vnum tibi elige: aut diuersas penas quasi stulta scurre: aut sapiens deos adora.

Rx. Quis es tu qui venisti ad me curare vulnera mea? ego sum apostolus christi/nihil in me dubites filia. Ipse me misit ad te: quem dilexisti mente & puro corde. Ve. Nam et ego apostolus eius sum/& noui medicinam. Ipse me misit ad te: quem dilexisti. Lectio. v.

Sancta virgo respondit. Nisi diligenter perfeceris corpus meum a carnificibus attrectari: non potest anima mea in paradisum introire cum palma martyrij. Tunc proconsul iussit mamillam eius diu tortam abscindi. Que ait. Impie/crudelis/& dire tyranne: non es confusus hoc amputare in femina: quod ipse in matre suxisti? Tu autem. Rx. Medicinam carnalem corpori meo nunquam exhibui: sed habeo dominum meum Iesum christum. Qui solo sermone restaurat vniuersa. Ve. Et ipse me misit ad

se/nam et deo aposto-
lus eius sum. Qui so-
lo sermo. Lectio. vi.

Iratus quintian9
iussit eam in car-
cerem iterum recludi.
Media nocte venit ad
eam quidã senex:qui
se medicum asserebat
dicens. Noui quia mã
milla tua sanitatem
recipere poterit. Cui
virgo. Medicinam car
nalem nunq̃ corpori
meo exhibui : & turpe
est vt quod diu ab in-
eunte etate conserua-
ui/nũc perdam. Tu au
tem domine mise. R.
6 Vidisti domine & spe-
ctasti agonem meum
quomodo pugnaui in
stadio : sed quia nolui
obedire mãdatis prin
cipum : Iussa sum in
mammillis torqueri.
V. Propter veritatem
et mansuetudinem et
iustitiam. Iussa sum.
in mammillis. Gloria
patri & filio. Iussa sũ.
In .iii. nocturno. An.
Nisi diligenter perfe-
cerit corpus meũ car-
nificib9 attrectari:non
potest anima mea in
paradisum domini cũ
palma introire marty
ris. Ps. Cantate.i. Aña.
Vidisti domine agonẽ
meũ quomodo pugna-
ui in stadio : sed quia
nolui obedire manda-
tis principum/iussa sũ
in mammillis torque-
ri. Ps. Domin9 regna-
uit exultet. An. Propter
fidem castitatis iussa
sum suspendi in equu-
leo:adiuua me domine
deus meus in tortura
mammillarum mea-
rum. Ps. Cantate.ii. V.
Adiuuabit. Sine ex-
positione. Lectio. vii.

Dicit illi senior.
Quare non per-
mittis vt curem te ?
Que dixit. Quia ha-
beo saluatorem meum
iesum christum:qui so
lo sermone restaurat
omnia. Ad quẽ senior.
Et ego apostolus eius
sum : in nomine eius
scias te esse sanandã.

Et his dictis/euanuit
senior. Virgo deo gra
tias agens: post qua-
tuor dies adducta dius
sacrificare iubet. Que
ait. Christo sacrifico:
quem inuocare nō ces
7 so. ℟. Ipse me corona
uit qui p apostolum pe
trum in custodia me
confortauit: pro eo q
iussa sum suspendi in
equuleo propter fidem
castitatis. Adiuua me
domine deus meus in
tortura mammillarū
mearum. ℣. Vidisti do
mine agonem meū quo
modo pugnaui in sta-
dio/sed quia nolui obe
dire mandatis princi
pum: iussa sum in mā-
millis torqueri. Adiu-
ua me do. Lectio. viij.

Quintianus ira-
tus: fecit sanctā
virginem nudam sup
viuos carbones volu-
tari. Et subito commo
to loco pars parietis
cecidit: & tota ciuitas
terre motu agitata est
Quo viso: iudex sedi-
tionem populi commo
ti verens: iussit eam in
carcerem recipi: Ipse
autem per posteriam
secretarii fugit. ℟m.
Ego autem adiuta a do
mino: perseuerabo in
confessione eius. Qui
me saluam fecit/ & con
solatus est me. ℣. Gra
tias tibi ago domine 9
iesu christe: qui misisti
ad me apostolū tuum.
Qui me sal. Lectio. ix.

Sancta virgo dei
in carcerem ite-
rum ingressa: gratias
deo agens/ corā mul-
tis cum ingenti voce
spiritum exhalauit. Ad
cuius sepulturam ve-
nit puer quem seque-
bantur plusq̄ centum
pueri ornati ponēs ad
caput eius tabulā sic
scriptam. Mentē san-
ctam/spontaneam/ho-
norem deo: & patrie li
berationem. Cuius vre-
uicale sensus hic est.
Hec virgo mentē san-
ctam habuit: spōtaneā
se obtulit: honorē deo

exhibuit: et patrie libe rationem promeruit. Post annum mons ethneus incendium eructauit: et sicut fluuius torrens/ignis ciuitati properauit. Sed velo sepulchri virginis opposito/diuinitus stetit ignis: meritis virgi-
9 nis gloriose. R. Gaudeamus omnes in domino diem festum celebrantes: sub honore agathe martyris. De cuius passione gaudent angeli. Et gratulantur laudantes filium dei. V. Immaculatus dominus immaculatam sibi famulam (etiam in hoc fragili corpore positam) misericorditer consecrauit. De cuius passione gaudent angeli. Gloria patri. Et gratu. V. Ora pro nobis beata agatha. R. Ut digni. ¶ In laudibus. Ana. Quis es tu qui venisti ad me curare vulnera mea: ego sum apostolus christi/nihil in me dubites filia. Ps.
Dominus regnauit. An. Medicinam carnalem corpori meo/nunquam exhibui: sed habeo dominum iesum christum qui solo sermone restaurat uniuersa. Ps. Jubilate. An.
3 Gratias tibi ago domine quia memor es mei/et misisti ad me apostolum tuum curare vulnera mea. Ps. Deus deus meus. An. Bene-
4 dico te pater domini mei iesu christi: quia per apostolum tuum mamillam meam pectori meo restituisti. Ps. Benedicite omnia. Ana.
5 Qui me dignatus est ab omni plaga curare et mammillam meam meo pectori restituere ipsum inuoco deum verum. Ps. Laudate dominum de celis. Chm. Confitebor tibi. Hy. Jesu corona. V. Innocentus regi. An. Paganorum multitudo fugiens ad sepulchrum virginis/tulerunt velum

eius contra ignem: vt comprobaret domin⁹ q a periculis incendii meritis agathe martyris sue eos liberaret. ps. Benedict⁹. an. Me⁹ qui inter ce. ¶ Ad p̄ma. aā. Quis es tu. ps. Deus in nomine. aā. Te iure. ps. Quicunq₃. ¶ Ad .iii. an. Medicinā. ps. Legē pone. Ca. ℟. ℣. virtus virginis et martyris dn̄e ¶ Ad sext. an. aā. Gratias ago. ps. Defecit. ¶ Ad nona. aā. Qui me dignatus. ps. Mirabilia. ¶ Ad vesp. an. Quis es tu. ps. Dilexi. Hy⁹. Jesu coro. aā. Adducentur. aā. Agatha letissime et gloriantes ibat ad carcerē: et quasi ad epulas / inuitata agonem suum domino precibus commendabat. ps. Magnif. Oro. Deus qui inter ce.

¶ Sanctorum vedasti et amādi episcoporū et confessorum. tres lectiones. Oratio.

Adesto dn̄e populo tuo cū sanctorum confessorum tuorum atq₃ pontificū vedasti et amādi tibi patrocinio supplicanti: vt quod propria fiducia nō presumit/ intercessorū tibi placentiū meritis consequatur. Per. ¶ Ad matuti. Inuitato. Hymꝰ. Lectio .i.

Amandus igitur sāctissimus in adquitanie partibus editus: multa loca orationis causa plustrans/ et iterū a roma secundo rediens: tādē ascensa naui ad centū cellensem peruenit. Quadam igitur nocte dum solus (vt illi mos erat) oraret: diabolus vnū de famulis eius trahebat ad mare: vt eum demergeret. At ille clamabat. Christe

adiuua me. Cui diabolus. Qualis christus? Quo non respondente: ait sanctus amandus. Dic illi fili: christus filius dei viui crucifixus. Et statim euanuit inimicus. Lectio .ij.
Hic igitur cum multos conuertisset ad fidem: in fines remeauit francorum. Ibique cum fratrib9 suis cenobiū construxit: et mulierē diu cecam visui restituens/eam fide instruxit. Multisque clar9 virtutibus: in domino obdormiuit. Lectio .iij.
Sanct9 vir dei vedastus cū francie regem ludouicum post inspecatam ab alemanis victoriam/fidei doctrina baptizasset: a sācto remigio episcopus ordinatus est. Missusque atrebate ciuitati verbū dei predicare: mox in introitu ciuitatis cecum et claudum curauit. Rexit dei sacerdos ecclesiam christi (diuina auxiliante gratia) annis circiter quadraginta: et tandem ple9 virtutibus obdormiuit in domino. Cetera de communi plurimorum confessorum.

Sancte Scholastice virginis non mar. Ch. Qui gloriatur. Oratio
Deus qui beate Scholastice virginis tue animam (ad ostendendam innocentie viam) in columbe specie celum penetrare fecisti/concede nobis ipsius meritis ita innocenter viuere / vt ad eadem gaudia mereamur peruenire. Per dominum. Ad matu. Inuitatorium Lectio .j.



Soror beati benedicti Scholastica nomine: deo dicata semel per annum ad eum veni-

nire consueuerat: ad quam vir dei non longe extra ianuã in possessionem monasterii descendebat. Quadam vero die ex more venit: atque ad eam frater eius cũ discipulis descendit: multisque de celestis vite gaudiis collocutis: ait Scholastica. Rogo te: ne me ista nocte deseras. Cui ait. Extra cellam manere non possum. Lectio .ij.

Cũque illa verba fratris negãtis audisset: super mẽsam deum rogatura caput declinauit. Cum vero caput de mensa leuaret: tãta coruscationis et tonitrui virtus / tantaque inundatio pluuie erupit: vt extra loci limen pedẽ mouere nõ posset. Qui dixit. Quid fecisti soror? Cui illa. Rogaui te: et noluisti audire me. Rogaui dominum meum: et audiuit me. Nunc ergo si potes / egredere: et me dimissa ad monasterium recede. Lectio tertia.

Post triduum benedictus in cella sua consistens: vidit aĩam eius de sororis sue de corpore egressam / in colũbe specie celi secreta penetrare. Qui tante eius glorie cõgaudẽs ei⁹ obitũ fratrib⁹ pronũciauit: atque in sepulchro quod sibi ipsi parauerat eã sepeliri fecit. Vt quorum mens in deo vna fuit: eorum quoque corpora nec sepultura separaret. Cetera de cõmuni vnius virginis nõ martyris

¶ Sancti Valentini martyris. Capitulũ. Iste sanctus. tres lectiones fiant. Oratio.

Presta q̃s omĩps deus / vt qui beati valentini martyris tui natalitia colimus: a cunctis malis imminentibus ei⁹ intercessione liberemur. Per dominum. ¶ Ad matu. Inuitato. Himn. Lec. j.



Udiens quidam scholasticus nomine craton: famam beati Ualentini terramicensis ciuitatis plurimos misit ad eum nobiles viros amicos suos: qui illum rogarent vt ad vrbem Romam venire dignaretur. Quem cum venientem hospitio recepisset craton: rogauit vt filium eius sanaret. Lc. ii.

Ualentinus ait. Crede dei filium verum deum esse Jesum christum: & in omnibus renuncia simulachris: & videbis sanum filium tuum. Cum ergo post longam fidei disputationem cum vxore sua credere promisisset: valentinus facta oratione filium eius ei sanum restituit. L. iii.

Tunc craton cum vxore et tota familia sua baptizatus est. Indignati senatores valentinum virgis cesum: diis sacrificare iusserunt. Qui cum iussa implere negasset: medie noctis silentio decollatus est. Cetera de communi vnius martyris.

¶ Sancte Juliane virginis & martyris tres lectiones. Cap. Domine deus meus. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus/qui infirma mundi eligis vt fortia queque confundas: da nobis in festiuitate beate Juliane martyris tue congrua deuotione gaudere: vt et potentiam tuam in eius passione laudemus & prouisum nobis percipiamus auxilium. Per dominum nostrum. Ad matutinum. Inuita. Duplex si ante lxx. euenerit. Lectio prima.

Tempore illo erat quidam senator nomine eleuticius: qui misit ad beatam Ju-

lianam sibi desponsa-
tam/volens nuptiarum
implere solennitatem
Cui illa. Si adorane-
ris patrem et filium et spi-
ritum sanctum: te accipiam
in maritum. Quod si no-
lueris: quere tibi aliam
vxorem. Pater virgi-
nis hoc audiens: tra-
didit eam eidem cru-
ciandam. Lectio .ii.

Ipse vero iussit eam
pro nuptijs et deorum cul-
turis renunciantem: per
sex horas per capillos
suspendi. Iussit etiam
es conflari: et nudam a
capite vsque ad talos
perfundi. Quam cum
ei incendium minime
nocuisset/iussit in car
cerem recipi. Vbi cum
diabolus ei in figura
angelica appareret: ip
sa quis esset agnoscens
eum et omnem dolum
suum confiteri fecit: et
in loco stercoris decar
cere proiecit. Lect. iii.

Cum virgo sancta in
pretorium venisset: fa
cies eius gloriosa qua
si ignis fulgebat. Ad
quam prefectus. Quis
te tantas incantatio-
nes facere docuit? Cui
virgo. Christus me do
cuit patrem et filium et
spiritum sanctum co-
lere. Iratus prefectus:
iussit rotam ferream
venire et illam super-
poni. Angelus autem
domini descendit et cum
minuit argumenta: et
vincula eius sunt so-
luta. Prefectus hoc vi
dens: iussit eam gla-
dio puniri. Itaque cum
peruenisset ad locum
vbi decollari iussa est
cum patientia tradi-
dit animam domino deo.
Tu autem domine. Cetera
de communi vni[us] vir-
ginis et martyris.

In cathedra sancti
Petri apostoli. Ad ves
peras super psalmos
feriales. An. Solue iu
bente deo terrarum pe-
tre catenas: qui facis
vt pateant celestia re-
gna beatis. psalmi fe-
riales. Capitulum.

I. Petri. i. A. Petrus apostolus Jesu christi electis aduenis dispersionis ponti / galatie / cappadocie / asie / et bythinie: secundum prescientiam dei patris in sanctificationem spiritus in obedientiam et aspersionem sanguinis Jesu christi: gratia vobis et pax multiplicetur. ℟. Quodcunque ligaveris. Hymnus.

Iam bone pastor petre clemens accipe vota precantum: et peccati vincula resolue tibi potestate tradita: qua cunctis celsum verbo claudis aperis. Annue christe ℣. Tu es petrus ℟. Et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. An. Tu es pastor ouium princeps apostolorum: tibi tradite sunt claues regni celorum. ps. Magnificat. Oratio.

Deus qui beato Petro apostolo tuo collatis clauibus regni celestis animas ligandi atque soluendi pontificium tradidisti concede propitius vt intercessionis eius auxilio / a peccatorum nostrorum nexibus liberemur. Qui viuis et regnas deus. Per omnia.

Si hoc festum in. xl. euenerit fiat solem. memo. de ieiu. ad vtrasque vesperas et ad matut.

Ad matutinas. Inuitatorium. Pastori summo iubilemus corde iocundo. Qui claues petro celorum contulit almo. ps. Venite. hy. Iam bone pastor petre. Versus. Annue christe.

In primo nocturno. An. Pontificalis aperte veneratur iure cathedre: quam primum meritis petrus conscendit herilis. ps. Beatus vir. An. Hic super excelse positus fundamina petre moribus exornat: humiles quos vita tenorat. ps. Quare fremuerunt gen. An. An

tiochena polis diuini lumine solis irradiata sacrum decus hoc colit/omnis et orbis. Ha. Pñe quid multiplicati. Amauit. Lect. i.



Nstitutio festiuitatis hodierne a senioribus nostris cathedre nomẽ accepit: ideo qd primus apostolus petrus hodie episcopatus cathedram suscepisse referatur. Recte ergo ecclesia natalem se[dis] illius colit: quã apostolus pro eius salute suscepit dicente ei domino. Tu es petrus: et super hanc petram edificabo ecclesiam meã. ℟. Euge serue. Cetera ℟ia de cõibus. vnius cõfessoris et põtificis. excepto. ix. ℟. quod erit. Quodcunque ligaueris. Lectio. ii.

Huius autem solẽnitatis religio sic ecclesiis introducta est. Cũ enim peragraret apostolus disseminãs verbum vite: et fundamẽtum iaciẽs ecclesie: cũ appropinquaret antiochiam/cepit per niceam et aquileiã tota ciuitas audire qd petrus aduenire. Lec. iii.

Omnis autem populus antiochie ciuitatis occurrit ei nudis pedibus penitentiã agens eo quod contra predicationem eius cũ simone mago consensissent. Obtuleruntque ei a demoniis fatigatorum et diuersis languoribus vexatorum multitudinẽ copiosã.

In. ii. nocturno. An. Huius amore dei serruorum terge reatus: vt tibi qui placuit placidos nos reddere possit. Ps. Cũ inuoca. An. Pãde tuis celos quos seruas magne sacerdos: ne tibi commis-

Custinuadat pestifer a-
gnosc̄s. Verba. Añ.
Sydera scansur⁹ ter-
risq̃ hec dona datur⁹
quos sibi delegit tibi
christ⁹ petre subegit.
P̄s. Domine dominus
noster. A⁹. Iustum de-
duxit dñs. Lectio. iiij.
Uidens autem petr⁹
quod peniterent de de
licto commisso: ascen-
dit in eminentiorem
locum vbi sedem sibi
parauerat / habens om
nem multitudinē lan-
guentium ante se po-
ni P r. &c eis. Nolite
credere quod per me
poteritis sanari: sed
per eum qui de celo de
scendens ostendit cre
dentibus sibi veram
corporis ac anime me
dicinam. Lectio. v.
Uestem ergo habeat
vox vestra omnē hanc
plebem: quia ex toto
corde creditis in domi
num iesum christū: vt
sciant etiam per nos
seipsos ab ipso posse
saluari. Cumq̃ instr-
eni consiterentur hunc
esse verum deum quē
petrus annūciabat: tā
tam spiritus sanctus
gratie sue virtutē o-
stendit: vt omnes lan-
guentes pro sua salu-
te recepta simul cū ce
teris omnibus deū ce
li glorificarēt. Lec. vi.
Tunc infra septē di-
es plus q̄ decē milia
credentium baptizati
sunt: & theophilus qui
erat sublimior in ciui-
tate / domum suam; in
ecclesiā consecrari fe-
cit. In qua petro apo-
stolo constituta est ab
omni populo cathedra
ad gloriam trinitatis.
In. iij. nocturno. añ.
Qui regni claues & cu
ram gestat ouilis: pre
sule quoq̃ pro vite re-
nouatur origo. P̄s. Dñe
quis habi. Añ. Hic celi
terreq̃ petro cōmisit
habenas: vt reserret
clausis / & solua vincla
ligatis. P̄s. Dñe i vir.
Añ. Prim⁹ vocatione /
maxim⁹ dignitate / apo

stolici culminis sedes petrus clauiger assecutus est qui christo ardenter obsequens toto eius corde secutus est. Ps. Dñi est ter. Ij. Just⁹ vt pal. Scdm matheũ.

Cap. 16.b In illo tpe. Venit iesus in partes cesaree philippi: et interrogauit discipulos suos dicens. Quē dicunt homines esse filiũ hominis? Et reliqua. Homelia venerabilis bede presbyteri. Lec. vij.

Non autem quasi nesciens: sententiam de se vel ex discipulorum vel extraneorum cordibus dominus inquirit: sed ideo discipulos quid de se sentiant inquirit/vt cōfessionem recte fidei illorum digna mercede remuneret. Nā sicut interrogatis generaliter oib⁹ petrus respōdit vnus pro omnib⁹: ita quod petro dominus respōdit/in petro omnibus respōdit. Lectio. viij.

Ideo quid alij de se sentiãt inquirit: vt expositis primo sententijs errãtium: discipuli probarentur veritatem sue confessionis nō de opinione vulgata/sed de ipso percepisse dominice reuelationis arcano. Quem (inquit) dicũt homines esse filiũ hominis? Lect. ix.

Pulchre homines appellat eos qui de filio hominis tãtum loqui nouerant: qui diuinitatis eius arcana nesciebant. Nā qui diuinitatis eius mysteria capere norunt: merito supra homines esse dicũtur. Respōdens simon petr⁹/dixit. Tu es xp̃s filius dei viui. Deum viuum appellat: ad distinctionem videlicet falsorum deorũ: quos vario delusa errore gentilitas/vel de mortuis sibi hominibus instituit/vel maiore demētia de insensibili materia quos adoraret crea

ait. De quibus canitur in psalmo. Simulachra gentium argentum et aurum / opera manuum hominũ. Tu autem domine mi. ℟. Quodcunq; ligaueris super terram erit ligatũ & in celis. Et quodcunq; solueris super terram. Erit solutum & in celis. ℣. Tu es (inquit petrus) christus filius dei viui: respondens dominus ait: et ego dico tibi quia tu es petrus & sup hanc petram: edificabo ecclesiam meam. Et q̃dcunq; solueris su. Gloria patri. Erit solutũ & in. ℣. Exaltent eum in ecclesia plebis. ℟. Et in cathedra seniorum laudent eum.

¶ In laudibus. an. Ecce sacerdos. ps. Dominus regnauit. & cetere que sequuntur. Ca. Petrus apostol9. hy9. Jesu redemptor. ℣. Justus germinabit. an. Quodcunq; ligaueris super terram erit ligatum & in celis: & quodcunq; solueris super terram/erit solutum & in celis: dicit domin9 simoni petro. ps. Benedictus domi. Oratio. De9 qui beato petro.

¶ Ad primam. an. Ecce sacerdos. ps. Deus in nomine tuo. an. Tetime. ps. Quicũq; vult.

¶ Ad terciam. an. Non est inuentus. ps. Legẽ pone. ca. Petrus apostolus. ℟. & ℣. de communi vnius confessoris & pontificis ad omnes horas dicũtur: similiter & añe cum oratione de die. ¶ Ad sextam. an. Fidelis seru9 & prudẽs. ps. Defecit. Cap. Benedictionem.

¶ Ad nonam. an. Serue bone. ps. Mirabilia. Capi. Cognouit eum dominus. ¶ Ad secundas vesperas. An. Ecce sacerdos psalmi feriales. Capitulũ. Petrus apostolus. hy9. Jesu redemptor. ℣℣.

Iustus germinabit. An. Iste est. Magnificat. Oratio vt supra.

¶ Sancti Mathie apostoli. Ad vesperas. An. Estote fortes. Feriales. et finiatur in hoc festo tantum. Ite regnum eternum dicit dominus. Capitulum. Iam non estis hospites et ad. R. Qui sunt isti. Hymnus.

Mathia iuste duodeno solio residens sorte/nos a cunctis nexibus solue peccati vere lucis gaudiis / quo perfruamur tuis sanctis precibus. Manue christe. V. In omnem terram exiuit sonus. An. Beati eritis. Ps. Magnificat. Oratio.

Deus qui beatum mathiam apostolorum tuorum collegio sociasti: tribue quesumus vt eius interuentione/tue circa nos pietatis semper viscera sentiamus. Per dominum nostrum Iesum.

¶ Si hoc festum ante quadragesimam euenerit dicitur complet. Sicut in festo sancte trinitatis. Si infra quadragesimam completo. non mutetur. Ad matut. ix. lec. duplex fest. Lec. i.



Dum sollemnia beati Mathie apostoli festiuitas per anni cursus reuolutionem se representat: magnum gaudium nobis multiplicat. Hodie (iuxta vocem psalmiste) in pace factus est locus eius: et habitatio eius in sion: quia carnis ergastulo solutus susceptus est in celum.

Lectio secunda.

Denique (vt apostolorum actuum edocet scriptura) postquam iudas suis sceleribus penam condignam se suspendendo suscepit: ne apostoli in vndenarii imperfectio

ne velut decalogi trāſgreſſores remanerent barſabam & mathiam eligentes in medio ſtatuerunt: atq3 fuſa ad deum prece ſortes ſuper eos dederunt.

Lectio tertia.

Legimus i veteri testamento ionam prophetam (cū mallet fugere quam niniue ſubuerſionem predicare: ob maxime tempeſtatis periculum) ſortis agitatione deprehenſum. Quod licet diuina diſpenſatione ſpectemus contigiſſe: nō tamen trahi debet in exemplū quod a viris gentilibus cōſtat eſſe peractum. Lectio. iiij.

Hec idcirco dilectiſſimi proferre dignum duximus; ne ſimpliciores quiq3 exemplo apoſtolorum ac prophetarū putent deum hoc in tēpore ſortibus conſulendū. Mathias dei paruulus interpretatur. Dei paruulus intelligitur: humilis et quietus. Lectio. v.

In eo impletum eſt quod dictum eſt de iuda per prophetam dauid. Fiat habitatio eius deſerta: et epiſcopatū eius accipiat alter. Quem iſte ſanctus accipiens obediendo: decorauit euangelizando. Lectio ſexta.

Hodierne feſtiuitatis diē in huius ſancti veneratione debita cū laude celebremus vt precibus eius & meritis apud deū inueniamur qui in ſanctis ſuis mirabilia operatur regnans per omnia ſcla.

Secundū Mattheū.

In illo tempore. Reſpondēs ieſus dixit. Cōfiteor tibi pater domine celi et terre: quia abſcōdiſti hec a ſapientibus et prudentibus/et reuelaſti ea paruulis. Et reliqua. Omelia beati auguſtini epiſcopi. Cap. xi. D

Lectio ſeptima.

Confessio nō semper est vox peccatoris. Cōfitemur enim sive laudantes deum sive accusantes nosmetipsos. Pia est utraqꝫ confessio. Qui confitetur vivit: et si peccator confitetur utiqꝫ a morte venit. Cōfiteor tibi pater qꝛ abscondisti hec a sapientibus et prudentibus: et revelasti ea parvulis. [illegible]

Qui sūt parvuli? humiles. Qui sunt sapiētes et prudentes? Superbi/irridentes/arrogantes/falso grādes. Dic te stultum: et sapiens eris. Sed dic et intus dic: quia sic est ut dicis. Si dicis/noli coram hominib⁹ dicere: prorsus quod ad teipsumpertinet quod a natura tua tenebrosus es. [illegible]

Quid est enim aliud esse stultum: nisi esse tenebrosum in corde? Ita pater: quia sic fuit placitum ante te. His vero verbis exempla humilitatis accipim⁹ ne temere discutere superna consilia de aliorum vocatione aliorū de repulsione presumamus. Tu autem. Cetera de communi huius apostoli. Si vero hec fest. in iiii. feria in capite ieiunii eveñ. fes. [illegible]

[illegible]

¶ Sancti dauidis episcopi & confessoris. Ad ve. Cap. Iustum deduxit dns. psalmi festi. ℟. Ecce sacerdos. ℣. Miles christi. Hy. Iste confessor. ℣. Amauit eum dns. An. Gloriose presul dauid suscipe seruorum vota tuorum: & intercede pro nobis ad dominum. ps. Magnificat. Oratio.

Deus qui beatum confessorem tuũ atq pontificem angelo nunciante triginta annis anteq̃ nasceretur predixisti: tribue nobis quesum⁹ vt cuius festiuitatem colimus/eius intercessione ad eterna gaudia perueniamus. Per dominum. ¶ Ad matutinas. Inuit. Lectio .j.

Beatus patricius natione britann⁹ romanis disciplinis eruditus: et virtutum meritis insignitus. Cũ in italie partibus diuturnã morã trahẽs in natale britannie solum reuersus fuisset: domesticam postmodũ petẽs prouinciam angularem repedauit terram: perlustransq rosmam vallem intrauit. Lectio secunda.

Qui angel⁹ apparẽs dixit. Hanc tibi sedẽ o patrici non prouidit deus: immo vni nondum nato/sed triginta annis posthac nascituro. Sic ergo vallis rosina dimittitur beato dauid nondũ nato: sicut fuerat ab angelo nunciatum. Lectio .iij.

Beatus vero Dauid nondũ natus sed i vtero materno cõclusus: egregius predicator futurus diuinitus est ostensus. Cũ enim quidam magister nomine gildas pplm predicando informaret: & mater beati dauid pregnans ecclesiam intraret: gildas subito obmutuit: & vltra predicare non preualuit. Lectio .iiij.

Interrogatus autē a populo cur interrupta predicatione obmutuerat: reſpondit. Ego iſ muni loquelia vos alloqui potui: predicare autem nō valui. Quia mulier que tam rogata exiuit eccleſiam: ad demonſtrandū ſue prolis excellentiam / dum vobis verbū dei proponerem monita celitus ſuperuenit.

Lectio quinta.

Cum autem complerentur dies natiuitatis eius ſecundum q̄ angel⁹ predixerat: beatus dauid ingenuis ortus natalibus / leretice prouincie principis filius fuit. Ipſo igitur nato ⁊ in lucem emiſſo: diuina miracula mini refulſerunt.

Lectio ſexta.

Nam cum baptizaretur abel vveo menenenſi epiſcopo redeunte de hybernia / ac tūc applicāte in portu qui dicitur gleys: ad ipſi⁹ baptizandi miniſteriū fons limpidiſſime aque emanauit: qui nūq̄ antea viſus fuit.

Lectio ſeptima.

Uir quidam grandeuus cecus a pueritia / defectum habens in naſo qui eius faciem non modicum deturpabat: puerum de fonte leuauerat. Quem cum adhuc in ſinu ſuo teneret intelligens infantis ſanctitatem accepit aquam in qua ter immerſus fuerat ⁊ et aſperſit ex ea faciem ſuam tribus vicibus: ⁊ et ſtatim lumen oculorum et faciei integritatem mirabiliter eſt adeptus.

Lectio octaua.

Puer autē creſcebat plenus ſpiritu ſācto: litterarum q̄ addictus ſtudiis ſuper omnes coetaneos perſpicacis ingenii velocitate proficiebat. Adeo nam q̄ gratia perfuſ⁹ erat: vt condiſcipulis

eius niueam colum=bam cum rostro aureo tanq̄ eum docentem se vidisse multotiens te starentur. Lectio nona

Crebrescentibus igi=tur in eo meritis: hic sanctus ad sacros gra=datim ordines prouc=ctus/tandem pontifica=li dignitate est subli=matus. Sanctus vero dauid cum esset anno=rum fere centum qua=draginta septem: par=ticipato corpore et sā=guine dn̄i more chri=stiano: animā sanctissi=mā suo reddidit crea=tori. Cetera oia de cōi vnius confes. et ponti.

In festo sancti ced=de epi et confesso. ix. le=ctiones oia de cōi secūdū vsū Sar. tamen secūdm vsū herefor. ad vesp. an.

Germanorū quatuor vnus est beat⁹ cedda/ quorum quilibet erat consecratus. ps. Lau=date pueri. an. Summo sacerdotio duo conse=crantur: presulatu sim=plici duo venerantur. ps. Laudate dn̄m oēs gentes. an. His inerat numerus euangelista=rum: per quos inde fie=ret horū opus sacrum ps. Lauda anima mea dn̄m. an. Omnes euan=gelisū christi predica=runt: et vepres abiuceis eius extirparunt. ps. Laudate dn̄m qm̄. an. Cedda tantum ceteris erat preferend⁹: digni=tate meriti maior et cē=sendus. ps. Lauda hie=rusalem. Cap. Ecce sa=cerdos. Rx. O pastor di=gne miseris cōcede be=nigne. Quod poscunt a te confessor cedda bea=te. V. Funde preces chri=sto pro cetu iugiter isto. Quod. Gloria patri et filio: et spiritui sancto. Quod. Hy⁹. Iste cōfes=sor. V. Amauit eū. an. Sis pro nobis sancte cedda patronus ad do=minū: vt nos regat et perducat ad celi pala=tiū: vbi tecū et cū san=ctis sim⁹ imperpetuū.

¶ Magnificat. Vel. ħ.
Pastor vigil gregis in medio sacri verbi munitur gladio: plantans mores expulso vitio quo presente grex est i gaudio: sed absente caret solatio/cui favet ut pater filio. Oratio.

Deus qui sanctorum tuorũ meritis ecclesiã toto orbe diffusam decorasti presta quesumus: ut oẽs qui eorum implorant auxiliũ/petitionis sue salutarem consequãtur effectum. Per dominum nostrũ Jesũ christum.

¶ Ad matutinas Invit. In qua vigent iugiter solennia Virgo mater iubi et ecclesia. ps. Venite exultemus. Hy. Iste confessor domini.

